Manca la capitolazio-
ne di Carlo ~~Quinto~~ VI o sia
Legge fondamentale tra il
capo e le membra del S.
R. Impero Germanico. Hal-
le 1724.


MAJESTAS CÆSARIS
LIBERTAS STATUUM
CASPARIS
HEINRICI
HORNII, JCti.
JURIS PUBLICI
PRUDENTIA.

CASPARIS HEINRICI
HORNII, JCti
JURIS-PUBLICI
ROMANO - GERMANICI
EJUSQUE
PRUDENTIAE,
LIBER UNUS
SECUNDUM LL. FUNDAMENTA-
LES ET FORMAM IMPERII PRAE-
SENTEM CONSCRIPTUS,
ET
JAM NECESSARIIS SUPPLEMENTIS EX
CAPITULATIONE CAESAREA CAROLI VI. ET
PACIFICATIONE BADENSI AUCTUS.
ACCESSERUNT
INSTRUMENTUM PACIS OSNA-
BRUGENSIS ET DICTA CAPITULATIO
CAESAREA.
CUM INDICE.



EDITIO II. EMENDATIOR ET AUCTIOR.
HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis & impensis ORPHANOTROPHEI, MDCCXXV.

ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO VIRO,

DN. SAMUELI STRYKIO,

JURIS CONSULTO SUMMO,

SACRAE REGIAE MAJEST. BORUSSIAE CONSILIARIO INTIMO, IN ACADEMIA FRIDERICIANA PROFESSORI PRIMARIO, AC COLLEGII JURIDICI ORDINARIO PRAESIDI,

DOMINO AC PATRONO SUO SANCTE AETERNUMQUE COLENDO,

SALUTEM ET OBSERVANTIAM!

ILLUSTRISSIME ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

LIbrum, quem nulli alii è Patronis, quos Deus mihi esse voluit, consecrare ausus sum, illum Tuo illustri Nomini, EXCELLENTISSIME VIR, inscribere non erubesco: qui & , si huius laboris quid esset pretii, nemini, quam Tibi debetur. Namque mihi auctor fuisti ac hortator, imo impulsor ad eum, de quo ne cogitaram quidem, suscipiendum: & ideo, quod iussu Tuo, cui re-

refragari religio fuit, factum, ratum Te habiturum ſpero, confidoque, ac ad Te non poteſt non ſummo iure pertinere. Patere vero, ut, dum offero hoc, quicquid eſt ſcriptionis meæ, illius temporis recorder, quo triginta fere ab hinc annis Francofurtum juvenis veni, & ignotus homo, nullaque commendatione inſtructus, innotui primum apud Te, atque perbenigne exceptus, perſenſi, bonam quandam opinionem Tibi de me ſubnatam eſſe, neque indignum videri,

quem favore complecteteris. Quæ res mihi maximo commodo fuit: nam cum experirer, eum Virum, cujus fama jam tum per totum orbem literatum percrebuerat, & me quoque pertraxerat ad illustrem Viadrinam, aliquam rationem mei habere, singulare inde mihi incitamentum natum est laborum, quos subire decebat illos, qui tantos Doctores, Academia quibus gaudebat ista, assectabantur. Accessere fructus doctrinæ Tuæ uberrimi, quibus una cum ILLUSTRIS

RHE-

RHETII institutis, omne, ingenue fateor, debeo, si quid est in me scientiæ publici privatique juris. Contigit mihi postea hæc felicitas, ut hic Wittebergæ, quorsum D. IOHANNIS GEORGII III. optimi Principis cura pro Academia nostra Te vocabat, diversis in Dicasteriis, ubi jus dicitur, & respondetur, Tibi, Collega assidere licuerit, Tuoque prudentissimo moderamine in munere mihi demandato frui: de qua re non nisi paucissimi ex tot millibus gloriari possunt,

qui præceptis Tuis imbuti, & per omnes Germaniæ, imo & aliorum Regnorum aulas, Provinciasque, ac urbes diſperſi, ſumma pariter, & media in dignitate conſtituti, commoda ex Tua inſtitutione nata in publicam rem feliciter, & copioſiſſime diffundunt. Fuit vero mihi iſta res eo tempore magno ſolatio, qui ZIGLERUM incomparabilem illũ Virum, & fortunæ meæ, quâ hic fruor, poſt Deum, auctorem amiſeram, in cuius locum, Tu, ILLUSTRIS VIR, Numinis providentia, ſub-

ſubrogabaris. Non ſine voluptate in memoriam veniunt felicia fata Academiæ noſtræ, cui magna ex Te, Tuisque divinis dotibus & ſummis in Rempublicam, ac Jurisprudentiam meritis, quibus gloriam nominis & æternitatem conſecutus es, incrementa naſcebantur. Sed doleo ſimul, & vehementer doleo, tam exiguis regionibus ſpatium illorum circumſcriptum fuiſſe, atque vix biennio exacto, neſcio, quid ſiniſtri nobis ſubduxiſſe tantum Virum Almæ huic, aliumque in lo-

locum collocasse. Gratulor tamen mihi, quod favor ille Tuus erga me, Francofurti olim ortus, atque Wittebergæ renovatus firmatusque magnum in modum, nullam posthæc intercapedinem sensit, verum constantissimus mihi semper superfuit, cuius fructum plus vice simplici largissimè sum expertus. Nihil enim unquam intermisisti eorum, PATRONE SANCTE COLENDE, quæ ad me, meorumque commoda ulla ratione pertinere videbantur: & cum tempora inciderint,

rint, quæ pericula ſedibus noſtris minitata ſunt, ſponte, & non rogatus, haud levem ſuſcepiſti curam, ut, ſi opus, rebus noſtris bona ratione conſuli queat. Quam ob rem omnem maximas Tibi me gratias debere publice profiteor; atque cum eas referre non posſim, hoc mihi tamen relictum eſſe ſentio, ut cupide elaborem, quo voluntatem ſaltem cum obſervantiæ cura teſter, & memoriam eorum, quibus Tibi obnoxius ſum, ſancte tuear, ac inviolabilem erga Te,

quem

quem religioſe colo & veneror, ſervem pietatem. Cuius rei ſi pignus hunc librum, Tuis auſpiciis in lucem qui venit, interpretari velis, quod in votis meis eſt, & demiſſe rogo, cauſa eſt mihi gaudendi: atque ſatis præmii qualiumcunque laborum erit, ſi illi, qui aſpectu ſuo iſtum cohoneſtabunt, intelligant ILLUSTREM STRYKIUM benevolentia ſua me eſſe complexum, memet vero tum obſequii, tum grati animi gloriam affectaſſe. Ad librum vero ut redeam, illum, quia Tuus


eſt,

est, censura quoque quæso, dignare, ac, si Tuo acumini quædam, ut nullus dubito, se obvertant, quæ indigeant emendatione, mone; atque & hac parte mihi indulge, ut de Tua erga me voluntate atque benignitate, quam perpetuam mihi, si merebor, esse precor, novum petere queam argumentum. Servet Te DEUS PATRONE OBSERVANDE, & reipublicæ, & mihi; faxitque, ut vires Tuæ recens indies accipiant robur; diuque nobis sis superstes, atque cum inclyta

ta familia, omnia feliciter, atque ex voto agas! Scribebam Wittebergæ Idibus Maji. MDCCVII.

ILLUSTRIS EXCELLENTIAE TUAE

religiosus & devotus cultor
CASPAR HEINRICUS HORN, D.



PRÆFATIO.

QVem oculis Tuis judicioque honoratissime Lector, expono, ad huius libri scriptionem non meapte sponte accessi, sed passus sum me adduci magni autoritate Viri, cujus voluntati refragari, esse nefas existimaui. Satis enim cognitum perspectumque habui, haud deesse generis bujus libros, eosque ab eruditissimis ac in publicarum quoque rerum argumentis versatissimis Viris conscriptos, quibus commodis studiosæ juuentutis consuli queat; quorum vnum alterumue ipse semel atque iterum, vna cum Auditoribus euolui, atque, quantum fieri potuit, doctrina mea explicaui: ut adeo haud necessarium esse opinatus sim, numerum Scriptorum Juris Publici satis jam magnum, mea, qualicunque opera adaugere, qui nulla scribendi prurigine laboro. Neque etiam ignotum mihi est, quanta cum difficultate conjunctum sit,

)( )(in

in hisce rebus ita versari, vt ea, quæ congeruntur, applausum mereant, præsertim si accessu destituamur ad publica acta & tabularia, quorum monumenta vtramque paginam hic facere solent. Vt taceam, non carere periculo, in disquisitionem ea vocare, quæ ad jura Summæ Majestatis, maximorumque Principum pertinent, vbi procliuis ad lapsum via, & peritissimi quoque perfacile offendere possunt. Vicit tamen adhortatio illustris Viri, *quæ, quascunque instituti habuerit rationes, jussus instar mihi fuit. Dum vero hunc laborem mihi impositum suscepi, hanc rationem perpetuo seruandam esse constitui, ut ex genuinis principiis, quæ in hoc libello indicaui, doctrinam publici juris eo ordine proponerem, qui disciplinæ huic quam maxime conueniret, atque simplicitate naturali se commendare videretur. Posthac ea mihi cura fuit, vt omnia secundum modernum statum definirem, nec ad antiquiora delaberer, nisi vbi opus, & sine horum cognitione rerum series, & facies præsens cognosci haud potest. Præterea vero sedulo cauere studui, ne in publicas leges impingerem, aut aliter, quam illæ jubent, sentirem de publico statu, aut de illis teme-*


temere judicium ferrem, quæ juris publici, rerum judicatarum, aut conuentionum autoritate nondum sunt definita. Qua parte, vt eo minus à scopo aberrarem, haud paucos ex optimis recentissimisque Scriptoribus euolui, illorumque sententias, antequam meam exponerem, expendi, atque ex illis excerpsi quoque, quæ ad monumenta rerum pertinere, & ad institutum meum facere, sum arbitratus. Maximum vero mihi adjumentum præbuit, atque subsidium, nobilissimum illud ac celebratissimum opus, quod sub nomine Fecialis Europæi *jam per quatuor fere lustra Orbi literato innotuit, tanta copia rerum omnium, quæ ad argumentum hoc spectant, refertum, vt plurima in illo repererim, quæ alibi quæsiui frustra, vt a multis me liberauerit dubiis, confirmaritque sæpe in iis, quæ animo paulisper hæsitante constitueram. Vt adeo* illustri Autori, *quem religiosissime colo, præter eas gratias, quas res literaria vniuersa, ob tam insigne & vtilissimum opus debet, a me peculiares haberi deceat; ne de aliis quam plurimis causis dicam in præsenti, quæ tanto* Mæcenati *obstrictissimum me reddiderunt. Breuis esse volui, quia tyronibus juris publici*

libellus destinatus est: sed tamen haud euitare potui, quin interdum prolixior, quam propositum erat, scriptio fuerit. Hoc præsertim mihi tunc contigit, vbi de juribus Majestatis circa Sacra fuit agendum. Quod tamen spero, neminem male habebit, qui argumenti dignitatem justa secum lance expendit. Libertatem sentiendi indulsi mihi, sed non tamen, opinor, vltra quam fas est: & si quid dictum deprehendatur, quod religioni, vel cujusquam juri, aut autoritati officere posse videatur, illud indictum esse volo. Sed non opus, prolixius de his præfari. Tu, Lector Candide, *qui librum hunc lectione dignaris, ipse videbis, quæ instituti mei ratio, qui successus: &, si visum Tibi fuerit, monere me de perperam dictis, officium mihi hocce gratissimum erit. Illud vero, quin addam, non possum, laborem huncce cæptum quidem fuisse, sed non adeo longe progressum esse, cum ea fata Saxoniæ venirent, quæ nostros circulos mirifice conturbarunt, atque notiora sunt, quam vt multis de illis hic queri necesse sit. Quum primum omnia terrore implerentur, abieci è manibus chartas meas, atque existimaui, derelinquendum, vel saltem in aliud tempus, & lon-*

longius quidem, quam optabam, rejiciendum esse opus. Quia vero, quod Dei *immortalis beneficium est, res eo deuenit, ut secure nobis hic commorari licuerit,* Potentissimique Reges *de pace ineunda, cogitationes susceperint, atque induciæ primum pactæ; mox etiam ipsa pax secuta: redii ad labores meos, quos illi, quorum impensis pars typis jam exscripta, urgebant, atque tandem per diuinam gratiam sub variis turbis, & malis, quibuscum, & pace restituta, conflictati sumus, quod cœpi, perfeci. Quam ob causam venia Tua eo magis dignus ero* L. B. *si turbido isto rerum statu mihi quædam exciderint, vel irrepserint, quæ rectius & melius debuissent dici & scribi, ac alio tempore, vbi animus liberior à curis & solicitudinibus, fortasse potuissent. Quod superest, Deo T. O. M. gratias ago immortales, quod majora mala, quæ metuebamus, auertere à nobis voluit, suoque numine efficere, ne ferro & igne in nos sævitum, neue sedes nostræ, & præcipue hae religionis & bonarum artium, plane sint euersæ: precorque immensam ejus bonitatem, ut eorum, quæ huc vsque passi sumus,*

finem

finem esse jubeat; publicam Patriæ salutem, & tranquillitatem restituat plene, firmetque, & quod caput est, ita nos regat, gressusque nostros dirigat, ut gratia ejus Divina digni semper reperiamur! Tu vero Lector Honoratissime, Vale & favore Tuo me complectere. Witteberga, apud Saxones, Idibus Maji MDCCVII.



PRÆ-

PRÆFATIO NOVA.


HOrnianum Juris publici Romano-Germanici compendium, Lector honoratissime, quod ab celeberrimo auctore anno 1707. fuit editum, iam iterata editione concinnioribus typis prodit. De cuius libri laudibus non est, quod multa dicamus; cum constet, eundem applausum non mediocrem dudum meruisse, atque academicarum prælectionum vsibus non sine fructu adhuc inseruiisse. Non enim facile alicuius momenti quæstio in iure publico occurret, quam hic non tactam videas, & remittit ad eos auctores, vbi plenior eius discussio potest haberi. Sed paucis accipe, quid in noua hac editione fuerit præstitum. Sphalmata typographica tot ac tanta in primam editionem irrepserant, vt interdum sensus verborum sibi haud satis constaret; sed illa iam omni studio sublata deprehendes. Deinde cum post primam editionem ad LL. fundamentales accesserint Capitulatio Caroli VI. Augustissimi Imperatoris, & Pacificatio Badensis, vbi quædam antehac dubia sunt decisa, alia mutata, aut corre-

cta,

cta, iſta in hac altera editione ſunt diligenter obſeruata, & minutioribus typis theſibus ſubjecta, aut ipſe textus quibusdam in locis paulisper eſt inflexus, vt hiſce novis legibus congruat: atque ita nihil recentisſimi iuris publici ex illis materiis, quæ quidem hoc in compendio tractantur, deſiderari queat. Sunt etiam fontes indicati, vnde cuncta ſunt hauſta, vt vberiora ibidem legere cuiuis liceat. Potuiſſent quidem longe plura monita facili negotio adiici, immo noui articuli hinc inde inſeri, ſi grandius volumen conficere animus fuiſſet: verum pro compendii modulo hæc poſſunt ſtudioſæ inventuti academicæ, quæ iuris publici cognitionem expetit, abunde ſufficere. Præterea Inſtrumentum Pacis Oſnabrugenſis, tanquam præcipua Lex fundamentalis imperii, pariter ac in prima editione, fuit additum; ſed ſedula emendatione a multis vitiis typographicis & mutilationibus repurgatum: nec minus adiecta eſt capitulatio novisſima Caroli VI, quæ crebro erat alleganda.

Vale, lector benevole, & hoc qualicunque labore fruere.

CAP. I.



B. C. D.

CAP. I.

DE JURE PUBLICO ET JURISPRUDENTIA PUBLICA IN GENERE.

§. I.

Quot modis vocabulum *juris*, itemque *publici* accipiatur, late ostendit *Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 1. Rhetius in Inst. Iur. publ. l. 1. tit. 1.* §. *1.* omnium vero latissime *Mauritius de princip. jur. publ. Rom. Germ. c. 1.* Quod si autem quæstio sit, quo sensu conjunctio horum vocabulorum, & *juris publici* appellatio veniat, ita rem posse concipi existimo, si dicamus significari his vocibus 1.) *Legem* seu normam actionum moralium circa publicum statum: & quidem interdum vel legem aliquam singularem, vel complexum Legum, quæ circa publicum statum occupantur; 2.) illis verbis innui *id quod justum est*, secundum Leges de statu publico conceptas, illisque præceptum; 3.) *qualitatem* seu faculta-

Varia acceptio J. P.

tem moralem ex Legibus de ſtatu publico competentem; 4.) *partem jurisprudentiæ totalis*, ſeu habitum in hominis mente formatum, qui circa illas Leges verſatur, & denique 5.) *ſyſtema* ex illis Legibus digeſtum, atque in formam artis redactum.

Pro Legè. §. II. Jus publicum, quatenus pro Lege ſeu norma actionum moralium hic accipitur, vel *Lex ſingularis aliqua eſt de ſtatu publico principaliter, & directo agens*, vel *complexus, ſeu congeries Legum ad Statum reipublicæ directo, ac principaliter ſpectantium.* Primo obſervandum eſt, jus publicum ita dici non ſaltem ratione *cauſæ efficientis*, quod a publica poteſtate ortum ducat, quo ſenſu etiam jus privatum publicum eſt; ſed potiſſimum ratione *objecti*, & *finis*, cum ſcil. primario agat de rebus ad publicum ſtatum pertinentibus, & primario publicam ſalutem totius ſocietatis civilis ſpectet, licet per conſequentiam & res ſingulorum, illorumque utilitatem non negligat: cum e contrario jus privatum primario & directo cauſas ſingulorum ob oculos habeat, & illorum ſalutem; quamvis per conſequentiam, ad publicum ſtatum & totius civitatis ſalutem quoque referatur.

Status Reipublicæ quid? §. III. Obſervandum porro eſt, per *Statum publicum*, vel *rempublicam* intelligi, quæ in ordinatione & executione eorum, quæ

quæ ad rempublicam, qua talem, spectant: sive, ut *Cicero* loquitur, quæ *civitatis sunt & imperii:* vel quæ *constitutionem reipublicæ, quam conditores illius formare voluerunt*, vel *illi intendunt, penes quos hæc res stat, concernunt.* Quæ constitutio consistit in dispositione & τάξει potestatum civitatis omnium, imprimis vero ejus, quæ summa est. Quorsum omnia pertinent, quæ imperantibus, quæ subjectis, mediisque magistratibus, & omnibus quidem, qua talibus, inter se tribuenda, tum belli, tum pacis tempore.

§. IV. Norma vero ista, secundum quam in civitate viventes actiones suas dirigere debent, consistit vel in præceptis generalibus, quæ jus divinum sive naturale, sive universale positivum suppeditant; vel in propriis, quæ in qualibet civitate constituta sunt. Atque inde a quibusdam non male ista præcepta dividuntur in *jus publicum gentium*, & *jus publicum civile. Hub. de J. Civ. L. 1. S. 1. cap. 1. §. 8. seq.* Illud generales regulas præbet circa officia imperantium, sive summam, sive intermediam potestatem habeant, & subditorum, quæ in qualibet republica apud quaslibet gentes ac populos, qui in civitatem coivere, observari debent. Hoc vero regulas complectitur, quæ ad regimen certi alicujus populi, & reipu-

Jus publicum, aliud gentium, aliud civile.

blicæ juxta ſuam conſtitutionem referuntur, atque adeo cuilibet populo, & civitati propriæ ſunt.

Jus publicum gentium §. V. Illud jus publicum, quod gentium diximus, Deum auctorem habet, & vel naturæ humanæ impreſſum, vel in verbo divino revelatum, vel repetitum ſaltem: hoc vero homines auctores habet, eos ſcil. quorum in poteſtate fuit, vel eſt, formam certam ſocietatis civilis conſtituere, atque ſic ſingulis præſcribere leges, ſecundum quas actiones illorum in relatione ad rempublicam dirigantur. Una Judæorum reſpublica ea gaudet prærogativa, quod ab ipſo DEO formam & leges fundamentales acceperit, cujus adeo Theocratias jus publicum ad jus divinum, particulare tamen, referendum eſt.

Jus publicum civile. §. VI. Reliqua jura publica civilia omnia humana ſunt, & humanam cauſam agnoſcunt. Etſi enim Deus civilis poteſtatis ſit auctor, & omnem majeſtatem & poteſtatem civilem a Deo eſſe recte dicatur: liberum tamen ſapientiſſimum Numen hominibus reliquit, qua ratione in ſocietatem civilem coire, quam ejus formam ſtatuere, quibusve ſic legibus circa publicum ſtatum uti velint.

Illius origo. §. VII. Cum primum ſocietas civilis inter illos, qui ſponte coivere, condi coepit,

pit, jus illud publicum proprium in terminis conventionis subſtitit, atque adeo hoc intuitu lex proprie dici non potuit: quia hæc a superiore proficiſcitur, nec inter pares, quales hactenus omnes fuere, datur. Obligatio ergo omnis proxime ex conſenſu adfuit, atque remote ex jure naturali.

§. VIII. Quia vero ex illa coitione id secutum eſt, quod omnes collective ſumpti, vel major pars ſuperiores facti ſingulis, vel minori parte, qui eo ipſo, dum in hanc ſocietatem coivere & conſenſerunt, vel ei poſtea acceſſerunt, reliquorum voluntati, vel certe majoris partis, cum aliter finis non potuerit obtineri, ſe ſubjecerunt: inde porro evenit, ſponſione illa communi, vel placitis majoris partis ſingulos, & minorem partem, tanquam legibus proprie ſic dictis obligari. conf. *L. 1. 2. ff. de LL. Grot. l. 2. de J. B. & P. c. 14. num. 9. Huber. de jure civit. l. 2. S. 2. cap. 4. S. 3. cap. 4 l. 3. S. 2. cap. 1. §. 5. ſeq.* Quod & idem contingit, ſi conſtituta jam republica pacta circa ſtatum publicum ineantur. **Vis obligandi in Democratia.**

§. IX. Quod ſi uni ſoli, vel paucis ſumma poteſtas deferatur a populo, negotium a conventione incipit, qua populus ſe ſubjicit & obſequium ſpondet; ille vero vel hi imperium accipiunt, & offici- **In Monarchia & Ariſtocratia.**

um boni Principis, vel Rectorum explere se velle promittunt: *Huber. de J. Civ. S. 3. cap. 5. §. 6.* Et in his terminis conventionis a parte imperantis res subsistit, nec ulla alia obligatio adest, quam ex pacto, non ex lege proprie sic dicta, quæ decretum est superioris, qualem non habet imperans. Respectu vero parentium conventio illa degenerat in legem proprie sic dictam, qua omnes & singuli subditi stringuntur, quod exemplo Legis Regiæ Romanorum patet.

In statu, qui alium modum administrandi habet.

§. X. Si ab initio pacta quædam adjiciantur circa modum administrandi, vel ex post facto (quod Rectores absolute tales haud temere admittunt,) res eodem modo sese habet. Et licet utrinque a conventione res initium ducat: ea tamen inita subditi tanquam ex lege, quatenus res illos tangit, obligantur. Sin vero illi, quibus summa potestas semel delata, postea leges condant circa statum publicum, e. g. circa magistratus inferiores, & judiciorum constitutionem, exercitiumque aliorum jurium Majestatis, leges illæ jus publicum utique sunt, & subditos tanquam leges proprie sic dictæ obligant; non vero ex conventione, nisi remote pactum subjectionis respicias, quo spoponderunt se secundum voluntatem imperantis vivere velle.

§. XI.

§. XI. Quod si vero vel ab initio statim ita potestas uni deferatur summa, ut ab illa vel populus, vel primores populi participent; vel ex postfacto res in talem statum perveniat: tunc si populum, vel primores collective respicias, hic l. hi eo intuitu obligantur, non nisi ex conventione, æque ac ipse ille, cum quo pacti sunt, quoniam hoc respectu non pro inferioribus, sed pro coimperantibus & paribus habendi sunt. Atque tunc illæ conventiones proprie Leges non sunt, sed eatenus ita dicuntur, quatenus hæc vox pro pacto, vel instituto civitatis accipitur. Singuli vero ex primoribus, ut reliqui ex populo, per modum legis propie sic dictæ stringuntur, quod ex dictis patet. In republica mixta.

§. XII. Solent etiam ad jus publicum referri pacta cum exteris; & suo modo recte. Sed quia tamen ipsam reipublicæ formam, & statum directo, & immediate non concernunt, licet illius conservandæ causa ineantur: nec etiam, qua talia, leges proprie sic dictæ publicæ & fundamentales dici poterunt. Pacta cum exteris.

§. XIII. Denique id hic observandum, in civitatibus magnis dari societates varias subalternas, & dependentes, quæ etiam sua forma & norma peculiari constant: ut adeo in civitate independente, J.P. Subalternum vel particulare.

 & uni-

& universale, quod regimen universi respicit, & particulare jus publicum detur, quod ad subalternas illas societates pertinet. Quod suis gradibus distinguitur, ita ut nulla provincia, nulla urbs, nullus pagus fere sit, qui non peculiari jure publico gaudeat.

J.P. scriptum vel non scriptum.

§. XIV. Uti vero omne aliud Jus, quod ab humana potestate proficiscitur, vel expressa vel tacita voluntate illorum, penes quos hæc res stat, innititur, atque inde vel scriptum, vel non scriptum dicitur; quod a Doctoribus juris civilis præsertim passim explicari solet: ita etiam hæc divisio in jus publicum, tum universale, tum particulare cadit, atque id vel scriptum est, vel non scriptum.

De eo quod justum est secundum leges publ.

§. XV. Ex hisce autem præceptis J. P. facile apparet, *quid justum sive injustum secundum* jus *publicum?* Quodcunque enim cum illa norma convenit, id juris publici est, i. e. justum secundum leges de statu publico. Quodcunque cum illa norma non convenit, injustum dici meretur.

Facultas moralis ex Jure Publ.

§. XVI. Porro ex illis Legibus cognosci potest & debet, quænam facultas moralis competat personis, sive summis imperantibus, sive intermediis, sive etiam parentibus ad aliquid habendum, vel agendum.

§. XVII.

§. XVII. Quia vero sæpe hac de re dubia occurrunt, homines operam dare cœperunt, ut habitum consequerentur, jus illud publicum recte interpretandi, atque ad facta singularia, quæ in civitate contingunt, applicandi. Atque inde evenit, publicum jus etiam pro habitu mentis ut accipiatur. Est ergo jus publicum hoc sensu *prudentia leges de statu reipublicæ (Romano-Germanicæ) interpretandi, & ad facta singularia applicandi, ut inde justitia & salus publica eveniat.* J. Prudentia publica.

§. XVIII. Proximum *genus* prudentiam posuimus, per quam intelligimus civilem & illam *ejus* speciem, quæ δικαστική, judiciaria dicitur *Franzk. ad tit. ff. de J. & J. num. 66. Conr. de Civ. prud. cap. 3. pag. 34.* Nomen enim prudentiæ civilis tam late patet, ut sub ambitu suo tum Jurisprudentiam, tum Politicam comprehendat, qua de re eleganter agit *Conring. de prudentia civili.* Qui vero habitum practictum genus constituunt, non male faciunt quidem, sed remotum tantum exprimunt, atque intellectus habitum talem innuunt, qui pro fine non habet speculationem saltem, sed etiam praxin. De qua re Philosophi passim agunt, & ex nostris *Franzk. d. l.* Genus ejus.

§. XIX. *Objectum* vero hujus habitus constituunt partim jura illa, quibus civi- Objectum.

tas circa statum publicum uti solet, quatenus scil. interpretanda, & ad facta applicanda; partim etiam negotia statum immediate concernentia, seu actiones hominum, quæ secundum illa jura examinari debent, utrum cum norma conveniant, nec ne? Quæ cum sæpe in obscuro sint, interpretatione etiam opus est, ut voluntas agentium cognoscatur. Quibus si jurisprudentiam publicam non in abstracto, sed concreto definire velis, respectu scil. habito ad certam rempublicam, nomen proprium saltem addere poteris. *v* §. *XVII.*

Forma. §. XX. *Forma* hujus prudentiæ, vel habitus est interpretatio legum de statu publico, rerum judicatarum, investiturarum, aliorumque, quibus voluntas hominum declaratur. Paucis: interpretatio juris & facti, quæ reapse cum *fine interno* coincidit, modo tamen considerandi, & sic formaliter ab eo differt. *Finis externus proximus* est justitia universalis: *ultimus* reipublicæ salus, quatenus uterque scil. per leges publicas intenditur.

Finis. Subjectum. §. XXI. *Subjectum, quo* mediante inest, est intellectus: subjectum vero, *quod* ab hoc habitu denominatur, JCtus est, quacunque alias dignitate polleat. *Media* autem, quibus hic habitus acquiritur, sunt juris pnblici cognitio, & modi jus cogni-

cognitum interpretandi, & applicandi, qui in ratiocinatione, & regulis hermeneuticis consistunt, atque aliis legibus explicandis, & applicandis adhiberi solent. *Schilter l. I. P. L. I. T. 2. §. 16.*

§. XXII. Ita vero patet, hanc jurisprudentiæ partem a reliquis totalis jurisprudentiæ partibus, vel ut alii loquuntur, speciebus, non nisi *objecto speciali, & fine* differre; in reliquis autem omnibus cum iisdem exacte convenire. Conv. & disconv. cum reliquis partib. Jur. P.

§. XXIII. Patescit inde porro, quomodo a *Politica* differat. Scil. *Politica* est habitus regendæ cujuslibet civitatis (Romano-Germanicæ). Juris Publici prudentia est habitus leges de statu (Roman. Germaniæ) publico conceptas interpretandi, & applicandi. Ex qua re apparet, Politicum, & juris publici Consultum formaliter differre. Quia tamen interpretatio legum commode fieri non potest, nisi rationes earum penetrare queamus, intelligamusque, quid reipublicæ expediat; hæc autem ex Politica petenda: sequitur JCti partes explere non posse, nisi qui prudentia politica polleat. Quam ob rem JCtos consiliis Principum, & negotiis publicis passim adhiberi videmus, quamvis id ægre ferat *Conring. de prudentia civili cap. 3. Conf. Ziegl. ad Grot. pag. 37. Hahn. ad Wesemb. de I. & I. num. 14. pag. 44.* Quid differt a Politica?

§. XXIV.

à Notitia Imperii.

§. XXIV. Deinde discimus, *notitiam imperii* vel *universæ reipublicæ ejusque status* a jurisprudentia publica maximopere differre, & hac latius patere. Namque illa notitia universi non tantum supponit notitiam legum publicarum, & artem illas interpretandi & applicandi, atque prudentiam Politicam; sed comprehendit etiam historiam circa originem & mutationes reipublicæ, res gestas cum exteris, genealogiam familiarum imperantium, & aliarum illustrium, inclinationes imperantium, & subditorum, amicos & hostes, vires & defectus, copiam & inopiam reipublicæ. *vid. Conring. de Prudentia civil cap. II. & XII. Rachel. in Otio Noviomag. cap. III.* Qua quidem notitia juris publici consultus, si omni ex parte perfectus esse velit, carere nec potest, nec debet.

à Ratione Status.

§. XXV. *Ratio status* secundum vim nativam vocabulorum nihil aliud est, quam causa, ob quam aliquid genuini boni reipublicæ cumprimis, qualis in præsenti est, ergo, fit vel omittitur. *Conring. d. l. c. II. pag. 9.* Hoc sensu ratio status nec prudentia, nec habitus est, nec etiam lex. Prudentia tamen civili, tum politica, tum judiciaria opus est, & his non solum, sed notitia universi status reipublicæ, si illas causas quis indagare vel suggerere, vel

in

in usum deducere velit. Quod si, ut nonnulli faciunt, rationem status definias per prudentiam regendi rempublicam, vel ea agendi, quæ publice expediunt, nihil aliud est, quam Politica, quæ a juris publici prudentia differt, ut diximus. Sin vero pro utilitate vel commodo dominantis, sive justam sive iniquam dominii causam habet, vel pro re utili, sive justa sive injusta sit, accipias vocem, facile apparet, qua ratione a jurisprudentia nostra differat. *vid. Schweder Part. general. cap. 1. §. 5. Textor de ratione status.*

§. XXVI. Quoniam vero multo labore opus, ut quis habitum huncce consequatur, qui sola ἐμπειρία acquiri non potest: opera dari solet, ut in formam artis, vel systema jus publicum redigatur, quo juxta doctrinam artis per rationes & causas ille habitus acquiratur. Atque hinc jus publicum accipitur pro *doctrina & disciplina*, quæ docet *cognitionem juris publici*, ac *quomodo illud interpretandum & applicandum ad facta circa negotia ad statum publicum pertinentia.* Qua doctrina qui bene imbutus, si postea usus & exercitatio in aulis, congressibus, & diætis publicis, ac judiciis accedat, is gloriari poterit, habitum illum in ea perfectione, quam humana conditio permittit, se consecutum esse. Doctrina J. Publici.

§. XXVII.

Systemata J. P. cur Germania tam multa habeat? §. XXVII. Ejusmodi autem systemata, quibus doctrina juris publici continetur, procul dubio plura nulla vidit respublica, quam imperium Romano-Germanicum. Nulla etiam est, in qua de publico statu tantopere calamo & scriptis disputatum est, quam hæc ipsa. Occasionem hujus rei dedit Pontificum Romanorum tyrannis, qui jura imperatorum infringere, & ad se rapere conati sunt, quibus a viris cordatis lingua & stylo contradictum, atque id actum, ut jura Cæsaris adversus Papam defenderentur. *Schilt. L. 1. I. I. P. T. 2. §. 12.* Accessere postea dissidia circa religionem, quæ lites & alias post se traxerunt. Quæ omnia occasionem præbuerunt curatius inquirendi, quænam jura Cæsaris, quæ Ordinum sint: quæ facilius postea explicari potuerunt, postquam magnam partem per Pacem Westphalicam, Capitulationes, aliasque Leges fundamentales exactius, ac olim, definita. Hinc tot libri nati, quos plerosque recenset *B. Kulpisius* in peculiari epistola de studio juris publici, qui tamen non omnes eadem laude digni, atque ita comparati sunt, ut recentiores aliis, qui antecesserunt, præstent. Quod non mirabitur, qui tum illa, quæ dixi, expendit, tum qui cogitat, nihil uno impetu ad ἀκμὴν perduci posse. §.XXVIII.

§. XXVIII. Uti vero iſtis libris jus publicum univerſale, quod in ſtatu totius Imperii ſive totius compagis, quam Imperium Rom. Germanicum vocant, occupatur, omnes tractant: ita quidem ad jura publica particularia, quæ in ſubordinatis illis rebuspublicis, territoriis ſcil. ordinum in uſu habentur, deſcendunt etiam, ſed generalia tantum ferè exhibent omnibus iſtis territoriis communia, quæ ex legibus publicis totius Imperii deſumuntur. Omnium vero indagare ſtatum, vel explicare velle ſingularum, nimis prolixum & difficile foret. Imo ſpeciale jus publicum unius vel alterius provinciæ, vel territorii integrum edere, vel per modum doctrinæ proponere auſus eſt nemo, quantum novi. Neque etiam Principes Imperii, potentiores præſertim, ferre ſolent de juribus ipſorum, & ordinum provincialium ea ratione ſollicitum eſſe, ac id quidem intuitu univerſalis juris publici licet: quamvis Civitates imperiales hac parte faciliores ſint, de quarum forma atque ſtatu paſſim notitia major in ſcriptis publicis extat, quam quidem intuitu territoriorum Principum ſolet. Promiſit tamen Dn. *Schilterus* jus publicum Provinciarum Saxonicarum in *Not. ad Struv. c. 6. §. 10. p. 47.*

Cur non dentur ſyſtem. particul. publ. jur. in Germania?

§. XXIX.

An publicum jus in Scholis docendum? §. XXIX. Utrum vero jus publicum in Academiis doceri debeat & possit? inter DoctoresGermanicos varie olim fuit disputatum. Qua de re legi potest *Limnæus in præfat. & Lib. I. cap. 2. de jur. publ.* Hodie merito hæc disputatio otiosa habetur, cum nemine repugnante jus publicum in scholis doceri, & disci, Professores etiam in hanc rem publicos constitui passim videamus. Sane cum jus publicum, seu leges de statu publico doctrinalem quoque recipiant interpretationem, eodem modo, ac jus privatum, modo caveamus, ne illa, quæ certissima sunt, & legibus fundamentalibus definita, docendo, disputando, vel scribendo impugnemus, sicque impingamus in *art. 5 §. 50. I. P. O. R. N §. 191. Cap. Leopold. & Joseph. Carolin. art. 2. Rhet. l. 1. tit. 1. §. 7. is. seqq.* (*) cur non liceret jus publicum addiscere, & modum illud interpretandi in scholis? in quibus ea tradi convenit, quæ in usu habentur. Interim nemo negabit, caute hic procedendum esse, ne in ea, quæ dixi, impingamus, neve temere judicium feramus de illis controversiis, quæ legis publicæ, vel rerum judicatarum, aut pactorum autoritate nondum definita sunt. Patet etiam ex dictis ad JCtos hanc doctrinam pertinere, quippe quæ pars doctrinæ jurisprudentiæ universalis: uti

juris

juris publici prudentia, pars est juris prudentiæ totalis.

(*) His locis adiungi potest *Edictum Caroli VI. Imp. Gloriosiss. de anno 1715.* quod extat in Elect. Jur. Publ. Tom. VIII p. 81.

§. XXX. Mihi in præsens constitutum est in gratiam Auditorum, doctrinam juris publici Romano-Germanici, hoc libello complecti, universalis scil. & particularis quoque, generalis tamen illius. Nam ad specialia singulorum territoriorum jura descendere nec mihi datum. Scopus libri.

CAP. II.
DE
IMPERIO ROMANO-GERMANICO, ET EJUS ORIGINE.

§. I.

Respublica, cujus publicum jus per modum doctrinæ tradere animus, est civitas Germanica vel Regnum Germanicum, quod vulgo *Imperium Romano-Germanicum* audit. Resp. Germanica.

§. II. Gentes, quæ illam terram, quæ Germania dicta, inhabitarunt, *Germani*, & *Tuistones* dicti sunt: hoc ab Autore *Tuistone* accepisse nomen, *Tacitus* refert, quem Germani terra editum crediderunt, qui ille ipse est, ut non male existimatur, qui in S. Libris Ascenas dicitur, Noachi pronepos *Genes. X. 3. Cluver. Germ.* Germani.

antiqua l. 9. Rhet. l. 2. 7. Unde vero *Germanorum* ortum nomen, an dicti sint quasi a *germinando*, vel fratribus *Germanis*, vel a *ger* vel gar & Mann? æque incertum ac illud, num *Germani* veteres se ipsos hoc nomine compellaverint. Varias conjecturas exhibent Scriptores. *Rhet. d. l. §. 10. Conring. ad Tacit. de mor. Germ. cap. II. Rachel. in Otio Noviom. cap. XIII.* Specialia autem nomina, vel specialissima gentium Germanicarum legi possunt apud *Tacitum d. l.* quæ tamen hodie varias mutationes passæ, ita ut omnis illa expositio antiquorum nominum maximam partem non nisi conjecturis innitatur, & licet summo studio fiat, multum tamen dubii relinquat.

Germaniæ antiquæ fines.

§. III. Tractus ille, qui Germania dictus, vel Germania magna, amplissimus fuit, finesque habuit versus orientem, Sarmatas & Dacos, seu Vistulam & Sinum Finnicum montesque Carpatos, versus occasum Rhenum, versus meridiem Danubium, atque versus septentrionem Oceanum. Sed tamen & ultra hos limites Germaniæ populos habitasse ab omni memoria ostendit ill. *Dn. Coccejus Jur. publ. prud. c. II. §. 6.*

An veteres Germa-

§. IV. Omnes autem hosce populos in unam rempublicam coivisse, nullis monumentis probari potest. Illa, quæ adsunt,

ſunt, potius docent, tot fere fuiſſe civitates, quot populi Germanici, qui magno ſuo malo, ne quidem foedere aliquo conjungi potuere. *vid. Tacit. in Agricol. cap. 12.* Quænam autem forma harum civitatum fuerit, quænam inſtituta, qui mores populorum horum, non adeo exacte conſtat. Nulla enim extant monumenta, quæ ab ipſis his populis, qui vel plane literis caruere, vel nihil ſaltem earum monumentis reliquerunt, profecta; ſed omnia quæ novimus, peregrinis ſcriptoribus Latinis & Græcis *Julio Cæſari*, *Tacito*, *Straboni*, *Plinio*, *Ptolomæo*, *Marcellino* aliisque debemus, qui tamen interiora Germaniæ magnæ nunquam penetrarunt, atque illa, quæ tradiderunt, ex auditu ſæpe ſaltem, & ex illis, qui limitaneas provincias incoluere, vel frequentarunt, didicerunt, ſæpe decepti ſunt, vel ex ſuæ gentis inſtitutis de Germanis judicarunt. Interim cum aliis deſtituamur, contenti ſimus hiſce neceſſe eſt, ac illis, quæ viri docti, *Cluverius*, *Berneggerus*, *Conringius*, *Rhetius*, *Coccejus*, *Hertius*, & *noviſſime Dn. Spenerus*, aliique in Commentariis congeſſerunt. Ex quibus omnibus id diſcimus, gentes iſtas libertatis ſtudio quam maxime deditas, odiisque inteſtinis, nunquam unius poteſtati, ſeu Monarchico Imperio ſe ſubjeciſſe,

ni in unam rempubl. coiverint?

cisse, nec adeo multum tribuisse Optimatibus, & paucorum imperio, sed plerumque Democraticæ formæ assuetos fuisse. Hisce vero diu multumque immorari ad institutum nostrum non pertinet, cum ad præsentem statum Germaniæ nihil vel parum faciat.

Rom. imperium in Germ.

§. V. Illud vero paucis tamen memorandum, gentes illas, quæ in limite australi & occidentali habitarunt, in Romanorum potestatem redactas, illorumque Imperii Provincias factas esse; Germaniæ magnæ vero incolas, illosque, qui in limite orientali & septentrionali habitarunt, libertatem suam servasse, nec unquam fuisse subjectas Romanorum potestati.

Franc. regni origo.

§. VI. Quia vero animadvertebant, illorum libertati insidias strui a Romanis, multos etiam jam suppressos esse, eam defendendi causa, gentes quasdam, vel ex illis coalitam multitudinem in unum corpus coivisse, non improbabiliter dicitur, quia a studio hocce libertatis *Franci*, vel *Francones* dicti, quasi *Fryanc* h. e. liberi juvenes vel *Fryung* h. e. incolæ liberi dicti sunt, vel a *Francone* quodam hujus instituti autore. Inhabitasse vero eum tractum, vel sedes in ista parte Germaniæ constituisse, non male creditur, quæ hodie Franconia, vel Francia orientalis appella-

pellatur. *Vid. Kulpis ad Monzamb. cap. 1* §. 2. Etsi vero *Bodinus* cum asseclis, Francos hosce non Germanis, sed Gallis initia debere, affirmat; contrarium tamen nostrates stringentibus rationibus evicerunt, & Galli ipsi sententiam istam *Bodini* non dubitant repudiare. *Kulpis. d. l.* §. 3. & 4.

§. VII. Quo tempore præcise illa conjunctio facta, vix dici potest: constat tamen tempore Gallieni, decurrente seculo III. Francos jam satis claros fuisse, atque cum Romanis contraxisse societatem. Quod discimus ex *Trebell. Poll. Aurel. Victore & Probo.* Non negandum tamen temere, & ante hæc tempora nomen Francicum innotuisse *vid. ill. Rhet. l. 2. 24.* Quando contigerit?

§. VIII. Utrum illi populi, qui Franci dicti sunt, statim in unam rempublicam coiverint, num vero fœdere saltem inter se conjuncti fuerint? dubium. Postremum defendit *Kulpis. d. l.* Hoc vero certum, seculo V. Francos se Regibus subjecisse. Primus eorum *Pharamundus* fuit, quem alii secuti: horum gesta exponunt Scriptores Francici passim. Num Franci statim unam Remp. constituerint?

§. IX. Cæterum illi populi Rhenum transgressi, Provincias Romanorum, & magnam Galliæ partem subegerunt, ac sequentibus temporibus alios Germaniæ populos sub suam potestatem redegerunt, Franc. progressus.

runt, sicque finem illius libertatis Trans-Rhenanæ, vel uti nos in his tractibus loquimur, cis-Rhenanæ, imposuere. Præsertim vero notabilis est insignis illa victoria, quam *Franci* ab *Alemannis* & *Bojoaricis* reportarunt apud *Tulpiacum*, non procul a *Colonia Agrippina*, cujus occasione *Clodovæus* Christianæ religioni nomen dedit, qua de re legi possunt, quæ ex *Turonensi*, *Sigeberto*, & aliis habet *Lehmann. Chron. Spirens. L. II. c. 20 & L. III. c. 2.*

Saxones an à Franc. devicti? §. X. Sola Saxonum gens usque ad tempora *Caroli M.* libertatem suam strenue defendit adversus Francos. Tandem post bella maxima sub *Carolo M.* accessere quidem Francis Saxones, sed ita, ceu *Eginhardus* loquitur *cap. VII. ut Francis adunati unus cum eis populus efficerentur*, atque sic uterque populus jura unius civitatis communia haberet, quam sententiam propugnat *Conring. de Civ. Imper. th. 25. & 26.* Etsi vero istam *Dn. Rhet. I. 2. 71.* multis rationibus in dubium vocat, ex capitularibus tamen, quæ Reverendiss. Princeps *Ferdinandus*, *Episcopus Paderbornensis* edidit *cap. II. & IX.* dilucide apparet, Saxones jus Comitiorum una cum Francis habuisse. Ex qua re non potest non sequi, illos simul cum Francis jure communi civitatis gavisos esse. *D. Schurzfleisch. de antiq. Saxon. dignit. Meibom. introd. ad histor.*

histor. Saxon. pag. 23. vid. Capitul. Caroli M. cum Saxonicis apud Schilter. J. J. P. T. II. p. 24. & 34.

§. XI. Quænam autem forma illius regni Francici fuerit, qui fines, non est hujus loci exponere. Legi potest *Lehmann. in Chron. Spirens. l. 2.* cum aliis. Potius illud dicendum est, qua ratione regnum illud Francicum sub Carolo M. quo imperante latissime se extendit. *vid. Eginhardus cap. XV. Kulpis d. l. §. 5.* cum Romano Imperio, & Italiæ regno fuerit conjunctum. Forma regni Francici

§. XII. De Imperio Romano ejusque origine, incrementis, mutationibus per varias formas, qua ratione ad statum Monarchicum delatum, atque, postquam ad summa pervenit, iterum ad interitum declinaverit, agere, hujus loci non est. Non licet quidem hæc penitus ignorari ab illo, qui notitiam nostri juris publici consequi cupit; sed aliunde nota esse debent, atque esse, hic præsupponitur. Pauca tamen tantum memoranda sunt, quæ eo nos deducunt, ut intelligamus, qua ratione illa conjunctio, de qua dictum, contigerit. Imperium Romanum.

§. XIII. Notum est, post translationem sedis Imperatoriæ ex Roma veteri in novam, quam a suo nomine auctor hujus rei *Constantinus Constantinopolin* dixit, quæ Occidentale, & orientale.

 olim

olim *Byzantium* vocabatur, imperium in orientale & occidentale divisum fuisse. Quod consilio non adeo bono factum esse, plerique notant. Existimant etiam multi, huic divisioni excidium, post tempora *Theodosii* secutum, occidentalis imperii, deberi, quod procul dubio ignavia successorum promovit: licet & non negandum, multa in tali mutatione regnorum justæ divinæ indignationi, & manui DEI adscribenda esse. Contigit autem illud post tempora Honorii, post quæ pene Occidentis totius possessione Romanum imperium excidit, anno LXXVI. Seculi V. Odoacer Rex Herulorum Italiam cum urbe Roma sibi subjecit, *Romulum Momyllum*, ex contemtu *Augustulum* appellatum, omni imperio exuit, & primus se Regem Italiæ vocavit, honesta Majestatis Augustalis verecundia ductus. *Sigon. lib. XV. de Imp Occid. pag. 253.*

Illius excidium.

§. XIV. Sed hocce regnum non fuit longævum, verum in eodem Odoacro post XVI. annos desiit. Quo victo & interfecto Theodoricus Gothorum Rex Italiæ imperavit. Horum Gothorum vero regnum in Italia extinxit Justinianus per Belisarium & Narsetem ope Longobardorum, *Sigon. de Regn. Ital. Lib. I. ad ann. 566. p. 4. 5.* cum circiter LXX. annos durasset.

Regn. Ital. ab Od. conditum. eversum a Goth. & a Justin. recup.

§. XV.

§. XV. Cum vero sub Justino II. Narses ille a Sophia indignius habitus, quam de imperio Byzantino meritus videbatur; Longobardorum Regem Alboinum in Italiam evocavit, & missis optimis fructibus istarum regionum, facile ad invasionem Italiæ, cujus amoenitatem jam antea Longobardi cognoverant, pellexit: qui una cum Saxonibus, aliisque sociis totam fere Italiam subegerunt, atque novum regnum, Longobardicum scil. quod Italiæ regni nomine deinde per excellentiam, & quidem, ut *Conring.* vult *de finibus Imp. L. 1. cap. 20. pag. 94.* post Carolum M. venit, condiderunt. Hoc jure a Regibus suis possideri cœpit, postquam Imperatores Romani adversum Martem experti, fœdera cum iis, tanquam justis ditionis suæ dominis inierunt. Regnum Longobardicum.

§. XVI. Quæ tempore Alboini vim illorum effugere, fuerunt urbs Roma, Exarchatus in specie sic dictus, Pentapolis (*vid. Sigon. de Regn. Ital. L. III. ad annum 755. p. 80.*) ac urbs Venetiarum: ad quas partes regendas ab Orientis Imperatoribus missi sunt Vicarii, Exarchi dicti, qui Ravennæ sedem habuerunt, de quibus *vid. Puteanus de Exarchatu*, & *Joh. Scaliger. L. III. Can. Isagog. pag. 339.* Primus fuit, qui se Exarchum dixit Italiæ, qualis etiam in Africa fuit, *Longinus Patricius* successor Reliquiæ Imp. Occid. Exarchi.

Narseti a Justino submissus *Sigon. de regn. Ital. l. I. pag. 5.*

Venetiarum libertas. §. XVII. Paulatim in libertatem sese vindicare coeperunt Venetiæ: Roma etiam deserta fere & destituta ab Orientalibus Imperatoribus, subducere se coepit illorum imperio; reliquæ partes a Longobardis vel afflictæ, vel suppressæ fuerunt, renitentibus, quantum poterant, Imperatoribus, eorumque Exarchis. Urbs Roma subducere se coepit anno DCCXXIV. tempore Leonis Isauri Imperatoris, & Gregorii II. Pontificis, occasione Edicti ab Imperatore editi de imaginibus abolendis. *Vid. Lehman. Chron. Spir. L. III. cap. 20. 23.* & qui ibidem allegantur.

Romæ urbis status.

Longobardi infestant Romam. §. XVIII. Incidebat postea Romano Pontifici *Gregorio III.* an. XXXIIX. ejus seculi lis cum *Luitprando* Longobardorum Rege, qui obsidione cingebat urbem Romam. In quam necessitatem adactus Pontifex, auxilium *Caroli Martelli* Francorum Regis imploravit, qui bonis rationibus adduxit Longobardum, ut a coepto desisteret, nec amplius urbem *Romam* devastaret. *Sigon. L. III. de Regno Ital.* Ab eo tempore apud Pontifices Francorum autoritas crevit; Imperatorum vero magis magisque diminuta est.

Pontifex de- §. XIX. Seculo eodem VIII. Aistulphus iterum Romam obsedit, quum Stephanus

nus III. Cathedram, quam vocant Petri, occuparet, poſtquam antea idem *Aiſtulphus* Ravennam expugnaverat, atque Exarchus aufugerat in Græciam. *Stephanus III.* Pontifex omni auxilio, quod nec à *Conſtantino Copronymo* ſperare poterat, deſtitutus, ad *Pipinum* Francorum Regem ipſe confugit, & ejus tutelam imploravit. Hic vero, cum *Aiſtulphus* monitus, omnia, quæ ceperat, reſtituere nollet, an. DCCLV. in Italiam venit, atque exercitu ſuo adegit Aiſtulphum, ut Ravenna, aliisque, quæ occupaverat, cederet, illaque Pontifici, qui ad ſe illa pertinere perſuaſerat Pipino, fruſtra renitente *Conſtantino*, redderentur. Interfuit etiam fortaſſe ipſius Pipini, illa imperatori non reddi. *V. d. Lehmann. Sigon. dd. ll. Conring. de Imp. Germ. Rom. c. 6. §. 6.*

fenſus a Franc.

§. XX. Quæ vero cum Aiſtulpho pactus *Pipinus*, fregit *Deſiderius* illius ſucceſſor. Ob hanc cauſam *Adrianus* Pontifex *Carolum* Pipini filium evocavit, qui *Deſiderium* vicit & in Galliam captivum duxit, Longobardicorum Regum imperio finem impoſuit, regnumque ipſum jure belli in ſe transtulit, & tanquam regnum ſui juris poſſidere cœpit, ac ſe Regem Francorum, ac Longobardorum appellavit, *Baron. ad ann. Christi 733. Sigon. d. l. Lehmann. L. II. cap. 20. Conring. d. l. c. V. §. 12.*

Deſiderii fata.

Carol. Rex Italiæ fit.

Hiſto-

Historia illius belli apud duos priores, ac illos, quos allegant, *Eginhard. Sigebert.* & in *Annal. Franc.* sc. legi potest.

§. XXI. Reliqua Imperii Orientalis a *Desiderio* Romano Pontifici, cui *Pipinus* illa tradiderat, erepta, denuo reddidit eidem Præsuli *Carolus*, atque ab eodem *Patriciatus* dignitate exornatus est *canon. 22. dist. 63. Lehman. L. II. cap. 40. Conring. de Rom. Germ. imper. cap. VII. §. 9. Schurzfleisch. de Div. Imp. Carol.* § *12.* Qua dignitate etiam *Pipinus* antea gavisus erat. Posthæc, ipsis feriis natalitiis, *Leo* Pontifex cum Senatu populoque Romano *Carolum* Romæ, eo tempore cum ibi esset in Basilica S. Petri, invitum, ut videri saltem voluit, Imperatorem Romanum renunciavit, & *Augusti* nomen illi dedit. Quod tum annales Francici, tum *Eginhard. cap. XXVIII.* docent. *Conf. Lehmann d. l.*

Carol fcil Imperator.

§. XXII. Subjecit se ita Pontifex Romanus cum Senatu populoque, atque omnes reliquias Romani Imperii *Carolo* Francorum Regi. Sed nondum jus firmum exinde eidem Carolo natum esse potuit, si non demonstretur, Pontificem & urbem Romam sui juris fuisse, illisque jus in reliquas illas partes Romani imperii competiisse. Quod quidem hactenus factum non est. Nam quæ de indignitate orientalium Imperatorum aut derelicti-

Carolo Papa & popul. Rom. se subjecit.

Jus Carol. in R. I.

lictione argumenta petuntur ad excludendum ſubjectionis vinculum, multis dubiis obnoxia ſunt. Plane ubi rem, quam libenter retinere vellem, ob defectum virium, vel aliam neceſſitatem defendere non poſſum; non ſtatim derelictio inde inferenda. *Boecler. ad Grot. Lib. II. cap. 4. pag. 143.* Neque etiam ideo, quod *Irene* Imperatrix contra mentem & morem Romani populi imperium accepit, ipſi imperio occidentali, vel illis, ad quos pertinebat, fraus fieri potuit, nec Romanis jus competere, reliquias imperii occidentalis in alium transferendi. *Ziegl. & Gronov. ad Grot. l. II. de J. B & P. cap. 9.*

§. XXIII. Opus ergo eſt, ut jus Caroli in Romanum imperium ſuperſtruatur transactionibus cum *Irene*, *Nicephoro* & *Michaele* Cæſaribus Orientalibus initis, de quibus in Scriptoribus Francicis legitur. Etſi vero hæ ita a Byzantinis initæ, ut, ſi neceſſitas id non exegiſſet, maluiſſent eas irritare: non tamen ideo vi ſua & efficacia deſtituuntur. **Transactio cum Imp. Orientis.**

§. XXIV. Itaque Carolus tribus diſtinctis regnis imperavit 1.) Francorum, ſub quo Germania comprehenditur, 2.) Longobardico, quod Italicum dictum, 3.) Imperio Romano, vel potius occidentalis Imperii reliquiis. Quo loco tamen illud obſervandum eſt, tria illa regna diverſa **Regna Caroli.**

man-

mansisse, nec in unam coivisse civitatem, nec unum alterius factam fuisse accessionem, vel unum alteri fuisse subjectum, *Conring. d. tr. cap. IX.* licet illa duo, Romanum imperium, & regnum Italiæ sibi & suæ familiæ, quæ ex Francis Orientalibus ortum duxit, acquisiverit *Kulpis ad Monzamb. cap. I. §. 11. Schweder Part. gen. cap. IV. §. 14. 15.*

Diversa mansere

Divisio Imperii Caroli-ni.

§. XXV. Equidem testamento divisit regna hæc Carolus, anno DCCCVI. inter tres filios *Carolum*, *Ludovicum*, & *Pipinum*, quod exhibet post *Pithœum*, *Gold. T. I. Const. Imp. Ed. de an. 1673. pag. 145. Lambec. Biblioth. vindob. cap. 8. Schurzfleisch. de div. Imp. Carol. §. 9.* Sed mors duorum filiorum hoc intervertit consilium, atque ita omnia hæcce regna ad *Ludovicum*, quem Annales Pium vocant, devoluta sunt.

Divisio a Ludovici filiis facta.

§. XXVI. Successu etiam caruit divisio, quæ ipso *Ludovico* Pio vivo facta est a filiis, qui póstquam patrem fatis exagitaverunt, & se ipsos, post ejus mortem, cruentis bellis misere afflixerunt, tandem hanc secuti in divisione sunt rationem, ut *Ludovicus* acciperet omnem Germaniam Trans-Rhenanam (nobis cis-Rhenanam) cum pagis & urbibus Moguntia, Wormatia, & Spira, quæ pars regni Francici, tunc Francia orientalis dicebatur; *Carolus* autem Franciam occidentalem, sive Gal-

liam,

liam, quæ ultra Rhodanum, Ararim, Mosam & Scaldim, versus Oceanum & montes Pyrenæos extenditur; *Lotharius* vero natu maximus intermedias regiones quæ Rheno ac Rhodano, Arari, Mosæ Scaldi adjacent, una cum titulo Imperatorio, & quæ in Italia Caroli familia possedit, nancisceretur. Quam rem ex *Nithardo*, *Reginone*, *Annalibus Francicis*, aliisque late & distincte exponunt *Lehmann. in Chron. Spir. L. II. cap. 46. & L. III. cap. 39. 40. Conring. de finib. Imp. L. I. cap. 3. seqq. Schurzfleisch. de Divisione Imperii Carolini* §. 33. *seqq.* Ex illis etiam discimus, quemlibet ex hisce fratribus in partibus suis separatas a reliquis rationes, nec unum in alterum, vel illius regnum jus quoddam superioritatis habuisse; sed quemlibet independenter imperasse, & separatum imperium, vel regnum tenuisse *Conring. de G. J. R. cap. IX. §. 8.*

§. XXVII. Itaque ab hoc tempore Germania sub suo Rege *Ludovico Germanico* dicto, sui juris regnum constitutum est, nec regno Franciæ occidentalis, nec etiam Romano imperio subjectum, quibus nec in posterum se unquam submisit. Ob quam causam etiam initia nostri imperii, quatenus Germanicum est, ab hoc ævo potissimum derivanda sunt: quo tamen cum imperio Romano nihil commune Germania Regnum sui juris

habuit,

habuit, nec etiam titulum Romani imperii sibi junxit.

Lotharii Cæsaris divisio. §. XXVIII. Lotharius Cæsar abdicato imperio, Sacrum Ordinem accepturus, inter tres filios ita ea, quæ sui juris, divisit, ut *Ludovicus II.* Rex Italiæ cum axiomate Imperatoris constitueretur: *Carolus* Provinciam, seu Galliam Narbonensem acciperet; *Lothario* vero cederet, quicquid reliquum fuit paternæ hereditatis trans Alpes, quod sive jam tum, sive ab hoc Lothario regnum Lotharii seu Lotharingia dictum, *Conring. de fin. Imp. L. I. c. 6.* quæ omnia pedetentim Germaniæ postea accesserunt. Exponit ibidem *c. 7.* quid in divisione inter Carolum Calvum Gallicum, & Ludovicum Germanicum, jure an injuria? facta, utrique cesserit, ad cujus filium omnia postea redierunt. *Conring. d. l. pag. 40.*

Caroli Calvi imperium. §. XXIX. *Ludovico II.* Imperatore an. LXXV. Seculi IX. mortuo sine liberis, *Carolus* Rex Galliæ, quem *Calvum* dicunt Annales, *Ludovici I.* filius natu minimus, Italiæ regnum cum reliquiis occidentalis Imperii & axiomata Imperatoria, annuente Pontifice Romano, Johanne Octavo, occupavit; & fratri majori natu *Ludovico* eripuit. Sed sublato *Carolo Calvo* hæc omnia ad *Ludovici* Germanici propaginem pervenerunt, ex quibus *Carolus Crassus* Romano-

Caroli Crassi.

manorum Imperator creatus est, sub quo tamen auctoritas Imperatorii nominis cœpit deficere. Distracta fuit, his temporibus, factionibus *Italia*, ac *Berengarius* & *Guido* de imperio contenderunt. Sub *Arnulpho* vero Caroli Crassi ex Carolomanno fratre nepote, ejusque successore, Augusta dignitas plane concidit. *Schurzfleisch. de divis. Imp Carol.* §. 51.

§. XXX. In Germania patri *Arnulpho* ex populi Germanici placito successit *Ludovicus* valde juvenis: quo extincto mascula stirps Caroli in Germania defecit. Neglecta vero progenie ejusdem in Gallia superstite, Germani regnum, quod *Otto*, Saxoniæ Dux, ob nimiam ætatem recusaverat, ex hujus consilio *Conrado* Franconiæ Duci, quem familiæ Carolinæ innexum fuisse tradunt quidam, deferunt. Quod & jure & prudenter factum esse, late tradit *Dn. Schurzfleisch. Diss. de Divis. Imp. Carol.* §. 67. 68. Post ejus excessum Germaniæ Regnum jure Electionis *Henricus* Saxo, quem annales Aucupem dicunt, accepit, cui filius ejus Otto I. suffectus est anno CMXXXVI.

Defecit Caroli M. mascula stirps in Germ.

Conradus Rex Germ. Henricus Auceps.

§. XXXI. Sub hoc Ottone Regnum Italiæ & Romanum Imperium iterum Germaniæ, & æterno quidem fœdere, conjuncta sunt: ita, ut ab hoc tempore Imperii

Otto M. Imperat.

perii Romano-Germanici, quale nunc est, initium sit ducendum.

Conjunxit J. R. cum Germ. §. XXXII. Scilicet eo tempore, quo Otto regno Germaniæ præerat, in Italia *Berengarius* imperabat; sed tyrannide replebat omnia, præsertimque *Lotharii* Regis Italiæ viduam affligebat. Movit ergo *Otto* in Italiam cum exercitu, Reginam illam a tyrannide liberatam, in matrimonium duxit, & cum ea urbem Papiam obtinuit. Victus Berengarius. Victus *Berengarius* cum filio *Adelberto*, *Ottonem* in Germaniam secutus, Augustæ vindelicorum Italiæ regnum jure beneficii recepit, excepta Marchia Veronensi & Aquilegiensi, quæ *Henrico* Fratri Regis servatæ. *Otto Frisingensis Regino*, *Wittekindus*, *Luitprandus*, *Conring. de finib. Imp I. c. 9. pag. 87.*

Berengarius. §. XXXIII. Sed cum de *Berengarii* tyrannide, & Papa, & Episcopi ac Proceres Italiæ denuo Anno CMLXI. quererentur, *Otto* iterum Italiam ingressus celeriter, & *Berengarium* & filium regno expulit, & Regni Italiæ, quod antea jure belli acquisiverat, dominium utile Berengario concessum suo directo dominio conjunxit. Quod jure factum esse nemo dubitat, qui cogitat vasallum propter abusum rei in feudum concessæ, vel tyrannidem in subditos, feudo privari posse.

§. XXXIV.

§. XXXIV. *Berengarium* titulum Imperatoris Romani non gessisse monumenta testantur, licet ex antecessoribus, qui post *Arnulphum* Italiæ imperarunt, nonnulli Imperatores a Pontifice & Populo Romano dicti fuerint. Utrum vero ipse jus quoddam in Urbem Romam, & reliquias Imperii Romani habuerit, non adeo certum: parum tamen refert. Quodsi enim habuit jus hocce, pariter jure belli illud *Otto* acquisivit, & pacto postea cum Pontifice & Populo Romano, a quibus, ut *Sigebertus* loquitur: *tyranni abjurati* sunt, firmavit. Si nullum habuit *Berengarius* in urbem Romam, pacta *Ottoni* sufficiunt cum Pontifice & Populo Romano inita tum An. CMLXII. tum anno CMLXIV, quo ultimo Pontifex & Populus Romanus ita se *Ottoni* submiserunt, ut quicunque Rex Germaniæ sit, eo ipso quoque sine novo Romanorum consensu Cæsaream dignitatem, & ejus summum in urbem Romam, ac cæteras occidentalis Imperii partes habeat. Pacti hujus particula habetur *in Jvon. Carn. Pannomia L. VIII. cap. 136. can. 23. dist. 63.* & integrum apud *Theodorum de Niem de Praem. & Jur. Imp.* ap. Schard. pag. 789. *Schilt. T. II. J. J. P. L. II. T. X. cum notis.* Num vero cum Ordinibus Regni Italiæ simile perpetuum pactum initum, ut illud regnum a Germani-

An Berengarius Jus in R. Imp. habuerit?

Ottonis Jus in illud.

maniæ regno nunquam divelli possit monumenta haud explicant: valde tamen simile est vero, atque ex superioris pacti verbis: *ejusque successoribus bujus regni Italiæ* non male colligitur. *vid. Conring. de Germ. Imp. Rom. cap. 12. & de finib. d. l. Schurzfleisch. de Jur. Aug. in Ital.* §. 5. *& de Divis. Imp. Car.* §. 76.

Tria distincta mansere. §. XXXV. Etsi vero ita tria hæc regna perpetuo fœdere coiverint, Imperium sc. Romanum, Regnum Italiæ & Germaniæ: nihilominus tamen distincta regna permanserunt, nec in unam Remp. coiverunt. *Conring. Diss. de Rom. Germ. Imperat.* §. 39. *Dissentit Obrecht. de unit. reipubl. Rom. Germ.*

Loth. accessio ad German. §. XXXVI. Cæterum Otto Lotharingiam quoque Germaniæ regno ita conjunxit, ut cum ea in unum corpus concreverit. *Conring. de fin. cap. 6, 7.* Imo etiam eidem Germaniæ Regnum Arelatense, s. *Burgundicum*, (de cujus ortu, & progressu videatur *Conring. c. VII. & XII. de finib. Mader. in præf. ad Gerv. Tilber.*) acquisivit, quod quidem Conrado feudi lege iterum concessit. *vid. Conring. de finib. cap. 12.*

CAP. III.

DE DENOMINATIONE IMPERII ROMANO-GERMANICI.

§. I.

§. I.

COmpages ista Rerumpublicarum, *Imperium* absolute, vel *Imperium Romanum* dici solet, non quod *Romano Imperio* reliquæ respublicæ subsint; sed propter honorem & venerationem veteris *Romani Imperii*, cujus cum reliquiis reliquæ illæ respublicæ foedere perpetuo junctæ. Ob eandem rationem *Germaniæ* Regnum, quod præ reliquis hac gaudet prærogativa, ut illis omnibus Principes præficiat, *Imperium Romanum*, vel Imperium Romanum Teutonicæ nationis Römische Reich Teutscher Nation, vel Imperium Romano-Germanicum vocatur: quæ ultima appellatio scriptoribus Juris publici familiaris, uti præcedentes in legibus & tabulis publicis passim reperiuntur. Vocatur etiam *Sacrum Romanum Imperium*, vel das heilige Römische Reich Teutscher Nation. *Vid. Obrecht. ad Monzamban. I. §. 14. & 15. Kulp. de Un. Reip. cap. 2. § 2.* Denominat. Imp.

§. II. *Imperii* & *Imperatoris* nomina apud latine loquentes sua nativa significatione, quid inferant, aliunde notum est. *vid. Beckm. Not. dign. d. 1. cap 2. & Dd. ad proœm. Institut. voc. Imperator.* Hoc loco saltem id observandum, *Imperatoris* nomen in Romana Rep. Monarchiæ accommodatum fuisse, initio in Cæsare facto, in *Augusto* autem firmato prænomine; atque sic sem- Imp. nomen. Cur sæ ...

per significasse *Romanum Principem*, quemadmodum etiam vox *Imperii* de solo *Romano Imperio* accipi cœpit, & adhuc hodie stylo curiali nullo alio sensu venit. *Bæckler. differt. de S. R. I. voce: Imperium. Beckm. Notit. dignit. differt. 1. cap. 2.* licet alioqui sensu vulgari cuilibet Regno & Reip. applicari possit. Postquam tamen consensu & stylo Gentium nomen hocce *Imperii*, Romano, & Germanorum Reipublicæ proprium factum, ac peculiarem præeminentiam præ reliquis Regnis infert: haud convenit, nec licet, imo ineptum foret, ac injustum, si alia Resp. stylo curiali axioma hoc sibi adrogare vellet. Qua de re plenius egit *Bækler. in differt. de h. t.* voce *Imperii*, & *Conring. de German. Imperio Roman. cap. 12.* Quorum uterque *Blondelli* argutias satis castigavit. (†)

(†) Novissime quidem Magnus Dux Russorum *Imperatoris* titulum ambit, inter alia Diploma quoddam de anno 1514. allegans, in quo Maximilianus I. Johannem Basilidem, Russorum Ducem, Imperatoris elogio honorasse dicitur. *Conf. Elect. J. Publ. T. XII. p. 895. seqq. Pfeffing. ad Vitriar. T. 1. p 419. seqq.* Nondum tamen ab aula Imperiali titulum istum obtinere potuit, prout omnibus notum est.

Cur Sacrum? §. III. Epitheton vero illud, quo Imperium *Sacrum* dicitur, Heilig seculum XII. vix transcendit: in ullis enim monumentis superioris ævi illud reperiri, huc usque

usque non est ostensum. Primus fuit, ut *Beklerus* putat, qui elogio hoc usus fuit, *Fridericus I.* cujus diplomata, in quibus habetur, adducit *d. l.* Sed altius hoc repetit *Mabillon. de Re diplom. L. II. cap. XI. n. 13. Schilt. L. 14. I.* Quam vero ob rationem Imperium nostrum Sacrum dictum, variæ sunt conjecturæ, quas congerit *Becklerus ibid.* Cui ex sua hypothesi quam maxime simile vero videtur, improbas Aulæ Rom. & illius assectarum profanationes auctoritatis Imperatoriæ, & Imperii occasionem præbuisse huic elogio, ut sanctitas Imperii, quæ a sanctitatis omnis fonte, DEO ipso, non Pontifice derivata, vindicaretur. Quam rem latius exequitur *id. Becklerus d. l.*

§. IV. Solet interdum quarta Monarchia dici, ex *Dan. II.* Sed illa sententia multa supponit, quæ non sunt sine dubiis. *vid. Dissert. Beckm. de IV. Monarchia.* Quarta Monarch.

CAP. IV.

DE FINIBUS IMPERII ROMANO GERMANICI.

§. I.

ORdo nunc postulat, ut de finibus Imperii nostri, præcipue Germaniæ Regni, & eorum quoque, quæ illi foederc accesserunt, solliciti simus. Qua quidem

dem parte instituto nostro satisfecisse arbitramur, si ævum *Ottonis M.* a quo, ut diximus Imperii nostri Romano-Germanici, quale nunc est, initium ducendum, omissis remotioribus, cum præsenti rerum statu conferamus, qui in multis ab antiquo illo recessit.

§. II. Et quidem 1.) de Romano Imperio Occidentali proprie sic dicto, vel reliquiis potius ejusdem, in quod *Ottoni M.* & *Germanis*, ut diximus, jus Imperii quæsitum, est discipiendum.

Jus in Rom. Imp. salv. Rat. pro Pontifice.

§. III. Esse vero id adhuc salvum nostris Imperatoribus, nulli dubitamus: quia nondum hactenus ostensum est, cessisse unquam Jure suo illo, vel alias isto
(1) (2) excidisse. Nam etsi Romani Pontifices varias donationes *Constantini M. Pipini*, & *Caroli M. Ludovici Pii*, *Ottonis M*, *Ottonis III*, ac aliorum allegent; atque ita se in istis partibus, quas *Patrimonium Petri* vocant, gesserint, quasi Domini supremi essent, quibus etiam Jus regna dandi, Imperatores constituendi, vel deponendi competat; Imperatores etiam (3) coronam ab
(3) tat; Imperatores etiam (3) coronam ab
(4) ipsis acceperint, & (4) juramentum præ-
(5) stiterint Pontificibus, atque (5) asseclæ Aulæ Rom. supremum Dominium Papæ passim jactent: non tamen nostris Germanicis Imperatoribus ideo jus ademptum dici potest.

§.IV.

§. IV. Nam istas donationes (1) partim mera figmenta esse, partim neutiquam fuisse Imperii summi translativas, sed si factæ sunt, Imperium & dominium quoddam subalternum saltem transtulisse, multa etiam de facto ad se rapuisse Pontifices, jamdudum a viris doctis est ostensum. *vid. Conring. de Germanor. Imperio Rom. cap. 7. 10. 13. &c. &* de finibus *cap. 10. 20. Lehmannus Chron. Spir. L. III. cap. 24.* Quod vero (2) secundo loco dictum est, non ad jus, sed ad factum pertinet. Neque etiam ex suo facto, & possessione, quam jactant, præscriptio allegari potest, cum varii actus extent, qui indicium præbent, Germanos nunquam tacito consensu transferre illud jus in Papam, sed sibi salvum esse voluisse; quo tacito consensu deficiente præscriptio concipi non potest. Quos Actus recenset in compendio *Bœkler. not. Imp. cap. 2. L. II. Rhetius l. 2. 147.* prolixe autem exequitur *Conring. Lib. 2. de fin. cap. 9. 20. 21* Inter hos actus tum nomen Romani Imperatoris, quod nec ipse Papa Cæsari denegat, constanter retentum, & Coronatio Romana est, quæ frustra fuisset suscepta, nisi jus esset Imperatori in Imperium Romanum. Et licet ob temporum rationem post Carolum V. omissa fuerit; non tamen inde derelictio Juris in Imperium colligenda est, de cujus

Resp. 1. ad Donationes Imp.

2. Paparum usurp.

Actus Conservat. juris sui.

jus retentione aliunde constat, qua de re infra. Neque etiam ista coronatio vel

(4) ad Coron. (4) præstatio sacramenti signum est dependentiæ Imperatoris a Papa: cum Coronatio non conferat Imperium, sed ostendat saltem illud collatum jam esse; Jusjurandum vero istud non subjectionis fuerit, sed promissio saltim defensionis

ad (5.) Romanæ Ecclesiæ: quas ob causas (5) neutiquam audiendi sunt, qui, ut placeant Romanæ aulæ, Imperatoribus suum Jus infringere conantur; quod & inter ipsos Rom. Ecclesiæ addictos sub tenebris Papatus, præsertim tempore Ludovici IV. quam plurimi docti viri strenue tutati sunt, conf. *Schurzfleisch. de Jure Augusti in Ital.* His positis, quicquid ex illis, quæ justo etiam titulo possident, aliis Lege Feudali concessere Papæ, summum illud Jus Imperii agnoscere debere, consequens est.

Jus in regn. Italiæ. §. V. Ad Italiæ regnum seu Longobardicum quod attinet, illo in universum excidisse per Fridericum II. omnesque urbes Italiæ potiores a *Rudolpho Imo*, *Henrico VII.* & *Carolo IV.* plena libertate donatas fuisse, qui asserunt, egregie confutat *Conring. L. 2. de finib. cap. 23.* Plane in Ducatum *Mediolanensem* cum Marchionatu *Finaliensi*, & *Senas* Jus Imperatoris nostri est indubium; atque cum feuda ista extincta

Sfor-

Sfortiarum familia aperta fierent, *Carolus V. Philippo filio* lege beneficiaria ea interim concessit. *Sleidan. Lib. 10. cap. 21. Recess. Imp. de anno 1542.* §. 3. cujus posteri ad nostram ætatem illa possedere *Conring, Lib. 2. cap. 23.* quamvis *Senas* Jure subfeudi Magno *Duci Hetruriæ* iterum concesserint. Hodie a *Gallis* detineri istum Ducatum & Marchionatum notum est. Sed speramus Josephi victricia arma mox Gallos ejecturos esse. (*)

(*) Ducatus *Mediolanensis* sub initium hujus seculi a Gallis quidem occupatus; sed Imperatori Josepho, vigore Capitulationis generalis d. 13. Mart. 1707. conclusæ, una cum reliquis urbibus, quas Galli in superiore Italia hucusque usurpaverant, restitutus, & Pac. Rastadiens. art. 30. nec non Pac. Badens. art. 30. relictus fuit. Marchionatum vero *Finaliensem* Carolus VI. Imp. Reip. Genuensi an. 1713. vendidit, non sine contradictione Marchionum de *Carretto*, utpote qui exhibito in Comitiis Memoriali impedire sategerunt, quo minus Imperium in prædictam alienationem consensum daret, quem Respubl. Genuensis expetebat. vid. *Elect. J. Publ. T. VI p. 389.*

§. VI. *Hetruriæ* Dux, ut dictum, ratione *Senarum* Sub-Vasallus est Imperatoris, nec summum ejus Imperium detrectare potest; quod & idem ratione aliorum noviter acquisitorum dicendum absque dubio, de quibus agit *Conring. d. l. cap. 23. pag. 511.* Quoad vetus vero ejus patrimonium *Florentinum Pisanumque*, quicquid dicant alii Hetruriæ Duc.

alii, nunquam satis demonstratum est, illos omnimodam libertatem consecutos esse, *Conring. d. l.* Quin & a *Carolo V.* Duces creati, & cum *Pius V.* titulum *Magni Ducis* concesserit, non tamen sibi satis consultum existimaverunt, si Cæsaris confirmatio deesset *Limn. 2. 9. 48. Itter. de Feud. Imp. 6. 21.* Imo nostra ætate *Leopoldus* anno primo hujus seculi ad hunc Ducem pariter, ac ad cæteros Italiæ Vasallos, & subditos mandata misit dehortatoria a Gallorum studio. *vid. Spec. Stat. M. Jul. 1701. pag. 8. 9.* (*)

(*) Occasione fœderis inter Imperatorem, Reges Galliæ & Angliæ anno 1718. initi, de Jure Imperii in universum Ducatum Hetruriæ denuo disceptari cœpit, quod tamen strenue assertum est a *Dn. Mascovio* in Diss. de Jure Imperii in Magnum Ducatum Hetruriæ, hab. Lips. 1721. *Dn. Hahnio* in Tr. de Jure Imperii in Florentiam, qui Halæ prodiit anno 1722. & inprimis a *Dn. Gundlingio* in Differt. eruditissima de Jure Augustissimi Imperatoris & Imperii in Magnum Etruriæ Ducatum. hab. Hal. 1722

Mantuæ Dux. §. VII. Mantuæ Duces cum terris suis subjectionis, & Vasallagii Jure Imperatori obnoxios esse, nemo dubitat, nec Duces diffitentur. *vid. Cap. Leopold. & Jos.* ibi Käyserliche Macht und Gewelt *art. IV. Conring. d. l. pag. 526. seqq.* Quidnam in causa Feloniæ & Banni adversus hunc Ducem, partes Gallicas hoc bello magno suo damno amplectentem a Cæsare, & in

in Comitiis actum, legi potest *in Spec. Stat. M. Jul. 1701. pag. 6. & M. Sept. ejusd. anni.* (*).

(*) Tandem, prævia cum Collegio Electorali communicatione, Imperator Josephus *Ferdinandum Carolum*, Ducem Mantuæ d. 30. Jun. an. 1708. in bannum declaravit, qui tamen, antequam feralis hæc sententia ipsi insinuaretur, morte extinctus est. Quamvis vero Dux Guastallæ Mantuanum Ducatum sibi, ceu proximo agnato adjudicari tradique peteret: nihil tamen obtinuit. vid. Dn. Aut. der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Regierung in Deutschland p. 164. seqv. Quid porro, durante interregno, in hac causa coram Collegio Electorali actum sit, prolixe exponit laudatus Dn. Auctor pag. 480-531. add. *Pac. Rastad. & Badens. art. 31.* Interim universus Ducatus, ab Austriacis adhuc possidetur, uti neminem fugere potest.

§. VIII. *Mantuano* Ducatu *Montisferratensis* Ducatus a Carolo V. junctus, qui eodem modo ac ille obsequii & beneficiario Jure Imperatori obnoxius est. *Conring. d. l. p. 526. seq.* Quæ ex hoc Ducatu tractatu *Cherascensi 1631.* & pace *Monasteriensi* §. 95. in Sabaudum transierunt, eodem Jure ab eo possidentur. Neque etiam §. 96. ita explicandus est, ut existimemus, omne dominium & Jus supremum Imperium dimisisse, sed ut potius hic sensus sit, feuda *Rochoverani*, *Olmi & Casolæ cum* appertinentiis, quæ a Duce *Sabaudiæ* tanquam feuda habebat Comes *Verucæ*, non esse

Montisferatensis Duc.

esse feuda a Romano Imperio dependentia, sed jure Allodii a Duce *Sabaudiæ* possideri. In quæ loca hic superioritatem habere potest, licet eo nomine Imperio sit subjectus, pari ratione ac Germani Principes superioritate territoriali gaudent in allodialibus bonis, salva tamen Imperii summa potestate. *Conring. cap. 23. pag. 640. vid. tn. Itter. de feud. Imp. cap. 6. §. 20.* (*)

(*) Ducatus *Montisferratensis*, proscripto ultimo Duce Mantuano, Sabaudiæ Duci cessit, qui d. 7. Jul. an. 1708. Viennæ investitus de eo fuit.

Princi-pat. Pedemont. §. IX. Idem Sabaudus Comitatum Astensem, & Marchionatum Cevæ ab Imperio recognoscit, *Itter. d. l. §. 19.* Nec *Cacheranus* Sabaudiæ Præses diffitetur Regionem *Pedemontanam*, (quæ ad Regnum Longobardicum pertinuit olim, *Conring. cap. 23. pag. 536. & c. 25. pag. 619. Schurzfleisch. de J. A. in Ital. § 25.*) feudum esse *Imperii*, *Consil. 27. num. 21.* Nec etiam obsequii Jure exemptam esse Regionem istam, docet diploma apud *Leibniz. C. J. G. num. 124.* quo docemur, Sabaudum Vicarium Imperii ibidem esse constitutum. Atque cum pace *Monast. §. Secundo 72.* Imperator & Imperium transtulerint superioritatem, & jus directi dominii in *Pignarolum*, quod pars est Pedemontii, in Regem Galliæ, patet inde jus in istam regionem sum-

summum Imperio competere: cum alioquin nulla fuisset opus cessione, quoad illam partem. Ipsum vero *Pignarolum*, dirutis tamen munimentis, Duci Sabaudiæ vi pacis *Taurinensis* anno 1696. restitutum, quæ pax confirmata est in Pace *Ryswicensi art. 48.* & Pace *Ultrajecti* 1713. inter Regem Galliæ & Ducem Sabaudiæ inita *art. 16.* ita tamen, ut Duci Sabaudiæ omnia integra sint, quæ P. M. tabulis, & Capitulationibus in ejus favorem inserta. Num vero Dominium supremum *Pignaroli* iterum redierit ad Imperatorem & Imperium, vel ad Sabaudum transierit, vel manserit penes Gallum, altioris est disquisitionis. *conf. Schurzfleisch. de Jure Augusti in Ital.* §. 21. Pignarolum.

§. X. *Parmæ Ducatus* & *Placentiæ* proxime quidem sunt feuda Pontificis hodie, quæ *Farnesii* Principes tenent, mediate vero, ut omnia alia a Pontificis clientibus possessa, Romano Imperio subsunt, sive ad *Mediolanensem* Ducatum pertinuerint olim, sive non. *Conring. d. l. cap. 20. Itter. de feud. Imp. cap. 6. th. 25.* Quæ inter *Carolum V.* hac de re & *Paulum III.* acta, *Thuanus* late exequitur. *Itter. de Feud. Imp. cap. 6. §. 25.* (*) Parma Placentia.

(*) Conf. *Dn. Just. Vollrath L. B. de Boden Dissert.* sub Præsidio Dni *Bœhmeri* hab. *de Vindiciis Imperialibus pro Parma & Placentia Ducatibus.*

§. XI.

Mutin. Regil. §. XI. Porro *Mutinæ* & *Regii* Principatus Imperatorem, ut summum Principem & Feudi Dominum agnoscere, non est ambigendum. *Conring. d. l. pag. 523.* quod & de *Mirandulæ* Principibus, atque aliis minoribus, & urbibus dicendum. *Itter. de Feud. Imp. cap. 6. §. 24. 26.* (*) Equidem *Genua* plenam libertatem, & exemptionem affectat, sed ostendit *Conring.* medio adhuc seculo XVI. agnovisse illam Imperatoris Majestatem. *cap. 23. pag. 543.* (**)

(*) Imperator Josephus, *Mirandulæ* Principem ob feloniam feudo privavit, eundemque Principatum Mutinensi Duci addixit, qui clientelari nexu eum adhuc tenet. *Dn. Struv. Synt. Jur. publ. c. 2. §. 11.* De Comitatu *Comaciensi* vid. *Struv. c. l. §. 10.*

(**) Ad hanc Majestatem Imperii vindicandam, in nupero bello Italico de successione Hispanica suscepto & gesto Augg. Impp. *Leopoldus*, *Josephus*, & in recentiori bello Turcico *Carolus VI.* *Genuensibus* subsidia pecuniaria imperarunt, quæ & pendere coacti sunt; plane uti ceteri Italiæ status, qui imperium recognoscunt. *Conf. Diss.* sub Præsid. Dni *Bœhmeri* hab. *de Subsid. pecuniar. a Statibus Italiæ Imp. Romano Germanico præstand. §. 15 seqq.*

Sicilia. §. XII. Est in Italia præterea Regnum utriusque *Siciliæ* trans *Pharum* scilicet, & *cis Pharum*. Illud *Sicilia* Insula est; hoc vero *Regnum Neapolitanum* dici solet. In illud *Ottoni M.* nullum fuit jus; imo nec *Francicis* Imperatoribus, *Conring. L. I. de finib. cap. 9. pag. 95. & cap. 11. p. 141.* hoc vero præter

ter ea, quæ ad *Constantinopolitanos* pertinuere olim, particulas quasdam continet *Longobardici* Regni *Ottoni* quæsiti, & postea ab eo avulsas, ut docet *Conring. d. l. cap. XI. cap. XXII. pag. 475. Schurzfleisch. de J. A. in Ital.* §. 27. Utrumque hocce Regnum, quod auxiliantibus Pontificibus ortum cœpit, ad *Henricum VI.* Germanicum Cæsarem per matrimonium cum *Constantia, Rogerii* filia pervenit, qui si magno *Chronico Belgico*, credimus quod *Pistorius* edidit, illa Regna Romano Imperio univit, ea mente, ut unus esset Dominus earum terrarum, & hereditario jure suæ familiæ omnia ista vindicarentur. Quod ultimum certe successu caruit, Saxoniæ Principibus obnitentibus fortiter. Nec adeo tamen diuturnum fuit in utraque *Sicilia Hohenstauffiorum* Imperium, quippe quod in *Conradino Henrici VI. P. N. Friderici II. N.* defecit cum mascula eorum stirpe, quem moribundum heredem regnorum Arragonium instituisse *Petrum*, dicitur. Legendus hac de re *Pand. Collenutius.* Nondum tamen eo tempore defecit, nec hodie deficit illorum fœminina stirps. Namque ex *Margaretha*, *Friderici II.* filia, quæ *Alberto Heinrici* illustris *F.* nupsit *Thuringiæ Landgraffio*, & *Marchioni Misniæ*, *Potentissimus noster Rex & Elector* cum *Serenissimis Saxoniæ Ducibus*, qui supersunt, sanguinem ducunt, Saxon. Duc. Jus in Sicil.

quibus adeo non desunt argumenta, jus illud avitum, cujus sexus fœmineus, & ex illo procreati quoque capaces fuere: (nam per illum in familiam Hohenstauffiorum pervenit,) repetendi. Graviter id monet illustris *Aut. Herold. Europ. T. 1. pag. 263.* Interim post varias vicissitudines atque bella, quæ inter *Arragonios*, & *Gallos* intercesserunt, utrumque Regnum ab *Hispanis* Regibus, plus, quam per duo secula possessum est; atque *Neapolitanum* quidem, tanquam feudum recognitum a *Romano Pontifice*. Nam quod ad *Siciliam* attinet, *Hispani* non agnoverunt nexum feudalem, quem *Papa* prætendit, neque illius nomine extincto ultimo Rege *Carolo II D. Leopoldus* petiit investituram: quod intuitu Regni *Neapolitani* alias fecit *an. MDCCI.* De cætero Jus supremum in Regnum *Neapolitanum* Imperatores Romanicos suum subinde asseruisse, ex monumentis probat *Conring. d. Cap. 22. Schurzfleisch. d. l.* Hodie post obitum *Caroli II.* Regna ista a *Philippo Andegavensi* occupata esse notum; quo successu? tempus docebit. (*).

(*) Regnum *Neapolitanum* vigore pacis *Rastad. & Badens.* art. 30. Imperatori cessit, qui etiam investituram de eodem a Romano Pontifice non ita pridem impetravit. Regnum Siciliæ in pace Ultrajecti inter Regem Galliæ & Ducem Sabaudiæ anno 1713. inita, artic. 5. Duci Sabaudiæ concessum,

ſum, poſtea vero ab hoc in Imperatorem translatum eſt.

§. XIII. Quod ad urbem & Remp. *Venetam* attinet, illa nunquam *Ottoni* fuit quæſita, neque etiam in Francorum poteſtatem tranſiit, *Conring. L. I. cap. 2. & cap. 25.* Sed tamen illa Reſp. quam plurima poſſidet in continenti, quæ ad Regnum *Italiæ* pertinent, quorum nomine *Henrico VII.* anno 1311. tributum perſolvit. Imo tempore *Maximiliani I.* eorum omnium eum Dominum legitimum, & verum faſſi ſunt. *Conring. d. l. pag. 563. Schurzfleiſch de J. A. in Ital. §. 20.* Etſi vero poſt bella a *Maximiliano I.* cum *Venetis* geſta, omnia quæ tunc amiſerant, pace facta recuperaverunt: non tamen legitur Imperium noſtrum Jus ſuum ſupremum in illas partes dimiſiſſe. Et hanc ob cauſam *Cæſar* nunc jure poſtulare poteſt, ut regiones iſtæ copias ſuas recipiant, Gallis vero, ut pedem ibidem figant, neutiquam permittatur. Venetiæ

§. XIV. Quod ſub *Ottone I.* Germaniæ ceſſiſſe, & Lege beneficiaria *Conrado* Regi relictum fuiſſe diximus, Regnum *Arelatenſe* ſub *Conrado II.* Imperatore, extincto *Rudolpho III.* Rege, Germaniæ pleniſſimo jure unitum eſt, atque usque ad tempora *Friderici II.* in eo ſtatu absque dubio manſit. *Conring. L. I. c. 12. & 13.* Ut ad- Regn. Arelatenſe.

eo falsum sit, quicquid de alienatione ab *Henrico V.* facta, *Bodin. L. I. cap. 9. de Republ.* narrat. Postea Regnum illud in *Gallos* translatum esse universum ab *Alberto I. Henrico VII. Carolo IV.* nonnulli volunt, sed refutat id prolixe *Conring. L. II cap. 24.* & Carolum IV. ab ista ignominia vindicat peculiari *dissert.* cui titulus, *quod Carolus IV. non dissipaverit patrimonium Imperii quoad Regnum Arelatense*, *Celeberr. Schurzfleisch. noster. Conf. ejusdem Hist. veteris Regni populique Burgundion.*

Gallia quid ex eo possideat? §. XV. Interim Rex Galliæ quam plurima ex hoc Regno possidet, pleraque tn sine titulo, ut *Provinciam*, & *Delphinatum*, *itemque Ducatum Burgundiæ*, quorum possessionem, vel solus titulus *Archi Cancellariatus* Regni Arelatensis perpetuo interpellat. *Conring. cap. 25.* Aliqua tamen cum titulo possidere cœpit Gallia, cui Pace *Noviomagensi* Comitatus *Burgundiæ* una cum urbe *Vesontina*, & Principatus Cabilonensis, quem utrumque Germaniæ Imperio tempore Caroli V. & sequentibus, subjectos fuisse, probat *Conring. cap. 25. pag. 627.* cessus est; & pace Ryswicensi illa cessio firmata. Sed cessio ista facta est ab Hispanis, quæ Imperii jure fraudi esse non potuit. In *Avenionem*, & Comitatum *Venusinum*, nec non Principatum *Arausionensem*, cui Galli hodie incumbunt,

bunt, jus Imperii vindicat *Conring. cap. 25.* quamvis post Regis Angliæ obitum ab Agnatis pariter ac Cognatis supremum Jus in hunc Principatum, pariter, ut ab eo factum, asseratur.

§. XVI. *Sabaudia* pars fuit quoque *Burgundici* Regni quondam, quæ sub Ducatus axiomate, quod tempore *Sigismundi* accepit, Germanici Regni portio adhuc hodie est, quæ jure suffragii quoque in Comitiis nostris gaudet. *Conring. cap. 25. pag. 632.* Sabaud. Duc.

§. XVII. Pertinuit ad Regnum *Arelatense* quoque olim magna pars Alsatiæ. Ex hac Landgraffiatus uterque una cum Præfectura Provinciali in decem civitates Imperii, ac cum *Brisaco* & *Suntgovia* tabulis P. M. §. *Tertio Imperator &c.* ex decreto Cæsaris & Imperii in Galliam plenissimo jure translata sunt; quæ translatio *P. Nov.* denuo firmata. Sed quod Galliæ Rex adversus planissimum sensum dicti §. & §. *Teneatur*, testationesque secutas, omnia, quæ in Alsatia immediate Imperio subfuerunt, sibi asserere non dubitavit, omnibus notum est: eaque infelicitas Germaniæ fuit, ut licet a. 4. P. R. cautum, quævis ab eodem tam durante bello & via facti, quam unionum, seu reunionum nomine occupata loca, & jura restituenda esse; tamen additum, id ad ea saltim Alsatia.

pertinere, quæ *extra Alsatiam* sita. Atque adeo omnia illa, quæ in ea Rex Galliæ occupaverat, hoc ipso, imo urbs *Argentina* diserte *art. 16.* Galliæ relicta, & in perpetuum cessa. Qua eadem in pace *Brisacum*, & *Friburgum* ad Domum Austriacam, & Imperium rediit. (*)

(*) Hæ urbes, *Brisacum & Friburgum* in nupero quidem bello iterum a Gallis fuerunt occupatæ; sed Pace Rastad. & Badens. art. 4. & 5. Domui Austriacæ restitutæ: ac præterea *art. 6. d. pac.* munimentum *Kehl* in citeriore Rheni ripa ad pontem Argentinensem imperio est pleno jure concessum. *In art. 3.* vero *Pax Ryswicensis* denuo est confirmata.

Helvetia. §. XVIII. Ejusdem Burgundici Regni portio etiam fuit quondam *Helvetia*, saltim maxima ejus pars *Conring. c. 25. p. 648.* Tempore interregni magni, liberi populi dicuntur, non quod exempti fuerint a potestate Imperii R. G. sed quod illæ provinciæ, pagi & civitates nullis Principibus, vel Comitibus, ut aliæ jure feudi essent concessæ. Monumenta testantur, civitatem *Tigurinam* pagosque *Uriensem* & *Svicensem Rudolphum* Habspurgicum, adhuc Comitem, defensorem libertatis accepisse, qui Imperator factus, non suo, sed Imperii nomine Præfectos Helvetiæ populis dedit. *Albertus I.* partim vi, partim svasionibus efficere conatus est, ut *Helvetiæ* populos sibi, & genti suæ subjice-

jiceret; sed conatus hic frustraneus fuit. Quæ circa illa tempora contigerunt, non est hujus loci referre. Sufficit hic monuisse, fœdera illa primo privatim inter tres viros spectatæ fidei trium pagorum *Schwiz, Uri, & Unterwalde*, postea publica 1308. ad X. annos & deinde 1315. in perpetuum inita, minime ea mente icta fuisse, ut ab Imperio Germanico secedere vellent: quin potius *Ludovicus B.* ultimum confirmavit, atque anno 1323. pagis istis *Præfectos*, sive *Advocatos* dedit, quibus loco Cæsaris fidem jurato promiserunt. *vid. Simler.* von der Eyd-Genossenschafft *pag. 10. 22. 41. seqq. 66. 70. 71.* & Waldkirch in der Einleitung zu der Eydgenoßischen Staats-Historie *part. 1. c. 7. p. 156.* Quæ postea inter illos, pluribus accedentibus sociis, intercessere pacta, nec ea quidem separationem a corpore Imperii inferunt. *A Maximiliano I.* jussi Legibus publicis Imperio obsequi, subire communia onera, recusarunt quidem, atque armis libertatem defenderunt; pace tamen facta omnimodam libertatem, nec petiere, nec impetrarunt, atque postea quoque aliquoties ad Imperium se pertinere sunt professi. *vid. Conring. Lib. II. de finib. cap. 25. Goldast. in præf.* derer Reichs-Handlung. *Limn. Lib. I. cap. 9. num. 35.*

Hodie- nus ejus Status. §. XIX. Si acta publica P. W. quæ typis impressa sunt, consulamus, apparet *Basiliensem* Deputatum in Tractatibus P. W. occasione processuum in Camera *Spirensi* adversus *Basileam* decretorum, primario exemptionem a judicio Camerali petiisse, allegata tamen libertate plenaria. *vid. Londorp. Tom. 6 cap 69.* Extat ibidem judicium seu conclusum ordinum Imperii, qui decernunt, privilegium exemptionis a Camera Imperiali Basiliensibus concedendum esse: quo ipso tamen innuunt, non esse illos plane dimittendos. Sed cum postea *art. 6. J. P. O.* insertum, civitatem *Basileam*, cæterosque *Helvetiarum Cantones* in possessione vel quasi plenæ libertatis & exemptionis ab Imperio esse, mirantur multi, plus esse concessum quam petitum. *Furstn. de Suprem. Princip. Germ. cap. 32.* Alii *A. VI. J. P. O.* tantum de possessorio explicant, negantque, ad petitorium pertinere: alii de exemptione a judiciis Imperii accipiunt tantum. Interim reapse omnimoda libertas a Cæsare & Imperio vix disputari solet, sed potius cum illis tanquam cum liberis gentibus agi. *conf. Obrecht. & Buckisch. ad J P. d. l. Roding. Pand. Cam. L. 3 c. 1. § 61.*

Lotharingia. §. XX. *Lotharingia* Regnum sub Ottone I. Germaniæ cessisse supra dictum. Sed multa ex hoc Galliæ Reges possident, & ad

& ad se traxerunt. In multa jam involarunt post *Friderici II.* tempora, usque ad Maximilianum I. quæ recenset *Conring. L. II. cap. 26.* sed sine ullo justo titulo. Seculo XVI. *Henricus II. Metim, Tullum & Virodunum* cum Episcopatibus ejusdem nominis occasione fœderis cum Protestantibus initi, occupavit. *Sleid. L. 24. Thuanus L. 8. & 9.* sed tandem P. M. jus suum omne in illos Episcopos & urbes Imperium dimisit. Nostra ætate Galli in omnes illos Imperii status, qui in districtu Diæcesano istorum Episcopatuum sunt siti, & in feuda ab illis dependentia, jus omnimodum prætenderunt, atque eos in potestatem suam redigere conati: licet illorum libertati tum in §. *Teneatur J. P. M.* tum etiam in peculiari Protestatione Statuum post pacem Westphalicam statim facta, sit prospectum. Illa protestatio apud *Fritschium in T. nov. ad Limn. ad J. P. M. pag. 6. seqq. legi potest. conf. Hist. P. W. L. 5. cap. 97. & 108.* Cui tamen rei modus positus est *art. 4. P. Ryswic.*

§. XXI. In patrimonio Ducum *Lotharingiæ*, quod in *Lotharingia* illa veteri habent, Ducatus *Lotharingiæ* est, quem quidem (olim titulo feudali, vid. tabulæ apud *Leibn. C. J. G. P. 1. num. 13.*) hodie titulo allodiali possident; sed ita tamen, ut summam Majestatem Imperatoris & Imperii

Ducatus Lotharingiæ.

perii veneretur, sub ejus tutela sit, in cassam Imperii conferat, & pro conservatione pacis publicæ, pro securitate, & salvo conducto S. R. I. ejusdemque Jurisdictioni subsit; licet alioquin multis immunitatibus gaudeat: quod docent *Ord. Regim. 1521. §. 24. R J. 1522. §. 23.* Pacta *inter Carolum V. per Ferdinand. R & Ducem inita, Norimbergæ 1544.* quæ exhibet *Conring. de fin. c. 27.* Illustrat hoc thema egregie *Auctor. Europ. Herold. P. I. pag. 546 P. II. pag. 743* Possident & alia quamplurima, quæ feudi titulo ab imperio tenent, de quibus agitur *d. Herold. Europ. P. I. p. 546.* Atque propter Marchionatum *Nomeni* sessionem & votum in Comitiis habent, ut apparet ex subscriptione *Rec. Nov. 1654* de quo legi meretur locus modo citatus H. E. Sed quo gaudent, Ducatus *Barri*, partes multas, non tamen omnes, Gallici Juris esse, docet *Conring. cap. 27. pag. 700.* Investituram illius Ducatus accepit modernus Dux M. Nov. 1699. a Rege Gallico in arce *Versailles.*

Fata Ducum Lotharingiæ. §. XXII. Nostra ætate Duces Lotharingiæ, cum illorum terris, varia fata expertos esse, satis notum est. Quid pace *Pyrenæa* hac de re cautum, in tabulis legi potest, quæ extant apud *Londorp. T. VIII. L. 8. cap 478.* Sed recessum est ab illis, pactis inter Regem *Galliæ* & *Carolum*

Ducem

Ducem seniorem initis, quibus universo suo jure cessit hic, atque occupationem regionum suarum Gallis permisit. Contradicentibus vero agnatis, quibus, uti nec Imperio, res illa fraudi esse non potuit, actum est de hoc negotio in Tractatu Noviomagensi, *& art. 12. J. P. ejusd.* Cujus tamen conditiones adeo duræ *Carolo Jun.* visæ, ut accipere hac lege noluerit patrimonium. Videantur literæ Legati Lotharingici, quæ extant in notis ad *Vitriarium L. I. Tit. 16. conf. Fritzschii notæ ad Instr. P. Noviom.* Sed filius ejus per pacem Ryswicensem *art. 28.* paulo æquioribus conditionibus suas recepit regiones.

§. XXIII. Porro Provinciæ, quæ sub nomine *Belgii Hispanici*, Rex *Hispaniæ* possidet, partes quondam Lotharingiæ Regni fuere, quæ *circulo Burgundico* inclusæ, adhuc ad Germanicum Imperium pertinent, & eorum nomine suffragium *Burgundicum* fertur in Collegio Principum. *R. J. de anno 1548. §. 67.* licet variis ut notum est, libertatibus & exemptionibus gaudeant. *Conring. cap. 28. vid. Schweder. Part. Gen. cap. 4.* Equidem non ignotum est, pace *Pyrenæa* 1659. Aquensi 1668. & Noviomagensi 1679. multa in Gallos esse translata. Et licet postea plura occupaverint Galli, pace tamen Ryswicensi Circulus Burgundicus.

Gallo-

Gallo-Hispanica res omnis ad statum pacis *Aquensis*, & *Noviomagensis* est redacta, *art. 10.* exceptis quibusdam urbibus, villis, & pagis, de quibus, quorsum pertineant, per Commissarios agendum. Utrum vero illæ cessiones, præter jura Hispanica, jura etiam Imperii tangant, alterius est disquisitionis (*)

(*) Belgium Hispanicum, prout a quondam Hispaniarum Rege Carolo II. fuit possessum, in Imp. Carolum VI. esse translatum, omnibus constat; quæ autem præterea urbes a Gallo sint ipsi cessæ, videre li et ex Pac. Badens. art. 19. seqq.

Fœderatum Belgium

§. XXIV. Illæ Provinciæ quæ hodie *Fœderati Belgii* nomine veniunt, non ad *Lotharingicum*, sed ad Germanicum Regnum, pressius dictum, maximam partem pertinuisse, legi potest apud *Conring. d. cap. 28*. Qua occasione jugum Hispanicum, excusserint, atque perpetuum fœdus 1579. inierint *Trajecti*, notum est. Tandem post gravissima bella *Monasterii* 1648. pace inita a potestate Hispanica libertatem plenissimam consecutæ sunt. Tabulæ extant apud *Londorp. T. 6. c. 218. pag. 331* Quod ordines Imperii diserte in dimissionem hanc, & concessionem omnimodæ libertatis consenserint, me legisse non memini. Imperatoris tamen *Ferdinandi II.* extant literæ apud *Londorp. dict. l. cap. 219.* quibus juxta *art. 53.* satis aperte transactio illa

illa firmatur: Imperii autem confirmationem, quam idem hic articulus 53. desiderat, vidisse me, ut dixi, non scio. Interim Imperium libertati Ordinum *fœderati Belgii* non contradicit, atque cum illis tanquam cum Gentibus liberis agere solet. *id Conring. d. l pag. 776.*

§. XXV. Equidem ignotum non est, *Ottonis M.* auspiciis potissimum & *Daniam* accessisse Imperio. Sed post tempora *Barbarossæ* eam cum Ducatu & Episcopatu *Sleswicensi* iterum secessisse a Germania notissimum est, nec unquam postea ad illam rediisse. *Conring. cap. 15. 16. d. l.* uti e contrario in *Venedorum* terras, & *Saxoniam Nord. Albingicam Dania* nullum jus vindicare potest. *Conring. d. l. cap. 6.* Quæ vero inter Reges *Daniæ* & Duces *Holsatiæ* lites intercesserint, & transactiones, non est hujus loci referre.. Tangit illas *Schweder. d. l.* §. 26. Novissimæ ex Electis Juris publ. editis *a Petro Marteau* item *Fasciculo Actor. publ.* die Schleßwig-Hollsteinische *Affairen* betreffende, *nec non Speculo* status *anno 1700. Mens. Sept. pag. 106. Mens. Aug pag. 85.* it. *anno 1701. Mens. Aug.* cognosci possunt. Cæterum *Potent. Regi Poloniæ Friderico Augusto* jus esse, succedendi in regnum *Daniæ*, & satis propinquum, satis notum est. Dania.

§. XXVI.

Provinciæ Sueciæ. §. XXVI. In finibus Septentrionalibus P. W. Sueciæ regno quidem cessa quædam *art. 10. I. P. O.* Sed ita cessa, ut jus Imperii summum salvum sit. *Svecus* quoque illarum partium intuitu pro cive Imperii nostri habendus. Ut adeo, hæc finibus Imperii excidisse, dici nequeat.

Polonia §. XXVII. In partibus Orientalibus tempore *Ottonis M. Polonia* accessit etiam Imperio nostro, quod late ostendit *Conring. Lib. I. cap. 18. de finibus.* Sed postea secessit ab eodem, & obsequium detrectavit, nec quicquam legitur de jure suo ab Imperatoribus asserto. *Massovia* Ducatus olim fuit nostris Cæsaribus obnoxius, sed postea cum *Polonia* junctus, pariter ac ea, res separatas ab Imperio habere cœpit. *Conring. d. l. cap. 29.*

Prussia. §. XXVIII. Transiit Seculo XIII. in Imperii jura *Prussia*, atque *Livonia* per Equites illos religiosos, ut notissimum est. Sed Seculo XV. Ordinis res in Prussia male se habere cœperunt, & multa in Polonorum potestatem transierunt. Opposuere se Polonis *Fridericus* Saxo, & postea *Albertus Brandenburgicus* Magistri Ordinis. Sed anno 1512. in comitiis nostris, ut ex Recessu apparet, ejusdem anni §. 26. frigide de auxiliis huic mittendis actum. Ipse adhuc comparuit in diæta Germaniæ 1524. Postea videns a Germanis

manis nullam opem ſperandam, cum *Polonia* Rege *Sigismundo* avunculo ſuo transegit hac lege, ut, quæ Ordini adhuc ſubjecta, lege beneficiaria a *Polonia* Regno, ſub axiomate *Ducatus*, recognoſceret, transmitteretque ad poſteritatem. Quam rem Ordo Equitum ægre tulit, novoque electo Magiſtro, tum in Comitiis, tum in Camera de hac re queſtus, id effecit, ut *Albertus* in bannum declararetur anno 1531. *Sleid. Lib. 5. in fin. Lib. 8 cap. 22. & Lib. 15. cap. 36.* Seculo ſuperiori *Fridericus Wilhelmus* Elector Brandenburgicus transactione *Velavienſi*, *Bydogaſtiæ* confirmata, ſupremum Boruſſiæ Ducalis Imperium obtinuit, *vid. Londorp. T. 8. Lib. 8. cap. 105. Pufendorff. L. 6. § 77. Rer. Brandenburg.* Non tamen videtur, Germaniam & Ordinem Teutonicum jus ſuum in Pruſſiam, dimiſiſſe, ut vel titulus ſaltim Magiſtri Ordinis Teutonici: *Adminiſtratoris Magiſterii in Pruſſia*, indicat. Atque hinc cum Sereniſſ. Elector. Brandenburg. 18. Jan. 1701. Regiomonti Regium axioma ſolenni ritu, applaudentibus plerisque Europæ Regibus, & Statibus, ipſo etiam Imperatore, aſſumeret, atque ab his Rex Pruſſiæ agnoſceretur: Ordo Teutonicus de jure ſuo proteſtatus eſt, cui Imperator reſpondit, ſe Electori Brandenburgico titulum Regium dare, ſalvo cujuscunque, præſer-

ſertim Imperii, & Ordinis Teutonici jure. *Spec. Stat. de Anno 1705. pag. 51. M. Mart. & pag. 65. M. Decemb.* Prodiit tamen nuperrime prolixum ſcriptum, quod jura Regis Pruſſiæ, adverſus illam Ordinis Teutonici proteſtationem aſſeruit. Cæterum Pontifex *Clemens XI.* contradixit quoque aſſumtioni Regiæ hujus dignitatis, hortatusque eſt Regem Galliæ, ne Marchionem Brandeburgenſem, ut vocat, agnoſceret Regem. Sed quam inanis ſit hic conatus, cuilibet patet. Vid. Päbſtlicher Unfug bey der Preuſſiſchen Crönung. *Spec. Stat. M. Dec. pag. 87. 1700. M. Febr. pag. 40. & M. Mart. pag. 47. 56. 1701.* ubi conditiones recenſentur, ſub quibus agnovit Cæſar novum Regem.

Livonia §. XXIX. In *Livonia* ſub initio Seculi XIII. Ordo Equitum Enſiferorum cœpit, cujus fratres, poſt lites varias cum Archi-Epiſcopo *Rigenſi*, in Præſulum Germaniæ numerum relato, anno 1238. in tutelam Ordinis Teutonici ſe dedere. Tempore *Alberti* Brandenburgici Ordo *Livonicus* ſeparatas habuit rationes, & in Comitiis noſtris anno 1530. ejus Magiſter comparuit. Sed poſtea circa annum 1561. extinctus a Polonis creatusque ultimus Magiſter, *G. Kettlerus*, Dux *Curlandiæ*, quam lege beneficiaria cum poſteris accepit. Reliquæ Livoniæ partes *Eſthonia* ſcil. &

Livonia

Livonia in specie sic dicta post varia mala a *Russis* perpessa a Germania neglectæ exteris cesserunt, *Esthonia* nempe Svecis, *Livonia* Polonis; qui ipsi tamen, pace *Olivensi* & hanc Svecis reliquere, anno 1660. nec legitur unquam ab Imperio intercessum, vel contradictum esse. *Schurzfleisch. de Ordine Ensiferor. Conf. Conring. §. 60.* Quis status Livoniæ nunc sit, neminem fugit. (*)

(*) In nupero bello Russi omnem *Livoniam* subegerunt; Pace deinde Neostadii in Finlandia anno 1721. facta, Sueci eandem *art. 4. ib. pac.* Russis pleno jure in perpetuum concesserunt.

§. XXX. Bohemiam jam a tempore *Caroli M.* Germanico Imperio fuisse obnoxiam, nec post *Friderici II.* tempora obsequium hoc exuisse, feudumque Imperii hodienum esse, certum est, legique potest apud *Conring. cap. 29. Schweder. d. cap. 4 § 29.* Qua ratione *Silesia* à *Polonicarum* corpore avulsa, *Bohemiæ* unita, docet *Dubravius in Hist. Bohem. Lib. 21.* exhibetque renunciationem *Casimiri Goldastus in Append. Regni Bohem. pag. 41.* Quæ ipsa cum aliis provinciis *Bohemiæ* annexis, *Moravia*, *Lusatiaque* absque omni dubio ad Imperium nostrum adhuc hodie pertinet. Bohemia.

§. XXXI. De Jure temporario, quod Imperium nostrum in *Hungariam, Cyprum, Armeniam* aliquando habuit, agit *Conring.* Hungaria.

ring. cap. 17. fateturque nihil juris in illa Germaniam prætendere posse. Quod & passim inculcat ratione *Hispaniæ*, *Galliæ*, & *Angliæ*. Circa quam tamen notari mereretur Epistola *Heinrici* Regis *Angliæ*, *Friderico I.* scripta apud *Radivicum de gestis Friderici I. L. 1. cap. 7.* qua Regnum suum hujus Imperatoris potestati committit. *Conf. Beckm. Hist. orb. terrar. L. 2. c. 4. §. 19. Limn. lib. I. cap. 9. num. 25.*

Jus in Maria. §. XXXII. Ultimo id monendum, nec deesse Imperio jus in Maria, quæ alluunt terras, ad illud pertinentes: quamvis Jus illud neglectum fere fuerit ab Imperatoribus, nec facile exemplum classis, Imperii auspiciis Romano-Germanici instructæ, produci possit. Interim urbes maritimas navigia, & olim exercuisse, imo Hanseaticas urbes, classes emisisse, satis conspicuas, notissimum est. Legatur de hac re *Conring. cap. ult. operis sui.*

§. XXXIII. Hæc de finibus Imperii monuisse sufficiat, quæ utique tanti momenti sunt, ut exactissimam disquisitionem mererentur, qua nemo hucusque defunctus est. Nam, nec nobile opus *Conringii* omnia exhaurire, omnes fatentur. Plerosque rei amplitudo deterret, cum & subsidiis, ad hanc rem necessariis, destituantur, quæ in Archivis latitant, atque cum tineis & blattis digladiantur.

Forte

Forte & spes exigua recuperandi amissa efficit, ut hoc studium frigescat.

§. XXXIV. In Capitulationibus promittunt nostri Cæsares, jam a tempore Caroli V. studere se velle, ut amissa, & avulsa recuperentur. Vid. *art. 9. & 10. Capitulat. Caroli V. & art. 12. Capitulat. Josephinæ.* Sed illa promissio restringitur ad ea, quæ injuste ungebührlicher weise ab exteris occupata. Hinc ad ea non pertinet, quæ titulo justo possidentur e. g. quæ pace Westphalica Gallis cessa, &c. §. 79. 80. I. P. Monast. nisi forte ipsi fidem frangant, atque adeo in eum statum deveniant, ut nec ipsis promissa servanda. vid. Capit. Joseph. art. 2. ibi als viel zu Vortheil der Cron Franckreich &c.

Jus recuperandi amissa.

§. XXXV. Porro obligatio hæc ita capienda est, quantum scil. fieri possit commode, & sine metu majoris mali. Cum vero sine armis vix hic quicquam obtineri, bellum vero suscipere solus Cæsar non possit, consequens est, curam finium recuperandorum Statuum consensu Comitiali subeundam esse. *Vid. Cap. Car. V. art. 25. Ferdin. III. art. 35.* Actum est de hac re non semel in Comitiis. *Vid. Recess. Imp. de anno 1566. § 125. de anno 1570. § 105. de 1582. §. 46. 1603. §. 28. Vid. Bækler. L. 2. cap. 4.* sed infelici successu. Namque imminuta auctoritas Cæsarum, discordia

Obligatio Imperatoris hoc intuitu.

Ordinum, distractio virium, defectus ærarii publici, possessorum potentia effecere, ut consilia exitu caruerint: ut taceam juris incertitudinem, & religionem, ac superstitionem erga Pontificiam sedem instituto huic sæpe obfuisse. *Vid. Lond. T. XI. p. 479.* Quæ Pace Ryswicensi Germaniæ restituta, haud æquant ea, quæ eadem Gallis cessa, & ne *Argentoratum* quidem.

§. XXXVI. Ob hunc infelicem rerum statum forte clausula, quæ in Caroli V. Capitulatione art. 25. & seqq. habetur: Wo wir auch mit Rath und Hülffe der Churfürsten, Fürsten, und anderer Stände ichts gewinnen, bekommen, oder zu handen brächten, das alles sollen und wollen wir dem Reiche zuwenden, und zueignen &c. jam a *Ferdinandi IV.* tempore a legibus Regiis exulare cœpit. Sed forte *Josephi* virtus, DEO juvante, meliora fata Imperio conciliabit: postquam præsertim extrema D. Leopoldi tempora, & præsens rerum status multa felicia præsagire cœperunt.

Possessio sola non prod. detentoribus. §. XXXVII. Plane sola possessio, vel detentio potius istarum Regionum, quibus usurpatores incumbunt, non poterunt illis prodesse; nisi ostendatur tacitum consensum a parte Imperii accessisse, ceu supra monitum. Neque enim tempus illud, quod Jus Rom. in argumento præscri-

ſcriptionis definit, ad negotia inter gentes trahi poteſt. Ut taceam in plerisque aperte contradictum, & jus in multis reſervatum eſſe: quamvis non credam, generalem illam capitulationum clauſulam de recuperandis amiſſis, adverſus poſſeſſores ſingulos multum prodeſſe. Conf. *Grot. de J. B. 2. 42. & 2. 14. Albericus Gentilis l. 22. Bœkl. Notit. lib. 2. cap. 3.*

CAP. V.
DE
LEGIBUS IMPERII ROMANO-GERMANICI PUBLICIS IN GENERE.

§. I.

De *Jure* hujus Reipublicæ *publico* nunc agendum eſt, quod alias nomine *Legum fundamentalium* venit; quæ ita dicuntur, quia fundant Imperium, & ideo ſtabiliuntur, ut juxta eas Reſpublica exerceatur.

§. II. Leges hæ ſunt *Conventiones inter caput & membra Imperii Romano-Germanici initæ, quibus forma, vel Status Reipublicæ conſtituitur, vel formatur.* **Leges publicæ hic quid?**

§. III. De illis conventionibus, quæ inter Reges Germaniæ, ſubditosque futuros initæ, eo tempore, quo ipſa Civitas originarie conſtituta; uti & de illis, qui- **Jus publicum primævum.**

 bus

bus remotioribus temporibus mutatio ſtatus contigit, in Syſtematibus Juris publici noſtri raro agi ſolet, quod ad præſentem rerum ſtatum non adeo multum conferant: negligi tamen plane non debent, cum ex illarum cognitione, ſubordinatione, & collatione de præſenti judicium felicius ferri poſſit. Recenſet illas, & exhibet etiam ex parte *Dn. Schilt. T. I. Jur. P. l. 3. 7. & T. II.* notisque illuſtrat. De iis vero, quibus præſens Imperii Status formatur, agere, illasque cognoſcere magis intereſt: atque adeo & nos de illis etiam ſolliciti erimus.

Jus publicum non ſcriptum. §. IV. Uti vero omnis Lex vel Jus, omnis etiam conventio vel tacito, vel expreſſo conſenſu innititur *Huber. de Jur. Civ. l. 3. s. 46.* ita & Legibus his publicis etiam uſu id venit, quæ in *tacitas*, vel *expreſſas*, ſive quod eodem recidit, in *Jus ſcriptum*, & *non ſcriptum* dividuntur. De utriſque ſeparatim agendum.

CAP. VI.

DE JURE PUBLICO ROMANO-GERMANICO SCRIPTO, SEU RECESSIBUS IMPERII.

§. I.

Receſſ. unde dicantur? JUs *Imperii publicum ſcriptum* ſive *expreſſum* generali nomine *Receſſuum* venit,

nit, quod nomen ex eo accepit, quod ſub receſſu, vel diſceſſu a comitiis in chartam conjici ſoleat, & promulgari; cui derivationi Germanicum nomen Reichs-Abſchied reſpondet. Vocantur alias *Receſſus*, conſtitutiones Imperii, pragmaticæ ſanctiones, quarum origo a primordiis Reipubl. Germanicæ repetenda. *Mauritius de Receſſ. Imp.* §. *1. Sed videatur Vitriarius l. 2. 10.*

§. II. Nomen hocce interdum generale eſt, interdum ſpeciale. Generali acceptione tam late patet, ut omnes Imperii conſtitutiones, atque ſub illis quoque *Aurea Bulla, Pax religioſa, profana, Inſtrumentum P. Weſtphalicæ, Capitulationes*, de quibus ſigillatim agendum eſt ſequentibus, eo comprehendantur. Speciali vero ſignificatu illis conſtitutionibus, quas diximus, opponitur. Utroque modo conſiderati, ſunt conventiones expreſſe initæ inter Imperatorem & Status Imperii, de rebus ad Imperium pertinentibus. Nominis hujus varius ſenſus

§. III. Porro oppido obſervandum eſt Receſſ. Imp. conſiderari debere, tum quatenus agunt de rebus ad ſtatum publicum pertinentibus; tum quatenus tangunt negotia privatorum. Illo modo proprie huc ſpectant, non autem altero; quamvis & hocce interdum ad deciſio- Receſſuum alia conſideratio.

 nem

nem publicarum causarum adhibeantur. vid. infr. *cap. XI.* §. *11.*

Definitio. §. IV. Sunt ergo Recessus, quatenus huc spectant, ***conventiones inter Imperatorem & Status Imperii expresse initæ, quibus præsens Imperii status publicus formatur.***

Sunt Conventiones. §. V. *Conventiones* hac leges esse, ex Recessibus omnibus fere apparet. *vid. R. J. d. an. 1500. in fin. princ. ibi* Contracts-Weise § *90. 100. R. J. 1512.* §. *23. R. J. de an. 1641.* §. *100. R. Nov.* §. *190.* Ex quibus & aliis locis id apparet, etiam Recessus Imperii, quatenus Jus privatum continent, conventiones esse inter Imperatorem & Status Imperii initas. Atque adeo & Cæsar & Status collective sumpti, non aliter obligantur illis, quam ex conventione.

Sed etiam Leges. §. VI. Interim tamen & *Leges* dici possunt, & sunt, ac fundamentales quidem, quatenus scil. statum publicum tangunt, non tantum si vocabulum legis pro instituto Civitatis sumitur; sed etiam, si pro lege proprie sic dicta. Nam Status Imperii singuli, nec non reliqui Imperii subditi, & quidem, si de Recessibus ad statum publicum pertinentibus quæstio est, quatenus in hos illi quadrant, iis tanquam legibus proprie sic dictis obligantur. *vid.* §. *a. R. Nov. ibi:* Sie seyn Stände des Reichs oder nicht &c. ohne Ausnahme einiges Menschen *Rhetius l. 1. 34.*

§. VII.

§. VII. Personæ quæ istas conventiones ineunt, ab una parte sunt Imperator, vel ejus vice Rex Romanorum, vel Vicarii Imperii; ab altera parte vero Status Imperii collective sumti, qui ita in Comitiis Imperii paciscuntur. Circa quod tamen oppido notandum, non probandam esse illorum sententiam, qui Statuum consensum non pro causa socia, sed conditione, vel causa sine qua non habent. Nam suffragii Jus in §. *Gaudeant. art. 8. J. P. O.* Statibus assertum, amplius quid, quam consilium infert, & necessitatem inducit, ita ut sine illorum consensu nihil decernere possit Cæsar in illis, quæ ad Comitia spectant: atque adeo ultima analysis negotiorum istorum in Imperatorem & Status simul recidat. vid. Rec. I. de anno 1570. §. Weiter nachdem. 42. ibi: mit gemeiner des Heil. Reichs Ständt Rath, und Zuthun. Qua parte neminem turbare debent formulæ, quibus Imperator solus promulgat Recessus Imperii: quandoquidem hæc non ad formam Imperii & constitutionem Recessuum, sed tantum ad modum administrandi rempubl. & expediendi hoc negotium pertinent, & ad Status qua singulos diriguntur. Causa efficiens.

§. IIX. Quoniam vero personæ illæ paciscuntur, vel in diætis universalibus, vel particularibus, hinc Recessus vel *univer-* Qua ratione in Univ. & particu-

lares dividantur. *sales* vel *particulares* dicuntur. Namque fieri solet, ut interdum extra comitia universalia allgemeine Reichs-Tage Status universi paucis certa negotia delegent, qui vicem tamen omnium sustinent. Quorsum pertinet *R. D. Deputation* - Abschiede, quales extant de anno 1564. 1600. *R. Revisionum Cam.* quorum collectio prodiit anno 1686. Nec dubito, si *Recessus* in sensu generali accipiamus, Capitulationes huc referendas esse, quæ in diætis Electionum cum Cæsare & Electoribus & suo & reliquorum Statuum nomine ineuntur. Qui omnes Recessus licet *particulares* dicantur ratione causæ efficientis proximæ, & modi tractandi; quoad effectum tamen *universales* etiam sunt, & omnes stringunt. Alio sensu Recessus Circulorum Creyß-Abschiede particulares audiunt, & opponuntur Recessibus Imperii Universalibus denen Reichs-Abschieden, tum ratione causæ efficientis, tum ratione formæ & objecti. Namque totum Imperium non agnoscunt, tanquam causam, sed Circulos tantum, quorumque negotia tangunt, & Status stringunt, de quibus infra.

Objectum & Forma Recessuum Imperii. §. IX. Negotia, quæ objectum constituunt Recessuum Imperii, quatenus Jus publicum continent, ea sunt, quæ ad statum publicum pertinent, de quibus in gene-

genere actum *cap. 1. §. 3, seq.* in specie vero infra agetur. Maximam partem continentur in §. *Gaudeant.* & *Habeantur. a 8. J. P. O.* Forma vero vero illorum essentialis in mutuo consensu consistit, ex quo obligatio, tanquam ex pacto nascitur, quæ suo modo postea degenerat in obligationem ex lege proprie sic dicta. *vid. c. 1. §. 8. sequ.*

§. X. Qua ratione autem in Comitiis agatur circa illas conventiones, ac earum promulgationem, infra videbimus. Hic saltim quoad idioma notandum, hodie scribi lingua Germanica: quamvis olim Leges & placita comitiorum, aliaque monumenta publica latino idiomate conscripta fuerint. Prima omnium *Friderici II.* extat constitutio vernacula lingua scripta, quam exhibet Goldastus in denen Reichs-Satzungen P. 2. p. 17. Hujus exemplum secutus est *Rudolphus I. Lehmann. in Chron. Spirens. Lib. 5. cap. 108.* Equidem *Goldastus* edicto quodam *Rudolphum I.* cavisse scribit, ut mandata, privilegia, pacta, contractus &c. Teutonica lingua conficerentur. Verum, præterquam quod hæc assertio multis dubiis obnoxia sit, atque integrum illud Edictum *Rudolphi Goldastus* non exhibeat, certissimum est, ipsum Rudolphum successoresque, atque inter hos *Carolum IV.* Idioma Recessuum.

in conſcribenda A. B. latino idiomate eſſe uſum, quod æque ac Germanicum in Legibus Imperii adhuc hodie pro forenſi habetur. *vid. Conſt. Notar. de an. 1512. art. 14. Capitul. Caroli V. art. 14. & Capitul. Leopoldi art. 43.* Quod ſi vero cum exteris res Romano Imperio ſit, a parte hujus nulla alia lingua quam latina adhiberi ſolet, neque etiam cum exteris in alia lingua agi, vel alterius linguæ ſcriptum accipi: quamvis de hac re in Conventu Francofurtenſi anno 1682. a Gallis lis mota ſit. *conf. Diſſ. Dn. Lynck. de J. Idiom. Lond. A. P. XI. c. 84.* Notum etiam eſt, Legatos Burgundicos, & Lotharingicos in Comitiis latina voce ſententiam dicere.

Idioma intuitu exterorum uſitatum.

Vis & effect. Receſſuum Imp.

§. XI. Vis atque effectus Receſſuum Imperii tamdiu durat, quamdiu voluntas & illorum conſenſus, quibus originem debent, non mutatur. Quod cum omnibus conventionibus & legibus commune habent. Uti ergo contraria voluntate expreſſa, vel tacita Imperatoris & Ordinum, abrogari poſſunt; ita nec ſolus Cæſar, nec Ordines ſoli collective ſumti; multo minus, ut ſinguli, poteſtatem habent, quicquam immutandi. Quod omni dubio caret in illis, quæ ad Statum publicum totius Imperii pertinent. Utrum autem Ordines in territoriis ſuis, ea,

ea, quæ ad ſtatum territoriorum ſingulorum pertinent, & in Receſſibus habentur, vel jus privatum Receſſuum abrogare queant? videbimus infra. Eadem, quæ de mutatione dicta, dicenda etiam ſunt de interpretatione authentica, quæ deficiente uſuali, non niſi ab illis fieri debet, & poteſt, qui conventionis & legis ſunt autores. *vid.* §. *Gaudeant. J. P. O. art. 8.*

§. XII. De variis Receſſuum Imperii collectionibus, legi poteſt *Mauritius, dicta differt.* §. *26. Vitriar. IV. I. 104. Schilter. L. 1. T. 2.* §. *11.* Noviſſima prodiit editio 1692. in qua tamen vitia, quibus editiones priores ſcatebant, partim correcta, partim relicta, partim etiam nova inſerta. Addita ibidem eſt præfatio A. B. de variis ejus editionibus, variæque lectiones, quæ olim hic Witembergæ 1671. editæ a ſolertiſſimo JCto W. L. D. *vid. Thulemar. de Bullis cap.* 7. §. *15.* (*) Collectio.

(*) Noviſſima omnium editio Corporis Receſſuum Imperii Francofurti anno 1707 prodiit, eaque reliquis eſt accuratior, ſi fides habenda *Dn. Struvio in Synt. Jur. Publ. c. 6. §. 71.*

CAP. VII.
DE AUREA BULLA.

§. I.

§. I.

A.B. unde dicta? *Aurea Bulla* ab *adjuncto* nomen accepit, quoniam scil. aureum insigne, quod *bulla* dicitur, tabulis hujus Legis publicæ appensum est. Quale insigne & adhuc hodie nostri Imperatores diplomatibus majoris momenti interdum adjungi jubent. Qua de re late agit *D. Thulemarius de Bullis cap. 1.*

§. II. Est vero *Aurea Bulla, conventio inter Imperatorem Carolum IV. & Ordines Imperii inita in Comitiis Norimbergensibus, & Metensibus anno 1356. electionem Imperatoris, jura Electorum, aliaque ad Imperium pertinentia definiens.*

Est conventio & lex. §. III. Dum *Conventionem* dixi, non nego etiam *Legem* vocari, & esse, & quidem etiam respectu singulorum Statuum, & aliorum subditorum in specie sic dictam, quemadmodum passim cap. 1. *edictum Imperiale, constitutio &c. dicitur, cap. 8. §. 2. cap. 9.* Est vero Lex fundamentalis, quatenus statum publicum concernit: quatenus vero quædam ad Jus privatum pertinentia continet *cap. 14. 24.* fundamentalis dici non potest. *vid. tamen supra cap. 6. §. 3.*

Quos Auctores habeat? §. IV. Nostro tempore disputari cœptum est, utrum illa conventio, inter Cæsarem & solos Electores, vel inter illum & omnes Status Imperii inita sit? Posterius

rius olim plerique crediderunt, tum quod in Comitiis universalibus prodiit, tum vero, quod præfatio verbis: *in solenni Curia assidentibus &c. matura deliberatione*, id satis indicare videntur; atque præterea res tanti momenti nunquam sine consensu omnium Ordinum comitiali gesta. *Vid. Aut. allegati in duplica ad quadrigam quæst. quæ inserta ab Hypolit. a Lapid. Libello: Raisonnement* von der 9ten Chur-Würde *pag. 52.* Dissentientes vero, quorum hodie multi, affirmant prius, saltem quoad ea negotia, quæ Electores tangunt. Provocant vero *ad cap. 3. §. 2. cap. 12. §. 2.* atque proœmium explicant de præsentia saltim, vel consilio, minime vero de suffragio, aut conventione.

§. V. Dedere huic legi occasionem mala Germaniæ, quæ tempore inter-regnorum, quibus dissidia inter eligentes, ambitio, studia partium, electioque diversorum Imperatorum sæpe maxima mala conciliarunt. Visum ergo fuit modum & formam electionis definire, Jura Electorum & Vicariorum firmare, ac per id efficere, ut inter-regnum tranquillum, & non diuturnum sit, sineque turba novum caput præficiatur. Qua occasione simul alia ad publicam tranquillitatem pertinentia e. c. *de pace publica, de abusu diffidationum tollendo, de crimine læsæ Majestatis*

Occasio hujus Legis.

ftatis vindicando, addita funt *cap. 17. 24. &c.*

Capita ejus. §. VI. Quæ vero in ea habentur capita, partim confirmant veterum obfervantiam, *cap. 5. §. fin. cap. 1. §. & 9.* partim repetunt leges antiquas, *cap. 24.* partim controverfias definiunt *cap. 7.* partim nova Jura conferunt *cap. 6.* partim jura antiqua quædam revocant, ac tollunt, *cap. 13.* partim etiam noviter quid conftituunt, *cap. final.*

Locus & Temp. §. VII. Locum & annum, quo ortum cœpit, indicavimus. §. 11. Quæ a principio, usque ad *Titulum 23.* inclufive habentur, *Norimbergæ*, quarto Idus Jan. reliqua in Metenfi urbe, Fefto Natalit. Chrifti, promulgata, ceu infcriptio tit. 24. docet.

Idioma. §. IIX. Confcripta eft latina lingua, pro more illius feculi, ftyloque illi conveniente. *Authographum* illius Francofurti ad Mœnum adfervatur, ubi locus eft electionis, & ideo procul dubio illuc repofitum, ut tempore electionis ad manus fit. Quod exemplar authenticum ftudiofe defcribit *Thulemarius in Tract. modo alleg.* ejusque exactiffimum exemplum nobis exhibet. Teftis ocularis etiam eft,

Exemplaria authent. Authenticum Palatinum in Archivo Palatino fupereffe adhuc, nec Romam translatum,

latum. Esse etiam Exempla in aliorum Electorum Archivis, affirmat. *d.cap.7.*

§. IX. Translata est in Linguam Germanicam varie. Sed authentica nulla extat versio. Quæ Francofurti custoditur, satis antiquam esse, & si non coævam authentico, non tamen adeo longe post scriptam, aspectus docet. Authentica tamen non est, atque etiam aurea bulla caret. Exemplar accuratissimum communicavit nobis laudatus *Thulemarius d. l.* Qui idem de differentiis authentici textus, & versionum, deque variis lectionibus agit *cap. 9.* Versiones.

§. X. Etsi vero Aurea Bulla Lex perpetuo valitura dicitur passim *cap. 1. §. 1. cap. 9. sub init. cap. 8. §* 2. nec temere quicquam ex illa mutari debet: ratio tamen temporum sequentium exigere potest, ut mutatio aliqua fiat, atque noviter quid constituatur. Quorsum pertinet introductio octavi Electoratus, cui bellum fatale Germanicum occasionem dedit, *art. 4. Instr. Pac. M.* & propter eam secuta mutatio Ordinis Electorum. Prohibitio omnimoda diffidationum *tempore Maximil. I.* & sequentibus. An mutari possit?

§. XI. Si quæratur, a quo mutatio hæc fieri possit, facilis responsio erit, ex natura communi omnium conventionum, illorum consensu opus esse, quorum placitis A quibus.

citis lex fundamentalis hæc condita. Atque adeo Cæsar solus nihil hic mutare potest, qui & ipse Capitulatione sua ad illius observantiam se adstringit. vid. *Capit. Joseph. art. 2. Carol. art. 2.* E contrario nec sine consensu Cæsaris hic aliquid fieri potest. Si tamen Imperium vacet, atque Vicarii & Status conveniant de quadam mutatione, novus Cæsar id improbare haud poterit, cum in eo statu Imperium accipiat, atque obstringat se capitulatione ad observationem Legum fundamentalium, qualis & illa conventio est inter Status, quibus interim Vicarii præfuerunt, & hos inita, sede vacante.

An omnium Statuum consensus necess.

§. XII. Sed utrum necessario omnium Statuum consensus hic necessarius sit, vel sufficiat Electorum, saltem in illis negotiis, quæ hos tangunt? acerrime disputatum est, ex quo D. Leopoldus nonum Electoratum, accedente Electoralis Collegii, saltim majoris partis, consensu introduxit. de quo infra.

Argument. pro Principibus.

§. XIII. Qui Principum adversantium huic novo Electoratui partes tuentur, id urgent, quod supra monuimus §. 4. Auream Bullam, universalibus Comitiis, consensu omnium Statuum esse conditam, sicque nihil mutari in ea posse, nisi eadem ratione: præsertim cum §. *Gaudeant. art. 4. Instr. P. O.* diserte jus suffragii, ubi

ubi leges ferendæ, vel interpretandæ, aliaque gravia negotia peragenda, confirmatum; atque octavus Electoratus *art. 4. de J. P.* non nisi consentientibus omnibus Statibus, & quidem tantum pacis causa ad certum tempus introductus. Quibus addunt, Electores eligere non nisi ex commissione Imperii, adeoque Statuum omnium, in A. B. firmata; neminem Electorem esse posse, cui omnes Status id negotium non delegaverint.

§. XIV. Qui his adversantur, negant Auream Bullam omnium Statuum consensu esse conditam, vel saltim id in illis, quæ Electores tangunt, non concedunt. *Vid. supr.* §. 4. urgentque præcipue verba *art. 12. §. 2. hac nostra ordinatione ad nostrum & ipsorum duntaxat beneplacitum duratura.* Atque adeo §. *Gaudeant:* huc non pertinere, affirmant; nec, quod in universalibus Tractatibus pacis factum, necessitatem secum ferre, vel in consequentiam trahi debere, ajunt. Denique, Electores jure proprio, non commissionis, asserunt, eligere Imperatorem. Non desunt quæ utrinque reponi solent. Sed non est hujus loci excutere illa omnia, multo minus judicium ferre. Consulantur scripta edita sub tit. *Miscellanea de Nov. Viratu. Disc. de Novem Vir.* Pro Elect.

F 2 §. XV.

An per nonum Elect. A. B. mutetur?

§. XV. Quod vero nonnulli urgent, nullam hic mutationem fieri Aureæ Bullæ, cum illa nullibi prohibeat, ne plures Electores constituantur, vel Electores alios ascifcant Collegas, vel jus concessum, vel acquisitum aliis communicent; aliis dubium videtur. Dum enim septenarium numerum definit, vel firmat A. B. formam utique illam Electionis constituere dicunt, quæ mutaretur alio numero introducto. Ergo non potest non, inferunt, & ipsa mutari. Sed vid. *Titius L. IV. cap. 1. §. 25.*

§. XVI. Cæterum sunt quædam in ea non quidem immutata; sed quæ propter temporum rationem rarius usum habent, vel in præsens habere non possunt. Ad prius pertinet id, quod de congregatione Electorum *art. 12* habetur. Ad posterius, quod Protestantium Legati integro actui Missæ (*vid. A. 2.*) non intersint. *De qua re infra.*

CAP. VIII.

DE

PACE PUBLICA, SEU PROFANA Landfrieden.

§. I.

Celebres porro sunt Imperii Constitutiones *de pace publica*, eaque vel *profana*, vel *religiosa*. De utraque agendum

dum est. Et primo quidem de *profana* tanquam antiquiore, quæ in specie *Pax publica* Landfrieden dici solet.

§. II. Est vero Pax publica illa *conventio Imperatoris & Ordinum consensu inita, ac promulgata tempore Maximiliani I. sæpiusque repetita, qua omnis vis publica, & hostilitas in Imperio in perpetuum prohibetur, atque modus illam impediendi, & coercendi statuitur.* Dum vero conventionem dixi, non nego, legem etiam esse & sanctionem publicam, eo modo, quo dictum supra *c. VI.* §. *5. 6.* Lex vero fundamentalis est, quatenus cum statum constituit Imperii, ut nulli, nec Electori, vel Principi liceat jus suum adversus concivem armis, & vi persequi, sed tantum jure agere. Interim tamen in Jure privato, ubi de vi publica agendum, locum etiam invenit. Definitio.

§. III. Scilicet etsi inter unius Reip. cives non armis, sed legibus sunt disceptandæ lites: perpetuum tamen hoc Germaniæ malum fuit, quod non Principes solum, sed etiam privati privatas inimicitias armis persequi consueverunt. Quod malum ex conniventia Imperatorum, & illorum absentia, labefactata eorum autoritate, & præsertim fatali illo interregno magno, maxima cœpit incrementa. Atque cum plane e medio tolli non potuerit, Occasio.

tuerit, id ſaltem ſæpiſſime actum, ut quodammodo mitigaretur. In quem finem pax publica ſæpe ſancita, non quidem in perpetuum, ſed ad tempus, certusque modus extra illud tempus diffidationibus, (quarum formulas vid. *in Lehman.Chron. Spir. Lib.7. cap. 80. & 109.*) & bellis iſtis privatis poſitus, & præſcriptus. Hinc editæ ſunt Conſtitutiones, de pace tenenda, *Friderici I.* quæ extant in Jure Feudali. it. *Friderici II. apud Goldaſtum p. II.* der Reichs-Satzungen *p. 17. Rudolphi I. apud Lehmann.L. 5. c. 108. Friderici III.* apud eundem *Lehmann. L. VIII. c.113. & 117.* Cujus conſtitutio de pace publica de anno 1442. extat in Codice Receſſuum Imperii. *Conf. A. B. cap. 17.* Quæ omnia uberrime exponit *Dathius lib. I. Rer. German.* Ob eandem cauſam inter Ordines Imperii *pacta mutua defenſionis* inita, ex quibus celebre eſt der Landfrieden von denen ſechs Churfürſten anno 1438. apud *Goldaſtum* in Reichs Satzungen p. II. pag. 144. item *Ganerbinatus* conditi, de quibus videatur *Killing. de Ganerb.* & denique allodialia bona ab imbecillioribus potentioribus in feudum oblata, de quibus vid. differt. *Thomaſ. & Hertii de feud. oblat. Limn ad A. B. tit. 17.*

Origo. §. IV. Tempore vero Maximiliani I. ea contigit felicitas Germaniæ, ut conſtituto in Comitiis Wormatienſibus 1495. Judicio

dicio Camerali, eodem anno *pax publica perpetua*, omnium consensu, sublatis omnibus diffidationibus sanciretur. Extat illa *in Cod. Recess.* Repetita est subinde, aucta & ad ἀκμὴν deducta in Comitiis 1521. 1522. 1548. 1551. 1555. 1557. 1559. 1566. 1598. inque capitulationibus confirmata, *art. 2. Inst. P. W. art. 1. §. 2. in fin. & art. 17.*

§. V. Capita autem hujus pacis publicæ Doctores passim explicant. *Blumius in Proc. Cam. tit. T. XXIX. Roding. Pandect. Cam. Lib. I. cap. 7.* & amplissime *Gail. pec. tractatu.* Præcipua sunt (1) ut omnes diffidationes cessent (de quibus vid. *Carpzov. in Prax. Crim. qu. 37. num. 16.*) (2) ne quis bellum alteri denunciet, eum spoliet, capiat, obsideat, aut possessione sua, armata manu, factoque violento privet, (3) ut quilibet subditos alienos per territorium suum libere & sine gravamine commeare sinat, (4) nemo alteri subditos abstrahat, vel contra dominum concitet, vel profugos ob delicta foveat, (5) ut nemini, qui debito loco, jure æquo usurus, aliquid detineatur (6) ut Status Imperii vagos homines reprimant &c. (7) ut nemo pacifragis consilio & ope adsit, potius imploratus adversus illos cito exequatur &c. Quæ in ipsis constitutionibus, & dictis autoribus latius legi possunt. Ejus Capita.

Poenalis sanctio. §. VI. Qui vel committendo, vel omittendo peccant, crimen fractæ pacis publicæ incurrunt *vid. Ordinat. Cam. part. II. tit. 9. Schweder. part. gen. cap. 3. §. 13.* sive mediate sive immediate sint Imperio subjecti, seu mares, seu foeminæ, sive personæ Ecclesiasticæ seu seculares. Quoad Ecclesiasticas tamen notandum, eas ob fractam pacem coram Imperatore vel in Camera tum demum conveniri posse, si Imperio immediate subjecti *Gail. de pace publ. L. I. cap. 3. num. 12. 13.* Ubinam mediati conveniendi, docet der Landfriede de anno 1548. art. 22. *Blumius tit. 29. §. 122.* Possunt etiam personæ mysticæ in crimen hoc incidere, Civitates e. c. *Gail de P. P. Lib. 2. cap. 9. num. 1.*

Poena. §. VII. Pœna hujus criminis est Bannum Imperiale, (quod, quid sit & quousque fœminas, & clericos tangat? infra videbimus,) ad quod non nisi coram Imperatore, vel Camera agi potest, *Roding. Pandect. Cam. Lib. I. tit. 7.* Sunt vero & aliæ pœnæ *2000. marcarum sc. auri puri, Recess. de P. P. de an. 1521. T.* wie der Landfried. Ad quam, uti & privatam satisfactionem coram aliis quoque judicibus competentibus agi potest. *Rod. d. l.* Insuper & pœna capitalis in reum fractæ pacis, si deprehendi potest, est statuta

Ord.

Ord. Crim. a. 128. it. 129. Carpz. Prax. Crim. qu. 35. num. 10.

§. VIII. Notabile Exemplum vindicatæ fractæ pacis in *Joh. Friderico Saxoniæ Duce* suggerit Seculum XVI. de quo Historici passim agunt, & Recessus Imperii Ratisbonensis *de anno 1567. Recess. Imp. Deput. Erfurtens. ejusd. anni.* Extat elegans narratio istius rei a *Justo Menio* conscripta: quæ matriculæ nostræ Academiæ inserta est. Hodie Status Imperii potentes præsertim, multa sæpius suscipiunt, quæ saluberrimæ huic constitutioni contrariantur: quæ per temporum rationem impune fieri solent. Sed ad facta hæc, non ad jus, pertinent. Nostra ætate, & hoc ipso anno omnibus seculis memorandum justitiæ specimen vidimus in vindicata pacis publicæ violatione, adversus *Bavarum* & *Coloniensem*. Exemplum.

CAP. IX.
DE
PACE RELIGIOSA.

§. I.

PAx *Religiosa* in oppositione pacis *publicæ*, seu *profanæ*, vel *civilis* dicitur: non quod etiam pax publica non sit in sensu generali; sed quod præcipue religionis libertatem concernat. Vid. *Schilter. de Pace Relig. cap. 1. §. 8.*

Definitio. §. II. Pax Religiosa *est conventio Imperatoris ac Statuum consensu inita in Comitiis Augustanis de anno 1555. de religione Protestantium non minus, quam Catholica, seu vetere (ut vocatur) toleranda, deque possessione bonorum Ecclesiasticorum, & suspensione Jurisdictionis Pontificis & cum illis facientium Episcoporum.* Iterum vero hic repetendum est, hanc pacem conventionem quidem esse, sed legem quoque eo modo dici, quo de reliquis sæpius jam dictum. *c. VI. §. 5. 6.*

Occasio. §. III. Occasionem dedit diffidium circa Religionem ortum, atque reformatio Ecclesiæ, quam illi, quibus clarior lux verbi DEI oculos aperiebat, expetebant. Cui rei ansam præbuit nundinatio impudens indulgentiarum Tezeliana, cui theses suas 31. Octobr. anno 1517. hic Vitembergæ opponebat B. Lutherus noster. Historiam totius hujus maximi operis & divini pertexere, non est hujus loci. Aliunde enim illa peti debet & potest: atque ex novissimis scriptoribus, nobiles præsertim illustris *Seckendorffii* Commentarii abunde Lectorem instruunt.

Historia hujus Pacis. §. IV. Pauca tamen monenda, ut ad rem venire queamus. In comitiis Wormatiensibus 1521. dirum Edictum prodiit, quo *Lutherus*, ejusque doctrina, absque sufficienti causæ cognitione, hæreseos damna-

damnabantur. Extat illud apud *Goldast. L. 2. const. Imp. pag. 143. Sekendorff. L. 1. Sect. 43. §. 97.* Cum vero executio illius decreti non ubique succederet, actum est de ea in comitiis *Norimberg. 1524.* & *Spirensibus 1526.* Sed qui Luthero adversabantur, finem haud obtinuerunt. Quæ conclusa sunt, ex §. *28. 29. Recess. de anno 1524.* & §. *4. Recess. de anno 1526.* cognosci possunt. Paucis: res ad concilium delata, atque decretum his ultimis comitiis, *in causis, quæ ad decretum Wormatiense pertinerent, h. e. negotium religionis, quemlibet ita se gerere debere, ut actionum rationem DEO & cæsari reddere possit.* vid. *Hortleder. T. I. l. 1. cap. 2.* quod ideo non reticendum fuit, quoniam in his fundamenta pacis religiosæ jacta. Fund. Pacis Relig.

§. V. Postea in Comitiis Spirensibus anno 1529. postquam de futuro Concilio actum, decretum est ab Imperatore & plerisque Statibus art. *4. §. 4. l. R. J. d. a. 1526. in abusum esse tractum, Edictum Wormatiense de anno 1521. apud eos, qui illud hactenus observassent, usque ad Concilium & in posterum observandum esse: reliquos, apud quos nova doctrina non sine turbis & malis publicis orta, ab omni novatione, quantum possibile, præsertim a doctrina de Coena Domini, ejusque prædicatione, abolitione Missæ, abstinere, neminemque apud illos* Origo protestant.

illos in ista audienda, impediri debere, vid. R. J. de anno 1529. §. 3. 4. 5. Hæc cum duriora visa fuerint *Johanni Electori Saxoniæ, Georgio Marchioni Brandenburgensi, Ernesto & Francisco Luneb. Ducibus, Philippo Hassiaco, & Wolffgango Anhaltino*, contra hæc decreta publice protestati sunt, causis de scripto recitatis. *Vid. Sleidan. Lib. VI. & Cælestinus in hist. Comit. de anno 1530. T. 2. pag. 104.* Cui protestationi Civitates XIV. accessere. *Conf. Hortleder. T. 1. L. I. cap. 45. Sekendorff in Commentariis ad Maimburg. L. 2. §. 44.*

Quinam illi fuerint?

Justitia hujus Protestationis.

§. VI. De justitia protestationis hujus, atque secutæ appellationis ad Cæsarem, & futurum Concilium extant varia judicia. Posse tamen protestantium facta omnino defendi ex illis patet, quæ leguntur apud *Strauch. Disp. Jur. publ VII.* itemque *Oldenburg. ad Instr. Pac. Westphal. art. 5. §. 19. pag. 173.* Optimum autem inter alia argumentum ex Recessu *Norimb. de anno 1524. §. 29.* & *Recessu Spirensi de an. 1526. §. 4.* petitur. In quorum priori *Status defensores, & protectores fidei* vocantur, ex posteriori vero plenius liquet, Ordines Imperii participes esse juris circa sacra, & suspendere potuisse executionem Edictorum Imperialium, non sufficiente causæ cognitione emanata. Quod jus quæsitum nec suffragiis plurium potuit auferri. *Schilt. de P. R. cap. 11. §. 8.*

§. VII.

§. VII. Postquam Cæsar dixisset, se partium dissidentium sententias audire velle, exhibita fuit in Comitiis Augustanis 1530. 23. Jun. Augustana confessio, cujus historia ex *Cælestino*, *Chytræo*, *Sekendorffio* & aliis cognosci potest. Cœpit etiam Fœdus *Schmalcaldicum* paulo post. Et cum Carolus V. animadverteret, protestantes copiis & amicitiis externis valere, ab executione Edicti, & R. J. de anno 1529. remisit, pacemque utrique religioni usque ad Concilium permisit, contectam Norimbergæ, durantibus Comitiis Ratisbonensibus 1532. in quibus eam solenni edicto promulgavit. Tabulæ extant apud *Hortleder. T. 1. L. 1. cap. 10. 11. 12. Vid. Sekendorff. L. 3. §. 5. & 9.* Alii sunt, qui inducias potius, quam pacem transactionem istam fuisse volunt, *Blumius Proc. Cam. t. 28.* § *6. Conf. Schilter. de Pace Rer. cap. 2. §. 16.* Confirmata vero pax illa est transactione *Cadaviensi* anno 1634. *item in Decret. Francof. 1539.* nec non *R. J. 1541. §. 29. 1542. §. 128. 132. 1545. §. 82. Schilt. d. P. R. cap. 2. § 25.*

Augustana Confessio.

Prima Pax religiosa.

§. VIII. Erupit postea mortuo Luthero fœdus *Schmalcaldicum* anno 1546. in apertum bellum; sed infelici a parte Protestantium successu. Captivo enim facto, post infelix prælium ad Mulbergam, Electore Saxoniæ *Johanne Friderico*, omnis

Bell. Schmalcaldicum.

illius

illius fœderis vis evanuit; secuta paulo postea Hallis captivitate *Philippi* Hassiæ Landgravii.

Interim. §. IX. Obtrusum posthæc fuit Imperio famosum illud decretum, in Comit. *August. 1548.* quod *Interim* vulgo audit, quoniam usque ad finem concilii observari debebat, quod congregatum fuerat anno 1545. *Tridenti*, ut *interim* tranquillitas Ecclesiastica esse possit. Extat illud post Recessum istorum Comitiorum. Varias illas turbas dedit & bellum tum civile, *interimisticum* quod audit, tum Theologicum, quod *adiaphoristicum* dicebatur, concitavit. *Sleid. L. 20. Oldenburger Notit. Imp. disc. 1. pag. 1. Schilter. de Libert. Eccles. German. L. VII. cap. 8.* ubi §. 9. quid in his terris de his rebus actum, docet. vid. *Mollerus in Annal. Freiberg. ad annum 1548.*

Bell. Mauritianum. §. X. Quam male autem Protestantium res se tunc habebant, tam bene illis consultum fuit, consilio *Mauritii Saxonis*. Qui delusum se videns ab Imperatore spe liberationis Landgravii, atque consilia Cæsaris futurum dominatum præ se ferre, postquam omnia tentasset anno 1552. bellum Cæsari indicit, mox etiam infert, tantoque successu gerit, ut Cæsar, cum intelligeret ipsum ab Oeniponte vix duobus milliaribus abesse, adventum illius expe-

expectare nollet, sed noctu excederet. vid. *Sleidan. L. XXIV. & Hortleder. T. II. L. 5. cap. 4. seqq.*

§. XI. Secuta est hos motus transactio Passaviensis eodem anno, quæ exhibetur a *Lehmanno in Act. Pac. Relig. cap. 1.* Actum fuit præter alia de libertate sacra, donec de religione conveniretur; quo ipso decreta *Interimisticum*, & *Tridentini Concilii* rejecta sunt; item de Comitiis proxime habendis, ubi ultima manus huic negotio imponenda vid. *Strauch. Diss. 14.* Denique in Comitiis *Augustanis* anno 1555. magnum illud opus *Religiosæ pacis* exitum vidit. vid. *R. J. de hoc anno* §. *12. seqq.* Quod deinde recessu Ratisbonensi 1557. §. 69. Augustano 1559. §. 5. *R. J. 1613.* §. 4. & denique pace Westphalica *art. 5.* §. *1.* & Capitulationibus Cæsareis firmatum est.

Compositum transactione.

Pax Rel. Augustana.

§. XII. Scilicet quum Cæsar & Ordines perspiciebant, tam cito controversias religionis finiri non posse, pacemque hucusque initam, vel potius inducias non sufficere ad tranquillitatem publicam §. *13. 14.* d. R. decretum, ante omnia firmam universalem, & perpetuo duraturam pacem inter Imperatorem & Ordines utriusque religionis faciendam esse, illamque solennibus clausulis assecuratoriis, renunciatoriis §. 29. 30. abrogatoriis §. 28. sanctione etiam pœnali §. 15. roborandam.

Causæ ejus.

De

De quibus clausulis agit *Syringus de pace relig* §. *17*.

Capita P. R. §. XIII. Capita P. R. hæc sunt. Primo conceditur libertas quoad internum, & externum divinum cultum, & plenissima securitas Statibus A. C. non tantum illis, qui in Collegio Electorali, & Principum sunt, sed & Civitatibus Imperii, & Nobilibus immediatis §. *15. 26. 27. J. P. art. 5. § 27. 28.* Quæ libertas & securitas Catholicis etiam relinquenda est *ab A. C.* addictis §. *16.* Neutra vero pars contumeliis afficienda ab altera, & controversiæ religionis nullis aliis modis, quam Christianis, ac amicabilibus compositionibus finiendæ *d.* §. *15.* De libertate Statuum, vel subditorum mediatorum in P. R. nihil cautum. *Schilt. de P. R. cap. V.* Sed tamen J. P. O. *art. 5. §. 29. 30.* certa ratione illis prospectum, & res ad statum anni 1624. reducta.

An Reform. ejus capaces? §. XIV. Cum vero P. R. nominatim tantum comprehendat *Catholicos, & A. C. A.* §. *17.* omnes alterius v. religionis excludantur, illis, qui *Reformati* dicuntur, sæpe quæstio mota, utrum sub ea comprehendantur? quæ quæstio magnis motibus agitata, cujus momenta ex Actis P. R. *Lehmanni* peti possunt: atque *Ferdinandus II* negativam probavit famoso illo decreto de dato 6. Jan. 1629. vid. *Limn. 1. 13. 32.*

13. 32. Aut. H. P. W. cap. 3. §. 2. Verum cum hæc controversia pro Reformatis decisa sit, *art. 7. J. P. O.* non opus est odiosas istas disceptationes recoquere. Meretur tamen notari, *Elect. Sax.* Legatum isti extensivæ ad *Reformatos* contradixisse. Protestatio ejus legi potest ap. *Londorp. T. 6. pag. 355. conf. Schilter. de P. R. cap. 6.*

§. XV. In §. 18. famosum illud extat *Reservatum Ecclesiasticum* Geistl. Vorbehalt, quo Catholici reservabant, si quis forte ex Catholicis Episcopis ad sacra A. C. transierit, illum futurum esse incapacem Ecclesiasticæ dignitatis, & inde dependentium bonorum Ecclesiasticorum, salva licet existimatione. Factum id est contra voluntatem Protestantium, qui salva dignitate & possessione bonorum, liberum relinqui volebant Episcopis & Prælatis sacra Augustana recipere. Quod ipsi die Freystellung vocarunt. Hæc res maximos motus, præsertim in causa *Truchsessiana* dedit; atque tum, cum Edictum illud *Ferdinand. II* quæstionem contra Protestantes definiret. Sed tandem *art. 5. § 1. 14. & 15. J. P. O.* ad æqualitatem res est redacta, ita ut reservatum Ecclesiasticum utrique religioni commune factum. *Vid. Acta P. R. Lehmann. passim. J. P. W. L. 2. Obrecht. de Reserv. Eccles. Schilter. de P. R. cap. 4.* (*)

Reservatum Ecclesiasticum.

Freystellung.

(*) Novissime memorabile exemplum præbuit *Mauritius Wilhelmus* Dux Saxoniæ. Cum enim anno 1717. ad Religionem Pontificiorum transiisset; Capitulum Numburgense confestim declaravit, sedem propterea vacare, prout ex *Jur. Publ. Tom. X p. 207. seqq.* apparet. Quæ res tamen postea gravissimis litibus ansam dedit, de quibus scripta in utramque partem edita extant in *Elect. Jur. publ. T. XV. p. 267. 433. 638. 979. T XVI. p. 85. 438.*

Dispositio de bonis Ecclesiasticis.

§. XVI. Quoad bona Ecclesiastica cavetur, a Protestantibus occupata relinquenda illis esse §. 16. 19. 21. 22. Sed cum postea A. C. addicti vi territorialis potestatis bona Ecclesiastica mediata in alium usum transferrent, Catholici id adversari P. R. clamabant & assentientem habebant *Ferd. II.* qui edictum illud ferale de restituend. bon. Eccles. 1629. promulgabat. Tandem *art. 5.* J. P. conventum est, possessionem bonorum Ecclesiasticorum immediatorum & mediatorum secundum conditionem & statum 1. Jan. 1624. judicari debere.

Jurisdictio Ecclesiastica.

§. XVII. Porro §. 20. Jurisdictio Ecclesiastica Pontificis & Episcoporum &c. intuitu A. C. addictorum, usque ad compositionem controversiarum Religionis suspenditur, salvis reditibus Catholicis, Clericis competentibus, quæ pars confirmatur *art. 5. §. 16. J. P. W.* Qua de re alio loco agendum est. Addita tamen est in §. 20. exceptio: quæ *instrum. P. art. 5.*

§. *16.*

§. *16. seqq.* confirmata, & ad statum anni 1624. remissa.

§. XVIII. In §. 23. cavetur, ne status unius Religionis alium vel ejus subditos alterius Religionis adigat, vel malis artibus inducat ad mutationem Religionis &c. In 24. v. Jus emigrandi conceditur ex locis, ubi religio reformatur, quod §. *29. vers. Conventum est J. P. O.* firmatum, ita ut domini territorii inviti etiam id pati teneantur. *Rhetius 2. 1. 28* Pœnæ vero contra hujus pacis violatores eædem sunt, ac profanæ. De ipsis caussis vero fractæ pacis cognoscit Camera juxta §. 32. R. J. de anno 1555. Sed num etiam Judicium Aulicum? gravis controversia est, *Schweder. P. G. cap. 2. §. 24.* quamvis hodie, postquam §. *fin. art. 5. J. P.* & Evangelici huic Judicio assident, affirmativa facilius admitti possit. *Conf. Blumins cap. 28 Proc. Cam.*

Alia capita religiosæ pacis.

Pœnæ.

§. XIX. De Justitia autem hujus pacis multum sæpe disputatum. Et præsertim *Dillingenses*, *Burchardus*, *Eusebius* cum aliis illam acriter oppugnarunt. Sed satisfecerunt illis multi ex nostratibus, nonnulli etiam ex Catholicis, ut Caram a Lobkowiz vid. *Conring. de Pace Civ. inter Imperii Ordines, & Schilter. de P. R. cap 3. Cranius Suev. D. de Jena ad eundem. Syring. & Schilter. cap. 3.* Scil. uti id falsum est, protestantes extorsisse per vim, & me-

Justitia pacis religiosæ.

Defenditur.

 tum

tum pacem religiosam, quæ utriusque religionis consensu inita dicitur *J. P. O. art.* 5. §. 1. ita, si maxime vis aliqua accessisset, vel accessit etiam & postea, antequam pace Westphal. denuo firmata, ac Catholici metu majoris mali, in hanc pacem consenserunt; non tamen vis illa atque metus pro injuste illatis haberi debent: quandoquidem protestantibus Ordinibus, participantibus a juribus Majestatis, ratione totius Imperii, & territoriali gaudentibus superioritate, per vim & metum denegata sunt ea, quæ jure ipsis & præsertim ex conventionibus superioribus debebantnr. Debebatur vero ipsis, tum ex eo, quod Status essent, tum quod imperium in territoria subalternum competeret, tum ex Recessibus de anno 1524. 1526. ut curam quoque susciperent religionis, ejusque veritatis, tum ratione universi Imperii, præcipue v. ratione subditorum, ut ne invitis obtruderetur necessitas ea damnandi, & deserendi, quorum agnoverunt veritatem, nec causa satis cognita damnarentur, atque dejicerentur a rerum suarum possessione, multo minus proscriberentur, sed potius libertas conscientiarum, juraque integra iis relinquerentur. Quibus positis, non poterat illis objici, quod alias de non admittenda, vel toleranda hetero-

rodo-

rodoxa religione adduci ſolet. Exinde vero patet, Catholicis pacem religioſam, ejusque confirmationem per pacem Weſtphal. non tantum inevitabilem neceſſitatem licitam feciſſe, ſed etiam ipſam naturam rei.

§. XX. Quod vero conſenſus Pontificis deſit, non reddit pacem illam injuſtam vel infirmam. Namque pace religioſa, quoad ſubſtantiam religionis, nihil eſt definitum, ſed omne ulteriori diſquiſitioni relictum, ut adeo Papa, quatenus pro Paſtore Eccleſiæ, & cuſtode divinæ veritatis vult haberi, non habeat, de quo queratur. Omnia enim pacem civilem, & externa religionis tantum concernunt. Circa quæ licet quidem multa ſint præter neceſſitatem, jus & fas ſuperioribus temporibus, etiam per fraudes & vim Pontificum his conceſſa, & quæſita, ac per concordata tributa: optimo tamen jure ſine ejus conſenſu inter diſſidentes religione pax illa externa potuit iniri, etiam cum diſpendio Papæ, & Epiſcoporum, cum pleraque, ut dictum, per dolum quæſita, nec ipſi concordata ſervaverint, nec abuſibus, aut illis rebus, quibus conſcientiis graves fuerunt, voluerint mederi. *Vid Conring. cap. 7. addit. in Bull. Innocent. X. Schilt. cap. 3. de Pace Relig.*

Non obeſt diſſenſus Pontificis.

§. XXI. Ob eandem caufam, quicquid etiam juris habuit Papa cum Epifcopis fuis circa bona Ecclefiaftica, infuper illud haberi potuit, atque de iisdem ftatui, quod neceffitas & falus publica, Ecclefiæ etiam ipfius, eo tempore exigebat: ficque Imperator & Imperium eo jure uti, quod natura fummæ Majeftatis fecum fert, quodve etiam jam antea circa ipfas quoque res, quæ facræ dicuntur, in ufum eft deductum. *Ordinat. Regim. 1500. Tit.* das die Geiftl. *feqq. R. J. de anno 1542. §. 65. Conring. d. l. cap. 8.* Nec opus fuit confenfum Papæ præftolari, quem injufte denegabat. *Rhet. de Secularifat. cap. 3.* Cæterum pacem iftam Tridentino concilio fuiffe fublatam, vel ab Evangelicis non fervatam, commentum eft, nulla refutatione dignum.

CAP. X.
DE
PACIFICATIONE WESTPHALICA.

§. I.

Definitio. PAcificatio Weftphalica eft conventio *tum inter Imperatorem & Status inter fe, tum inter eos, Regesque Galliæ & Sveciæ inita, in Weftphalia anno 1648. qua pax Germaniæ reftituta, negotia religionis, & ad ftatum publicum pertinentia, aliaque definiuntur.*

§. II.

§. II. *Legem* etiam hanc conventionem dici & esse, & quatenus multa ad statum publicum pertinentia definit, fundamentalem, ex superioribus dictis patet, *vid. art. 17. §. 2. J. P. O.* §. *112. J. P. M. R. J. de anno 1654.* §. *6.* ubi dicitur Ein gegebenes fundamental-Gesetze des Heil. Reichs, und immerwährende Richtschnur, und ewige Norma judicandi. Est Lex.

§. III. Scilicet *Pace Religiosa* licet sancita, animi tamen, diversa sacra sectantium, non plane erant sopiti, sed mutuis odiis, suspicionibus, litibusque distrahebantur. Nascebantur inde motus *Truchsessiani 1582.* turbæ circa Electionem Episcopi *Argentinensis* 1592. proscriptio urbis *Donawerdæ* 1607. Accessit postea causa *Juliacensis* successionis anno 1609. circa quod tempus, dum Protestantes metuentes sibi a Catholicorum insidiis & vi, fœdus percussere, quod *Unio* vocabatur, cui Catholici *Ligam* illam suam famosissimam opponebant. Sequebatur bellum *Bohemicum* anno 1618. bellum *Danicum* 1614. & denique fatale Edictum *Ferdinandinum* de anno 1629. ejusque executio. Postquam, se immiscentibus exteris, *Gallo* & *Sveco*, quæ protestantium partibus accedebant, omnia bello repleta sunt, & misere vexata est Germania. Quæ breviter exequitur *Pfann. Hist. P. W. L. 1.* A- Occasio belli.

nimadvertunt vero multi, hoc bello reapse disceptatum fuisse de Monarchia Europæ, quam factio *Hispanica* affectabat; cui contra Gallica omnibus viribus se opponebat. *vid. Canc. Hispan. & Anhalt.*

§. IV. Postquam vero satis diu cum malo hocce Germania conflictata, sæpeque pacis restitutio per varios tractatus frustra quæsita, pax etiam *Pragensis* ab *Imperatore* & *Saxone* 1635. sancita, reliquis displicuit: *Hamburgi* tandem conventum est, cum *Gallo Monasterii*; cum *Suecis* vero *Osnabrugis* in *Westphalia* negotium hoc ab Imperatore & Statibus tractandum esse, quod anno 1644. cœptum, anno 1648. Dei gratia, post multos labores exitum vidit. Quo anno duplex Instrumentum pacis *Cæsareo-Gallicum Monasterii*, & *Cæsareo-Suecicum Osnabrugis die 24. Octobr.* subscriptum est, quæ novo consensu firmata sunt per Recessum Executionis Norimbergensem 1649. roburque acceperunt Recessu Imp. de anno 1654. cui inserta, sequentibusque capitulationibus Imperatoriis.

Ejus Capita. §. V. Utrumque autem Instrumentum variis capitibus constat, quæ nimis longum foret referre. Summam illorum exhibet *Schweder. Part. Gen. cap. 3. §. 27.* Exempla eorum, quæ ad statum publicum spectant, habentur *art. 4. O. art. 5. a 7. 8.*

in

in quo §. *Gaudeant.* apprime notandus, ubi Statuum Imperii coimperium, & jura ſtabiliuntur. Præſertim vero Pax Religioſa firmata ibi eſt, extenſa, & a dubiis, quæ lites dedere, liberata, ut Capit. præc. §. 12. dictum, *Schilter. de P. R. cap. 8.* Multa vero in eo etiam habentur, quæ præſtationes certas, tam exteris, quam membris Imperii, promiſſas perpetuas, & temporaneas continent: qualia in *art. 4. 10. 11.* occurrunt. Sæpe etiam controverſiæ inter Status ſingulos ſimul definiuntur, vel transactiones inter illos initæ confirmantur, qualia ſunt in *art. 15.* Quorum paſſim jam antea facta mentio, & in ſequentibus ſæpius fiet.

§. VI. In art. 16. 17. pars, quæ ſanctio dicitur, continetur, quippe, quæ modum præſcribit exequendi illam, pœnæque fractæ pacis in cives & membra Imperii, ſi eam transgrediantur, ſtatuit, omniaque contraria removet & mutua ſponſione, ſeu garantia pacem firmat. Proteſtatus eſt contra hanc pacem Nuncius Rom. Pontificis, *Fabius Chigius*, & Bulla ſolenni improbavit illam *Innocentius X.* Cauſa eſt duplex, quod Electoratus octavus inſtitutus, & de religione eique annexis, bonis, etiam Eccleſiaſticis ſeculariſandis transactum, paxque religioſa confirmata, & extenſa. Sed a

Sanctio.

Aulæ Rom. inanis conatus.

multis, inania hæc omnia esse, ostensum est, præsertim a *Conringio in Animadvers. ad istam Bullam*, *Hornbeckio*, *Blondello*, *sub nomine A. Flaviani*, *L. de Montesperato*. *Vid. Cap. prac.* §. 18.

CAP. XI.

DE CAPITULATIONE CÆSAREA.

§. I.

Derivatio nominis. CApitulatio a *capitularibus*, vel *capititibus*, aut *capitulis* nomen habet, quod varia capitula continet: quæ vox puriori Latinitati ignota, & sequiori ævo debetur.

Synonyma. §. II. Cæsarea Capitulatio a quibusdam Lex *Palatina*, a quibusdam Lex *Regia* dicitur: in monumentis publicis sæpe vocatur Kanserl. Obligation, Contract, geschworne pacta, articuli &c. Qui *Legem Regiam* dicunt, a multis vapulant; nec negandum, a Lege illa famosa Regia Romanorum hanc nostram differre in eo, quod hac non absoluta, ut ista, sed limitata, & restricta Imperatori potestas concedatur. *Limnaus ad Capitul. Sect. 3. prolegom. Conring. de Capitul. th. II. III. J. Hortleder. de L. Reg. Rom. ap. Gold. P. J. P. XII. c.*

Definitio. 2. Ista capitulatio est *conventio novi Regis Romanorum, cum Electoribus suo & reliquo-*

liquorum Ordinum Imperii Romano-Germanici nomine, de modo & forma regiminis futuri, publicæ salutis causa, inita.

§. III. Quod genus conventionem constituerim, movent me verba omnium capitulationum: daß wir uns demnach Geding, und pact-Weise dieser nachfolgenden Articul vereiniget. *Strauch. Diss. Jur. publ. IV.* §. 27. Quo ipso tamen non inficior, capitulationem istam legem fundamentalem Imperii nostri dici, & esse. Nam licet obligatio, qua *Imperator* intuitu capitulationis stringitur, non fluat ex respectu mutuo superioritatis cujusdam & subjectionis, sed ex libera conventione; atque adeo *Cæsar* Capitulatione per modum Legis, quatenus hæc vox significat decretum superioris, normamque, secundum quam subditi debent actiones dirigere, minime obligetur, cum inferior, aut subjectus paciscentibus cum eo non sit: quamvis etiam nec Status conjunctim considerati eadem ceu lege presse sic dicta, obligentur, cum hoc intuitu proprie loquendo, subditi non sint Imperatoris, sed coimperantes, & intuitu hujus Capitulationis compaciscentes: quia tamen *Legis* vox & pro instituto civitatis, & pro conventione accipitur, utique capitulatio, *Lex fundamentalis* dici potest, cum forma & status totius

Est conventio.

totius imperii ex hac conventione pendeat. *vid. art. XXXVI. Leopold. & XXXV. Joseph.* Quatenus autem Capitulatio Status imperii singulos, Ministros Cæsareos, judicia Imperii, omnesque subditos, in illis, quæ ad eos quadrant, obligat, eatenus etiam Lex proprie sic dicta est, & dicitur. *vid. art. XLVI. Joseph & XLVII. Leopold. Capit. vid. supra C. I. II. Capitul. Caroli VI. art. XXX.*

Origo. §. IV. Germaniæ populi Regibus suis nunquam infinitam & liberam potestatem, sed semper κατὰ νόμον h. e. legitimam concessisse, historiæ testantur, quæ docent, semper quædam capita novos Reges promisisse, licet non adeo multa fuerint. *Rachel. de Capitul. c. II. §. II. Conring. de Capit. th. XIII. Schilt. Inst. J. P. T. I l. I. tit. 15.* Hæc capita cum tempore creverunt; certum tamen est, ante Carolum V. non extare capitulationis exemplum, qualis hodie est. Nempe visum fuit, illum ob potentiam arctius stringere, & explicatius obligare: quod in morem abiit, & ita quidem, ut illa capitula subinde aucta sint.

Form. Capit. §. V. Formulas Capitulationum a *Carolo V.* usque ad *Leopoldum Limnæus & Carpz.* exhibent: ille peculiari tractatu, & *Tom. V. Jur. publ. L. I. cap. XII. pag. 207.* hic in Commentario ad L. Regiam. Uterque

Maxi-

Maximiliani II. mutilam adducit, ſed debemus curæ *Dn. Thülemarii*, quod ex Archivo Palatino integram nunc legat orbis eruditus. *Joſephi* capitulatio, Auguſtiſſimi nunc Imperatoris paſſim proſtat, cujus parallelismum cum Leopoldina edidit Dn. a Lyncker, cum omnibus vero aliis contulit *Dn. Muldenerus* in libro, quem vocat *Capitulationem Harmoniacam.*

§. VI. Quibusnam competat jus proponendi Capitulationem, ac ſuper ejus capitibus paciſcendi cum Electo, nulla lege publica cautum. Quia tamen Electoribus jus eligendi competit, Capitulatio autem eſſentialis pars electionis negotii habetur, Electores, jus illud capitulandi jure meritoque ad ſe pertinere, exiſtimant, Moguntino ex plurium ſuffragiis ſtylum moderante. Uſi ſunt eo jure a tempore Caroli V. nec negavere tamen, ſe & ſuo & reliquorum Ordinum nomine cum Electo paciſci. Diſerte hoc fatentur in recentiorum trium Capitulationum proœmiis, & in Carolina, vbi verba: vor ſich, und ſämtliche Fürſten, und Stände &c. leguntur. *Rachel. de Capitul. cap. V. Limn. T. V. L. I. cap. XII.* Cauſa efficiens

§. VII. Jus hoc Electorum ab ævo Caroli V. nemo Ordinum reliquorum in dubium vocavit: potius omnes tacito conſenſu probarunt. Poſt mortem Rudol- Jus Elect.

phi

phii II. a quibusdam, ut rumor erat, consilia agitata sunt, de impugnando hoc jure; sed nec palam id actum, nec communi suffragio, nec res successu gavisa est. *Vid. Dissert. nostra de Capitulatione* §. IX. Quum vero in Westphalia de restituenda pace Germaniæ agebatur, Evangelici Ordines hanc Electorum (qui maximam partem Catholici,) temperandam esse potestatem arbitrabantur, jus Statuum ambiguum rati, si non certa, & perpetua formula capitulationis contineatur, communi toti9Imperii consilio sancienda, nec temere & non nisi eodem consilio immutanda. Adstipulabantur his Sueci, *vid. Londorp. T. V. Lib. II. cap. 115. Pufendorff de reb. Succ. cap. XIX. §. 3. Pfanner. H. P. W. L. III. cap. 35.* Sed rejecta tunc fuit hæc res in proxima comitia, *art. VIII. §. Habeantur.*

Motus de hac re in Comitiis.

§. VIII. De motibus super hoc negotio in Comitiis MDCLIII. legi potest *Pfanner. in Historia horum Comitiorum L. II.* Grundveste *P. III. cap. 3.* Secessere vero tunc Electores Augustam Vind. suoque jure utentes cum Ferdinando IV. pacti sunt, monitis Ordinum reliquorum admissis, quorum tamen multa neglecta esse, hi questi. Res in illis Comitiis non potuit componi, & ideo ad sequentia rejecta est. *Rec. noviss. §. 192. Pufend. de reb. Brand. L. IV. §. 41.*

§. IX.

§. IX. Eodem modo ſe res habuit in electione Leopoldi anno MDCLVIII. quæ nova Comitia prævertit, qua de re legi poteſt *Puſendorf. d. l.* Grundveſte *P. III. cap. 3.* In ſequentibus Comitiis anno MDCLXIII. agitatum hoc negotium eſt infelici ſucceſſu, qua de re agitur in *Venatorii relat. comitial. & ominoſa rerum ſerie &c. Fritſch. ad Limn. l. cap. 12. & ad Capit. Joſeph. pag. 69.* Superioris vero ævi anno XC. cum Joſephus eligeretur, iterum jure ſuo ſunt uſi Electores, nec contradictum Auguſtæ Vindelicorum eſt, nec proteſtatio facta. Quid vero Ratisbonæ circa hanc rem actum, legi poteſt apud *Dn. Fritſch. in Annot. ad Capit. Joſ. & Dn. Müldener. in præfat. Capit. Harmon. & Append. pag. 109. 110.* (*)

Jus Elector. conſtanti praxi firmatum.

(*) Occaſione proſcriptionis Bavaricæ, ſolo Electorum conſenſu factæ, de hoc negotio denuo in præſentibus Comitiis anno 1709. agi cœpit. *Vid. Elect. Jur. publ.* Tom. II. p. 594. ac primum quidem ſpes maxima felicis eventus oſtendebatur, donec art 29. Capitulationis perpetuæ, qui de Jure Poſtarum diſponit, novas remoras faceret deliberationibus, tandemque mors luctuoſa Joſephi Imperatoris glorioſiſſimi anno 1711. ſequeretur. Quo defuncto, de hac materia rurſus diſputatum, & tandem, ſepoſitis quibusdam capitibus maxime controvetſis, de Projecto quodam Capitulationis perpetuæ, quod in *El. Jur. publ.* Tom. III. p. 861. ſeqq. legi poteſt, conventum, ac præterea ab Electoribus deſiderio Principum hoc datum, ut ad ejus normam nova futuri Imperatoris Capitu-

latio

latio potissimum conficeretur: immo ipse Imperator Carolus VI. in Capitul. art. 30. obligaretur, ut confestim a suscepto Regimine materiam Capitulationis perpetuæ Comitiis denuo proponere, eoque allaborare velit, quo negotium hoc ad finem aliquando perducatur. Vid. Autor der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Regierung in Deutschland in præfat. Imperator igitur Augustissimus, promissi hujus memor anno 1712. universos ordines decreto, quod vocant, *Commissionis*, hortatus est, ut consummationem sæpe dicti negotii sibi curæ haberent. vid. *El. Jur. publ.* T. IV. p. 470. Nondum tamen res terminata est: & quia Electores in articulis quibusdam Capitulationis Carolinæ expectationi Principum non omnino responderunt, hi non modo supplices litteras pro jurium suorum conservatione Imperatori anno 1711. exhibuerunt, quæ *in Spicilegio Observationum ad Capitul. Carol. VI. p. 327.* reperiuntur; sed & contra quosdam Capitulationis istius articulos expresse protestati sunt anno 1716. vid. *El Jur. publ.* T. VIII. p. 773. T. IX. p. 734. T. X. p. 145. Quis ergo tandem exitus hujus negotii futurus sit, dies docebit.

Capit. post pacem Westphalicam sunt legitimæ.

§. X. Cave vero, putes, Capitulationes, quæ pacem Westphal. secutæ, illegitimas esse: ea enim minime id cautum est, ut, si in proximis, aut aliis Comitiis negotium hoc non conficeretur, Electores jure suo, quo hactenus usi sunt, carerent, atque capitulationes, eo modo, quo antea scriptæ, robore suo destituerentur. Quin & Ordinum protestationes non omnimodo impugnant Capitulationes, sed tantum testantur, illos iisdem

dem teneri nolle, qua parte monitis oblatis & legibus fundamentalibus adversantur. *Dn. Rhet. I. 4. 41. Schilter. I. 15. 6.*

§. XI. Utrum autem inposterum formula perpetua & constans expectanda sit? dies docebit. Immo, si tandem de tali formula conveniretur, mutata tamen rerum facies ejus etiam mutationem postulabit. Quamobrem Electores posita etiam tali formula *jus adcapitulandi* sibi, pro re nata, integrum esse volunt; *Vid. Capitul. Caroli VI. art. 30.* in cujus consortium tamen & reliqui Ordines admitti cupiunt. *Vid. Monzamb. cap. V. §. 2.* Capitulat. perpetua.

§. XII. Rex Bohemiæ, cui suffragium in hac electione competit, non omni ex parte concurrit cum reliquis in negotio capitulationis, non tamen, ut multi perperam putant *Rachel. d. l. cap. 4. §. 6. Conring. d. l. §. 22.* ab eodem plane excluditur. Postquam enim de capitibus proponendis Electo inter reliquos conventum est, biduo ante electionem capitulatio revidenda ipsi offertur, & ipse aliquando in Collegium venit. *vid. Act. Elect. Matth. ap. Muldener. pag. 143.* habetur etiam, pro re nata, ipsius monitorum ratio, quod in novissima Electione Josephi factum esse, testatur *Herold. Europ. T. 1. S. 2. m. 1. pag. 223.* Immo, si ipse Electus non est novus Rex Romanorum, cum ipso pariter Rex Bohemiæ quatenus concurrat.

ac reliquis Electoribus paciſcitur. Quod præfatio Capitulationis Joſephi docet, ibi mit denſelben, unſern reſp. Herrn Vater, und Neven. *Müldener. præfat. Capit. Harm. & in Append. pag. 25. 31.* Imperatoris vero ipſius, qua talis, ſi eo vivo Rex Romanorum eligitur, nullæ hic ſunt partes *Limn. T. V. L. 1. c. 12. p. 171.* (*)

(*) Hodie Rex Bohemiæ pari cum reliquis Electoribus jure gaudet, ita ut in omnibus Imperii conventibus tam in ordinariis, quam extraordinariis ſeſſionem & votum habeat; ſicut & viciſſim ad quantum matriculare Electorale ſeſe obligavit. Renovata introductio in Collegium Electorale facta eſt d. 7. Sept 1708. *Vid Diſſert. Dn. de Ludewig de Jure Suffragii Reg. Bohemiæ*, ubi trium Collegiorum Concluſa & alia huc ſpectantia habentur. *Conf. etiam Hertius in Diſſ. de renovat. Roman. Germ. Imperii & Regni Bohem. nexu.*

Eſt pactum cum novo Rege.

§. XIII. Præſcribitur vero capitulatio novo Electo Regi Romanorum, qui capita ejus, ſi conditionem oblatam accipit, ſpondet, atque ſi præſens eſt, ſtatim ipſe ſolenni jurisjurandi formula, lingua manuq; præſtiti, confirmat. Qua cautione ob teneram ætatem Joſephi Electores uſi *art. 47* ejus Capit. docet. Satisfeciſſe autem mortuo *D. Leopoldo* Sacratiſſ. *Joſephum* miſſis ad Electores reverſalibus, excepto tamen Colonienſi, Bavaro, & Hannoverano ob cauſas notiſſimas, ſponſioni ſuæ de ſervanda Capitulatione, notum eſt.

eft. Sibi ipsi vero ut Bohemiæ Regi eas dare non fuit opus.

§. XIV. Capita autem hujus conventionis concernunt formam, & modum regiminis futuri in imperio Romano Germanico. Negari vero nequit, pleraque eo tendere, ut definiant magis, a quibus abstinere debeat Electus, quibusve juribus majestatis non liceat uti, sine Ordinum, saltem Electorum consensu, quam ut explicent, quæ jura Majestatica ei competant, quæve solus exercere possit. Interim, quæ vel hac lege, vel alia fundamentali non ademta, vel limitata reperiuntur, ad arbitrium solius Imperatoris pertinebunt, quæ relicta, vel *reservata* dici solent. Capita illius.

§. XV. Essentialis vero ratio capitulationis consistit in propositione Electorum suo & Constatuum nomine (*vid. Dn. Titius Specim. Jur. publ. L. I. cap. 9. §. 13.*) facta, ac promissione jurata Electi de observandis illis, quæ hac conventione continentur, mutuo utriusque partis super his rebus consensu. Cui accidentalis forma accedit scriptura, & subscriptio novi Regis, sigillique appositio. Josephi Capitulationi Augustus pater majorem in fidem nomen suum adscripsit, sigillumque apponi jussit. Cuilibet vero Electori in- Forma.

ſtrumentum Authenticum hujus ſcripturæ traditur, excepto Bohemiæ Rege.

Finis. §. XVI. Facile vero ex iis intelligimus, in quem finem hæc conventio fiat. Scilicet, quoniam Germaniæ Proceres & Ordines regio quidem Imperio aſſueti, ſed non tamen ita ſibi imperari patiuntur, ut fit ab illis, qui Monarchico imperio abſoluto gaudent, ſed in libertate & conſervatione jurium ſalutem imperii ponunt, utique id agendum eſt, ut poteſtati Imperatoriæ limites ſtatuantur, Ordines non excludantur ab adminiſtratione reipublicæ, ſicque Status præſens, & inde pendens reipublicæ ſalus conſervetur.

Effect. §. XVII. Uti vero cum illis non faciendum, qui augeri dicunt Capitulatione majeſtatem; ita nec illi ferendi, qui aſſerunt, ea omnem Majeſtatem adimi Cæſari. Nam hæc pactio non impedit, quo minus Electo Majeſtas totius Imperii conferatur; licet non quoad omnes partes ſoli, verum in conſortium venientibus Ordinibus, vel omnibus conjunctim ſpectatis, vel Electoribus; qua de re infra.

Obligat. Stat. §. XVIII. Electores nec ſuo, nec Conſtatuum nomine in capitulatione diſerte quid promittunt Electo, ſed dum eligunt, & paciſcuntur cum eo, & ipſi & ſinguli Ordines ſubjiciuntur eidem, ea ratione, quæ cum Legibus fundamentalibus convenit.

venit.

venit. Nata inde obligatio agnoſcitur denuo ſolenni proclamatione electionis, & coronatione. Sequitur jurata promiſſio fidei & ſubjectionis, dum feudorum inveſtitura novatur, & civitates Imperii ſacramentum præſtant. Si vero vivo Imperatore Rex Romanorum eligitur, obligatio illa ex electione, proclamatione, & coronatione orta conditionem continet, ſi vacaturum ſit Imperium, vel ſi abſens ſit, & impediatur Cæſar. *Vid. art. XLV. Cap. Joſeph. Diſſert. noſtra th. 25.*

§. XIX. Ex hoc vero promiſſo & pacto obligatur Imperator vel Rex absque dubio. Ideo ſi obligatio directe cadit in ipſam facultatem, actus capitulationi contrarius effectu juris deſtituitur, & nullitate laborat, non ex vi quadam ſuperiori, ſed ex voluntate promittentis, & ſic ipſo jure. Quo minus de hac re dubitetur, in Capitulationibus generalis clauſula caſſatoria legitur. Vid. Caroli V. Capit. art. XXXIII. Ferdinand. I. XXX. Maximil. II. art. XXXV. (ſcil. quæ a Thülemario edita) Rudolphi XXXV. Matthiæ XXXIX. Ferdinand. II. XXXVIII. III. & IV. XXXIX. Leopoldi XXXVIII. Joſephi XXXVII. Caroli VI. art. XVI. Quibus interdum majoris cautionis ergo ſpeciales ejusmodi clauſulæ adduntur. vid. art. XXXVI. Leopold. XXXV. Joſephi. Quod

Obligat. Imper.

si vero articuli eo tendant, ut moneant Imperatorem, quo recte & ordine ea faciat, quæ ad officium Imperatoris pertinent, vel quorum obligatio cadit duntaxat in exercitium actus, non in ipsam facultatem, *Grot. de J. P. & B. L. 1. cap. 3. §. 16.* atque ex iis quid negligatur & omittatur, nullitatem quidem actus adesse, nequit dici, licet actus injustus debeat vocari. *vid. art. 40. 41. Cap. Matth.* Quæ omnia tamen periculum moræ, & summa necessitas temperant, ita ut tunc consensu Electorum ea, quæ ex suffragio Ordinum geruntur alias, (ægre licet his id ferentibus) vel etiam si res plane moram non patiatur, & periculum magnum immineat, possit Cæsar solus agere, quæ ad salutem publicam necessario pertinere videntur. *vid. art. X. XIII. XXVIII. Capit. Leop. X. XIII. XXVII. Joseph. Capit. Caroli VI. art. VI. & IV. & ibi Auctor* der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Reg. in Deutschland *lit: d. p. 43.*

An Lex Commissoria insit. §. XX. Utrum vero Imperator excidat imperandi jure, si contra capitulationem quid faciat, quæstio est, quæ vix affirmari potest, cum clausula commissoria, nec in Capitulationibus, nec alibi habeatur, nec Legibus publicis hac parte quid definitum. Nam quæ de tali clausula anno superioris seculi LVII. consilia

agita-

agitata sunt, successu caruerunt. *Pufendorff. rerum Brand. L. VII. §. 26.* Sed erit de his dicendi locus, cum infra de depositione Imperatoris agendum. Interim illud certum, capitulationis vim extingui tunc, quando quis desinit Imperator esse. Quod quibus modis contingat, infra videbimus.

CAP: XII.

DE JURE PUBLICO NON-SCRIPTO, SEU OBSERVANTIA IMPERII.

§. I.

Jus publicum non script. Jus Imperii non scriptum alias vocamus, *praxin, usum, vel observantiam Imperii*, Reichs-Herkommen, Herbringen, Gebrauch. *Ordo Regimenti de anno 1500. §. item es soll. add. R. J. de anno 1542. §. 127. R. J. de anno 1542 §. 17. Ord. Crim. Praef. in fin. R. J. d. 1594. §. 11. R. J. de anno 1512. T. 3. §. 14. §. 6. Capit. Joseph.* Quae quidem observantia, consuetudo etiam dici potest, a qua tamen, si sensum exquisitum sequi velimus, differt suo modo etiam ratione Juris publici *Kulpis. de Obs. Imp. §. 4. seqq.*

Eius Existentia. §. II. Dari talem observantiam, nemo dubitabit, qui leges Imperii scriptas legit, quae ad illam saepe provocant, vid. *dd. tt.* & usu rerum non plane est desti-

tutus. Est vero nihil aliud, quam conventio *tacita ab Imperatore & Statibus inita, qua publica Imperii negotia varia, vel modus expediendi determinatur.*

Definitio.

Origo.

§. III. Ortum ergo debet tacito consensui Imperatoris, Statuum vel omnium, vel quorundam, ut Electorum: vel etiam Statuum solorum, seu omnium, seu quorundam, quos illa res tangit; quamvis & hic tacitus consensus Imperatoris, ut in consuetudine, nunquam exclusus videatur. Consensus vero ille ex factis, & actis, diuturnoque usu elicitur. Quot vero actus, quantum tempus, ad eam requiratur, una regula definitum non est, nec commode definiri potest; sed tot, tantumque necessario, exiguntur, ut de consensu tacito certi esse possimus.

Objectum.

§. IV. Objectum sunt res & negotia Imperii expedienda, vel modus expediendi, quæ jure scripto non sunt definita. Exempla in Jure *Saxonico* & *Svevico* passim occurrunt, quorum tamen nonnulla dubiæ fidei, interdum & manifesto falsa, aut inepta. *vid. art. 7.* Weichbild *in A. B 1. I.* Jus Electorum antiquo usui, & observantiæ adscribitur. Huc etiam pertinet id, quod Germanus eligi Imperator debet: de quo infra. Item officia illa Imperii, superioritas territorialis Ordinum, modi expediendi res in Comitiis &c. *Kul-*

pis.

pif. de O. J. cap. 2. Quorum licet nonnulla in scripturam redacta, vel Jure scripto postea confirmata: illa tamen omnimodo retinent naturam Juris non scripti; hæc vero quoad originem ad illud adhuc referenda.

§. V. Cæterum Observantia hæc eandem vim habet, ac Jus publicum expressum, atque adeo Jus antiquius scriptum eadem tolli potest: sæpe etiam illud declarari. *Kulpis. d. l. cap. 3.* Ubi vero dubia, ab allegante probanda est, quod fit per probationem actuum, ex quibus consensus elici potest, testibus, & instrumentis. Neque enim statim pro observantia habendum, quod pro tali venditatur, & quod ab hoc vel isto interdum fieri solet, ut bene monet *Kulpis. d. l. §. 12.* Vis observantiæ.

§. VI. Si de Observantia constet, & interpretatione opus quadam ejus est, pariter ac intuitu Juris scripti primum videndum, quid usus ferat; & si hoc non sufficiat, neque doctrinali interpretatione res confici possit, authentica a nemine, nisi illis, quorum consensu recepta, expectanda est. *Vid.* §. *Gaudeant. art. 8. J. P.* Interpretat.

§. VII. Denique observantiam Imperii antiquam recentiori observantia tolli posse, vel jure etiam novo scripto, nullum dubium est: atque sæpe hoc factum Mutatio.

H 5 esse,

esse, experientia docet: exempla habet *Kulpis. d. l.* §. 35. conf. *Rachelius O. N. cap. 10.*

CAP. XIII.

DE JURIS JUSTINIANEI, CANONICI, ET FEUD. LONGOBARD. USU ET AUCTORITATE, INTUITU PUBLICI JURIS IN IMPERIO R. G.

§. I.

Connexio. OMnibus notum est, in Germaniam nostram peregrina Jura irrepsisse atque usu recepta esse. Videndum ergo est, an & illa rationem publici Jnris apud nos habeant.

Jus Roman. in Germ. recept. §. II. Et quidem primo de Jure *Rom. Justinianeo*, quod superioribus seculis in Germania receptum, varie hac parte disputari solet: quæ referre nimis longum foret. Paucis sententiam meam dicam.

Habet in caus. publ. loc. 1.) quatenus præcepta Jur. divin. continet §. III. Primo nemo dubitabit præcepta illa affirmativa, & negativa *Juris Naturalis*, vel etiam *Divini positivi*, quæ in Jure *Justinianeo* deprehenduntur, omnes, qui in Imperio Romano-Germanico vivunt, *imperantes*, & *parentes* stringere qua tales, & intuitu Status publici quoque, qualia præcepta supra *cap. 1. §. 4. Jus publicum Gentium* diximus. Ita e. c. quæ in *L. 4. C. de emancip. liber.* habetur regula, quod

quod Princeps nemini quæsitum jus aufe-
rat, in Imperio quoque nostrum locum
invenit.

§. IV. Porro quod ad regulas bonæ in- 2.) Re-
terpretationis attinet, quas secundum du- gul. b.
ctum solius rectæ rationis suggerit Jus inter-
Romanum, nemo sanus dubitat, quin & pretat.
illæ interpretationi doctrinali nostri Juris
publici adhiberi debeant: verum iterum
id non fit, quia *Justinianus*, vel alii illius
Juris auctores illas regulas tradiderunt;
sed quia recta ratio eas nos docet.

§. V. Dubitari tamen non sine causa Dubit.
solet de Jure *Romano*, & *Justinianeo* qua de Jur.
tali, quatenus scilicet mere *positivum* est, & R. qua
a placitis *Quiritium*, vel Principum *Ro-* tali.
manorum pendet; vel quatenus saltem ea,
quæ jure Naturali, & Divino positivo
non decisa, sed secundum naturalem ra-
tionem in hanc, vel istam partem dispu-
tari solent, definit. Quod vel *publicum*,
vel *privatum* est, ut omnibus notum.

§. VI. De Juris hujus admissione in *Ger-* Quaten.
mania breviter ita sentio; tacito consen- in Ger-
su Imperatoris & Ordinum illud, & qui- man. il-
dem totum receptum fuisse, illiusque u- lud re-
sum LL. Imperii firmatum: nisi appareat cept.
ob statum *Germaniæ*, illiusque Leges, pe-
regrinum illud Jus recipi non potuisse.
vid. Schilter. Exerc. 1. th. 12. Stryk. Præf. U.
Mod. §. 34. 35. Nam uti nullibi legimus,
Majo-

Majores nostros leges suas veteres abrogare voluisse, vel abrogasse, vel statum publicæ rei Juri *Justinianeo* voluisse conformare, vel conformasse; ita nihil adduci potest, cur partem quandam illorum, quæ statui publico Germaniæ & illius legibus antiquis non contrariantur, excepisse majores existimemus.

Stat. Germ. ex LL. Rom. æstimari non potest.

§. VII. Quia ergo status Reipubl. Rom. sive veteris, sive tempore *Justiniani* plane alius fuit, quam is, qui tempore admissionis fuit *Romani* Juris in *Germania*, & adhuc hodie est: facile intelligimus, Jus illud publicum *Romanum*, quatenus cum forma & statu Imperii universi, vel territoriorum singulorum non convenit, quod maximam partem fit, usum legalem in Imperio nostro habere non posse. Et sic procul dubio mirifice ineptiunt illi, qui potestatem Imperatoris ex Lege Regia Romana, vel Electorum, & Principum jura ex conditione Præfectorum Prætorio, Præsidum Provinciarum &c. æstimare volunt, vel nullam quæstionem Juris publici decidi posse credunt, si non farrago LL. R. simul allegetur.

Possunt tamen ad illum interdum applicari.

§. IIX. Sed quia tamen Jus Justinianeum etiam Jura sacrorum tractat, quæ pro parte Juris publici habet *L. 1. §. 2. ff. de J. & J.* licet interdum hoc in sensu speciali illi opponatur *L. 23. C. de SS. Eccles.* alia-

aliaque, quæ ad exercitium Jurium Majestatis e. c. *Fisci*, *metallorum*, *tributorum*, item *jura Magistratuum inferiorum in municipiis*, & *societatum subalternarum seu collegiorum* spectant, easque continet definitiones, quæ salvo Imperii statu ad negotia publica tum ratione universi, tum ratione singulorum territoriorum, & decisiones controversiarum applicari possunt: nihil vetat, quin, deficiente domestico Jure publico, dicamus Jus publicum *Romanum* & hac parte receptum esse; uti etiam sæpissime ex ejusmodi legibus causæ controversæ decidi solent.

§. IX. Sic nuper quum quæstio oriebatur, an in capitulo Monasterii principalis, quod vacante sede territorium immediatum regebat, duæ sorores sessione & suffragio gaudere possent? ea ex *L. 5. & 6. ff. Quod cujuncunque universitatis causa. L. 7. C. de Decurion.* affirmative fuit decisa. Equidem non opus huc confugere videbatur, cum, si nulla prohibitio doceri possit, & alias id permissum censeatur. Sed quia tamen multis argumentis ex rectæ rationis usu petitis in utramque partem disputabatur, decisionem ex illo jure positivo, quum aliud deficeret, petendam esse, non male existimatum est. **Exemplum.**

§. X. Quid? quod cum status publicus in Principum territoriis multis monarchicum **Aliud.**

chicum imitetur; facile sequitur, ea quæ de Principe in Jure Justinianeo habentur, ad Principes Imperii in relatione ad territoria, & magis sæpe, quam ad ipsum Imperatorem, quod tamen & interdum, quatenus status universi monarchicus est, fieri potest, applicari posse: quod & quotidie fieri solet.

Etiam LL. quæ Jus privat. continent. §. XI. Porro, licet forma & status Imperii nostri, vel ejus territoriorum ex jure *privato* æstimari non possit, tamen in caussis & controversiis Principum inter se ipsos, vel etiam cum subditis adhiberi potest & debet, eo scilicet casu, quando domesticum jus deficit. Nam hoc præferendum esse, nemo dubitabit. Qua parte sæpissime ad Jus Civ. est decurrendum, cum, si inter Principes lis sit, leges & statuta provinciarum illuc non quadrent, nec eos stringant: quamvis de Jure Saxonico, & Alemannico aliud sit dicendum, quippe quod utrumque ad Principes, qui in tractibus illis & vicariatibus degunt, ubi hæc jura in usu, quoque pertinet. *Vid. Schilter. Inst. Jur. publ. l. 2. 17. Id. de simultanea investitura cap. 5.* §. 4. *Stryk. de J. Silef. Sax. cap. 3.* §. 5. *J. F. L. T. cap. 1.* §. 33.

Dubium removetur. §. XII. Neque etiam obest, quod & verum est quidem, Principes singulos inter se pro privatis haberi, atque adeo ejusmodi

modi causas esse privatas, non publicas. Nam sæpe illæ causæ statum publicum utique tangunt, & pro mere privatis haberi nequeunt. Sic exemplum habetur in materia tutelarum; cum tutores illustrium personarum non tantummodo patrimonium administrent, sed etiam provincias regant; imo etiam in Comitiis Imperii suffragium ferant. Quia vero in Jure publico Germaniæ, hac de re, si excipias, quæ *A B. c. 7. §. 4.* habet *de Elector. Tutela*, nihil constitutum; eaque quæ in Speculo Svevico *Tit.* von Pflegern *seqq.* & in Receff. Imp. habentur, quæ tamen utraque maximam partem etiam ex Jure Civ. petita, rem non exhauriunt: ad Jus Civ. privatum confugiendum est. Ex quo tutela matrum illustrium in Germania ortum quoque habet.

§. XIII. Porro, si Principes Imperii cum subditis litigent, vel Magistratus Civitatum Imperialium cum civibus circa exercitium Jurium superioritatis, controversiæ hæ pro mere privatis haberi nequeunt. Nam licet propius non tangant statum universum; pertinent tamen ad statum publicum hujus vel illius territorii. Et tamen in his causis remedia Juris Civilis privati adhibentur, & decisio ex illo sæpissime petenda est, quod latius

us executus est *Hugo de Stat. Reg. Germ. c. 6. §. 11. seqq. D. Stryk. P. U. M. §. 30.*

Conclusio pro usu Legali J. Rom. §. XIV. Ex hisce vero patet, Juris Civilis usum publicum legalem in Germania esse, non quidem, quia illud Jus a *Romanis*, vel *Justiniano* profectum; sed quia a Germanis, Cæsaris & Ordinum consensu receptum. Cæterum qui usum hunc negant, dogmaticum tamen haud difficulter concedunt, ita scil. ut ex Jure *Rom.* Jus nostrum publicum illustrari possit; fatenturque, utile esse, si Juris Civ. *Rom.* peritia instructus sit, qui *Germanicum* Jus publicum tractare cupit.

Jus Canonicum. §. XV. Quoad Jus Canonicum similis fere observatio est. Nam si quæ in illo habentur ex Jure Div. connato, vel revelato, illa & alias ad Jus publicum Gentium pertinent, sive habeantur in illis compilationibus sive non. Et sic ea apud nos quoque inveniunt locum; uti etiam regulæ bonæ interpretationis, quæ ductu rationis rectæ in Jure Can. habentur.

Quatenus proprie tale hic locum inveniat? §. XVI. Rationem autem Juris positivi quatenus habet, distinguenda sunt *decreta Conciliorum*, eorum scilicet, quæ genuina sunt & auctoritate *Imperatorum* munita, a *Pontificum* decretis, vel constitutionibus extra Concilium legitimum editis. Illa sine dubio vim legis habent; hæ vero, si ex vero rem æstimes, minime: cum Pon-

Pontifici jure nulla competat poteſtas legislatoria, minus poteſtas Imperatori & Principibus normam præſcribendi. Poſtquam tamen Pontifices eo pervenerunt, ut Imperatores & Status Imperii, poteſtatem illam Pontificem ſibi tribuere, paterentur, ſubmitterentque ſe illorum decretis, *Vid Conſt. Friderici II. de anno 1236. Rudolphi I. 1287. apud Goldaſt.* Reichs-Satzungen *P. II. p. 19. 20. Lehmann Chron Spir. L. 5. cap. 108. pag. 630* nonnulli etiam pactis ea confirmarent: magna pars Pontificii Juris Jus publicum Germaniæ factum eſt, quod in deciſione controverſiarum, intuitu Catholicorum, maximum locum invenit. Patuit hoc exemplo electionis *Joſephi Clementis* in Archi-Epiſcopum & Electorem Colonienſem, qui, ut notum eſt ex *Capit. 40. X. de Elect.* prælatus fuit *Withelmo* Principi Fürſtenbergio. Aliud Exemplum *ex Capit. 15. X. eod.* juncto *Capit. 23. A. R.* peti poteſt.

§. XVII. Sed tamen hæc ipſa non aliter vera ſunt, quam ſi nullum Jus publicum adſit *Germanicum*, quod Juri Canonico & placitis Pontificum contrarietur; vel ſi non de illis quæſtio, ubi Cæſar & Ordines autoritatem Pontificis haud agnovere. Hinc minime audiendi ſunt, qui ex famoſo *C. Venerabilem X. de Elect. & C. Ad Apoſtolicæ. de Sententia & re judicata in* Temperamentum.

ta in 6. Pontificis partes in electione, & depositione Caes. tuentur: vel ex Conciliorum, & Pontificiis decretis pacem religiosam, & Westphalicam impugnare conantur. *Vid. art. 17. §. 3. J. P. O. art. 1. Capit. Leop. & Jos.*

Quoad Protestantes. §. XVIII. Imo cum Protestantes Pontificis, pacta bona fide non servantis, vimque inferentis conscientiis, potestati se subtraxerint, intuitu eorum, & in eorum territoriis Jus ejus Canonicum, quatenus apud Ordines Catholicos pro publico habetur, non aliter vim habet, quam quatenus ex illorum consensu, intuitu universi, & ex libera voluntate Dominorum cujuslibet territorii retentum fuit: quod in quibusdam factum, praesertim quoad Jura Ecclesiarum, & Collegiorum Canonicorum.

§. XIX. Reliqua, quae privati Juris rationem in Jure Can. habent, eodem modo ad Jus publicum trahi possunt, ac de Jure Rom. supra dictum, quatenus nempe id alias agnitum, vel receptum, & Jure Romano in decisione causarum praefertur, *vid. Jurispr. Feud. c. 1. §. 41.*

Jus Feudale Long. §. XX. Quod ad *Jus Feudale Longobardicum* denique attinet, illud quidem ad regnum *Longobardicum*, & *Italiae* spectat, in quo natum, atque ejus regni Jus circa feuda publicum & privatum continet.

Illi-

Illius particula *in II. Feud. 16. habetur & II. Feud. 56* quam constitutionem ad regnum Italiæ pertinere, *ex Radevico L. 2. c. 5.* discimus.

§. XXI. Regnum vero Germaniæ Jus illud *Longobardicum* per se non stringit, sive scriptum sive non scriptum: quamvis eæ constitutiones, quæ in libello illo continentur, & vel in Germania promulgatæ, vel in Italia, præsentibus tamen proceribus Germaniæ, & consentientibus, ut *II. Feud. 54.* excipiendæ sint, quæ utique ad Germanos & hodie pertinent, quousque non mutatæ sunt. vid. *J. Feud. cap. 1. §. 25.* Interim tamen & illud Jus *Longobardicum* tacito Imperatoris & Ordinum consensu in Germania receptum est, ut est notissimum; atque adeo itidem hic quæstio est: utrum in argumento publici Juris legalem habeat auctoritatem intuitu regni Germanici, de cujus publicis legibus occupati sumus? An in Germ. habeat usum in causis publicis.

§. XXII. Ubi primo iterum quidem animadvertas, majores nostros Jus Feudale eodem modo ac Jus Civile in *Germania* admisisse, in quantum scilicet non repugnat statui & juri pristino ejusdem regni: ergo ex eadem ratione, quæ supra §. 8. *seqq.* adducta, dicendum, publicum Jus *Longobardorum* Feudale e. c. de Feudis regalibus non aliter usum apud nos inveni- Affirmatur.

re in Feudis regalibus *Germaniæ*, quam quatenus cum *Germaniæ* ſtatu convenit, vel domeſticum Jus antiquius, vel recentius Feudale publicum, quale in A.B. circa Electoralia feuda habetur, cum eo non pugnat. Quæ vero in illo Jure feud. *Longobardico* privati Juris habentur, eodem modo, ac ſupra de Jure Civili §. 11. dictum, vim habebunt legalem.

Ordo in deciſione cauſar. §. XXIII. Cum itaque ſic diverſo utamur jure in publicis cauſis, utique ordine quodam opus eſt in deciſione ejusmodi controverſiarum. Primo vero omnium ad Jus Publicum domeſticum reſpiciendum, & quidem ſi generale & ſpeciale adſit, ad hoc prius, quam ad illud. Si Jus publicum nos deſtituat, videndum, an privatum in partes vocari poſſit? domeſticum ſcilicet æque; quod cum domeſtico publico ſemper majorem nexum habet, quam peregrinum quodcunque. Si domeſticum Jus deficit, peregre aſſumpta conſulenda ſunt, pro diverſitate cauſarum vel feudale, vel allodiale, canonicum, vel civile. Qua ratione etiam interpretatio ſuſcipienda, apprimeque obſervandum, domeſticum jus publicum ex domeſticis principiis explicandum eſſe, juxta regulas hermeneuticas alias notas, & uſitatas: authenticam autem interpretationem non niſi ab illis, qui po-

teſta-

teſtatem habent jus condendi publicum conſenſu tacito, vel expreſſo, petendam eſſe §. *Gaudeant. art. 8. J.P.O.* Latius hæc exequi non licet; lucem tamen accipient ex illis, quæ dicta *cap. 1. Jurispr. Feud. noſtræ* §. *40. ſeqq.*

CAP. XIV.

DE

UNITATE IMPERII ROMANO-GERMANICI.

§. I.

Romanum Imperium, Regnum Germaniæ, & Italiæ perpetuo fœdere coiviſſe, non tamen in unam Rempubl. coaluiſſe, ſupra monui ex *Conringii* ſententia *cap. 11. §. 35.* quam ſpecioſis rationibus oppugnat *Kulpiſ. de Unit. Reip. in S. R. I cap. 2.* Nolo jam operam impendere in utriusque ſententiæ argumentis examinandis. Sed tamen illud diſcutiendum eſt: utrum Regnum hodiernum Germaniæ, quod hodie Imperium Romano-Germanicum, vel Römiſche Reich Teutſcher Nation dicitur, pro una Republica habendum ſit? An regnum Germ. una ſit Respubl.

§. II. Hac diſceptatione opus, poſtquam perſonatus ille *Severinus de Monzambano*, Imperium noſtrum non Rempubl. unam, ſed *Syſtema eſſe civitatum*, inæquali fœdere connexum, libello illo Occaſio quæſt.

 ſuo

suo notissimo, affirmavit: quem postea varii sunt secuti, quorum nomina legi possunt apud *Kulpis. de Unit. Reip. in S. R. I. cap. 3. & Itter. de Feud. Imp. cap. 19 th. 7. seqq.* Nam ante *Monzambanum* non legisse memini, qui unitatem Reipublicæ nostræ negaverit, si illa excipias, quæ ex peregrino scriptore *Tholosan. de Republ.* adducit *Kulp. d Diss. cap. 3. §. 1.*

Dari Systemata Civit. §. III. Equidem non nego, plures populos coalescere posse, non tantum per unionem civitatis, sed & per modum fœderis arcti, ita tamen ut nulla fiat *σύγχυσις πολιτείας*. Et extitere olim ejusmodi systemata, & hodie dantur: ut *Amphictyonum de quo* vid. *Emmius in Græcia veteri T. 3.* & *Helvetiorum* ac *Belgii* fœderati, *Huber. de J. Civ. L. I. Sect. 3. cap. 3.* Germ. non est Syst. Civit. *§. 14. & 16. Simler. de Rep. Helvet.* Utrum vero & Germania nostra tale quid sit? alia quæstio est, quam negandam existimo.

Sed una Resp. §. IV. Namque primo Germaniæ varios populos in unum cœtum, juris fruendi causa, sociatum, ac suo ordine in imperando & parendo gaudentem, coaluisse (qualem cœtum Rempublicam dicimus) regnumque inde primum Francicum, postea Germanicum exinde natum ex dictis cap. II. patet, nemoque negat.

Proba- Etsi vero illud Germaniæ regnum varias muta-

mutationes passum, variis etiam internis dissidiis ejus vinculum turbatum, & laxatum fuit: unquam tamen id plane dissolutum, atque partes illius in Respublicas speciales, & independentes commutatas esse, & illas novas Respublicas iterum per modum fœderis sociatas, nullibi legitur. Atque adeo, qui hæc, quæ in facto posita sunt, affirmat, liquido etiam ea probare debet. Quod hucusque factum esse non puto. *vid. Hugo de Stat. Reg. Germ. II. 14. 15.* tur I. ex ejus Orig.

§. V. Quod si etiam ex legibus publicis & fundamentalibus, &, qui his innititur, stylo curiali, judicium ferendum est, quod utique fieri debet *Bœckler. not. Imp. L. 22. cap. 2.* non aliter fieri potest, quam ut corpus illud unam Remp. esse existimemus. Loquuntur enim semper de hoc cœtu tanquam de una Republica. Quorsum omnia illa loca spectant, quæ Imperium das Reich exprimunt, tanquam unum corpus sistunt, & capitis & membrorum faciunt mentionem: quæ congessere *Limn. l. 7. 51. Schütz. Vol. I. Disp. 2. §. 2. vid. R. J. de anno 1512. pr.* II. Ex legibus publ.

§. VI. Imo non credo, ullum Statum Imperii unquam aperte (nam quid unus vel alter potentior in mente, vel votis habeat, huc non spectat) negasse unitatem Reipublicæ. Quin & Status subin- III. Ex Statuum confessione

de falsi sunt, se cives esse unius civitatis, qualia exempla habet *Kulpis. dict. diss. cap. 2. §. 10.* nec consultum visum est illis, negare illam unitatem, & seorsim habitare, ob causas, quæ legi possunt apud *Hug. d. l. §. 14*

IV. Ex Statuum subjectione

§. VII. Ex dictis vero legibus publicis luculenter apparet, etiam singula territoria, quæ speciem singularum Rerum publicarum præ se ferunt, illosque, qui illis præsunt, *subditos*, vel si mollius loqui ames, *subjectos* esse Imperatoris, & Imperii. *Vid. Const. pac. publ. 1521. Wormat. pr. introitus Ref. polit. de anno 1530. 1548. 1577. ibi:* und sonst allen andern unsern und des Reichs Unterthenen. Quam subjectionem amplius tum electio in caput, tum homagia testantur, quibus singuli Status obnoxios se reddunt; item admissio reservatorum in territoriis Ordinum, formulæ sanctionum in Recessibus Imperii, jurisdictio suprema, & provocatio, concessio privilegiorum, executio sententiarum, vindicatio criminis læsæ Maiestatis, declaratio in bannum &c. Atque ideo non dubitavit Legatus *Brandenburgicus*, Regem *Sueciæ* ratione Provinciarum Germanicarum aliquoties dicere subditum Imperii in actis *Pac. Nov. T. II. pag. 330.* Hoc posito, territoria ista cum illorum Rectoribus, quanta quanta alias gaudeant

ant poteſtate ſeu ſuperioritate, pro liberis Rebus-publicis, aut principibus independentibus haberi nequeunt; nec nexus, qui tum inter Cæſarem & ipſos, tum inter ſe ipſos intercedit, pro ſimplici fœdere habendus erit, quod unitatem Reipubl. ſecum non ferat.

§. VIII. Accedit porro nexus feudalis, quo pleraque territoria Statuum & illorum ſuperioritas afficiuntur. Quod ſi enim ponamus, ut omnino fieri debet, dominium directum illorum feudorum eſſe Imperatoris, & Imperii *R. J. 1541. §. Nachdem 6. Itter. de Feud. Imp. cap. 19. §. 1.* Feuda iſta non poſſunt eſſe ſeparatæ, & perfectæ civitates: non poſſunt enim dependentiam negare ab Imperatore & Imperio poſſeſſores, ſaltim intuitu iſtorum feudorum *Jur. prud. Feud. cap. 8. §. 13.* Et licet alias talis nexus & fidelitatis præſtatio non ſtatim inferat ſubjectionem perſonæ, extra intuitum rei: *Jur. prud. Feud. Long. Feud. cap. 13. §. 3.* in hiſce tamen vaſallis, & hanc ſeſe exerere antea dictum *d. l. & cap. 8. §. 5. ſeqq.* A nexu feud.

§. IX. Denique & unitatem illam communio onerum, & communis expeditio negotiorum publicorum ad omnium & ſingulorum ſalutem, indicant ſatis, & probant, uno ſpiritu corpus hocce regi, hoc eſt, unam ineſſe illi Majeſtatem, ſeu ſum- Ab aliis

mam poteſtatem. *Lyncker. ad Bœckl. cap. 2. de forma S. R. J. p. 31. ſeqq. Titius Spec. Jur. publ. L. 5. cap. 1.* Ex hiſce vero facile confutari poſſunt, quæ objici ſolent. Plura ſuggerunt *Hugo*, & *Kulpiſ. d. l.*

CAP. XV.
DE
FORMA IMPERII ROMANO-GERMANICI.

§. I.

Connexio. POſita nunc unitate Reipubl. noſtræ, *Imperii* ſcil. *Romano-Germanici*, & quod uno ſpiritu, hoc eſt, una Majeſtate, ſeu ſumma poteſtate regatur, diſpiciendum nunc porro eſt, in quonam *ſubjecto proprio* hæreat illa Majeſtas communis illius ſubjecti & vaſti corporis: ſeu, quod eodem recidit, quænam *forma*, qui ſtatus ſit hujus reipublicæ?

Quæſtio de forma Imper. §. II. Primo ſupponendum eſt, Majeſtatem, ſeu *ſupremam illam, & liberam regendi civilem poteſtatem ad finem propoſitum*, totum eſſe poteſtativum, varias partes continens, quæ *jura Majeſtatis*, ſeu *Regalia* dicuntur. Quod ſi omnes illas partes, ſicque totum illud penes unum ſit, Reſpublica *Monarchia*, ſi penes Optimates, *Ariſtocratia*, ſi vero penes totum populum, *Democratia* dicitur. Atque hæ ſimplices Reſpublicæ vocari ſolent.

§. III.

§. III. An vero Majestas illa dividi, vel jura ejus inter diversa subjecta ita distribui possint, ut unum subjectum e. c. Princeps partem habeat, partem Optimates, partem populus: vel partem Princeps solus, partem aliam Optimates cum eo simul, vel soli &c. sicque mixtura rerum publicarum fieri? disputari solet. Affirmandum id ego reor, quia natura rei non repugnat, nec exempla desunt ejusmodi divisionis Jurium Majestatis. *Schwed. P. Gen. cap. 4. §. 5. Schilt. IV. tit. 12. & ult.* Fateor tamen, in hac materia modum administrandi Rempubl. cum forma non esse confundendum, & sic ubi modus administrandi, & gubernandi Monarchicus est, non statim Monarchiam adesse, abstinendumq; esse ab illis tricis, quibus involvit hanc doctrinam *Lampad. P. 1 §. 20,* An possit dividi?

§. IV. Qualis vero forma reipubl. nostræ sit, simplex, an mixta? & quænam ex simplicibus in eam cadat? acriter disputatum est, magis tamen in scholis, quam in aulis, & publicis congressibus. Occasionem docet *Schilt. d. l. §. 6.* Neque etiam lege publica hæc quæstio ullibi est diserte definita. Quoniam tamen ex legibus publicis, scriptis & non scriptis, observare licet, in quæ subjecta ultima analysis negotiorum publicorum fiat, atque quibus ita tanquam subjectis propriis inhæ- Unde cognosci possit forma Imperii.

inhæreant Majeſtatis jura: ideo hoc cognito, judicare etiam licebit ſecundum principia civilis doctrinæ, quid circa quæſtionem de forma præſenti ſit ſtatuendum? Uti vero hæc liquido apparebunt, poſtquam omnia jura Majeſtatis per partes & ſubjecta examinavimus: non erit tamen inconveniens, ſummam illorum hic tradere, ut ſtatim intelligamus, quorſum dicenda collineent.

Forma eſt mixta. §. V. Scilicet videbimus, ultimam analyſin negotiorum publicorum non fieri in ſolum Cæſarem, nec in ſolos Status, & ſic jura Majeſtatica non reſidere apud Imperatorem ſolum, nec apud ſolos Ordines; ſed eſſe inter hos conſortium imperandi, & quidem hac ratione, ut quædam jura Majeſtatis quidem ſoli Cæſari competant, quæ *Reſervata*, vel *Relicta*, dicuntur; quædam Imperatori, & Statibus omnibus indiviſim, ac conjunctim conſideratis ſimul; quædam vero Imperatori, & Collegio Electorali. Quo poſito, conſequens eſt, non eſſe rempubl. hanc ſimplicem, ſed mixtam ex Monarchia ſcilicet & Ariſtocratia.

Quænam forma præponderet? §. VI. Quia vero Status ſoli in univerſo Imperio, & ſumma totius Reip. nihil Majeſtatice agunt; Imperator vero in quibusdam, reſervatis ſcilicet ſibi, omnino id facit: imo etiam in illis, ubi Ordines,

nes, vel omnes, vel Electores concurrunt, ratione eminenti agit, & unus omnibus Statibus conjunctim etiam sumtis, item Collegio Electorali contradistinguitur, consequens est Monarchiam quadantenus prævalere. Ut taceam modum administrandi & expediendi Monarchicum, qui in illis etiam, quæ communi consensu aguntur, est receptus.

§. VII. Atque hæc omnia quam maxime conveniunt cum fine peculiari, quem ab omni tempore Germaniæ populi habuere. Fuit ille *libertas*, quæ tanti ipsis visa, ut nunquam imperantibus, quibus non potuere carere, illimitatam potestatem concederent, sed sibi quoque, vel primoribus partem publicarum curarum servarent, sicque proportionatam quandam constituerent æqualitatem, ut ne ab imperantibus populus, & præsertim ex illo primores, ac nobiliores familiæ opprimerentur; neve etiam istis deesset auctoritas, & facultas coërcendi malos, & qui publicam salutem impediunt. Facit illius rei fidem Capitulatio illa, vel fundamentalis lex, quæ sub initio regni Germanici inter *Ludovicum* Germanicum, & Ordines regni inita, & condita fuit. Exhibet illam *Schilt. T. II. Jur. Publ. L. 2. Tit. 6. pag. 52. vid. supra Cap. II.* §. 27. Atque huc etiam collineant omnes reliquæ leges

Confirm. dicta a fine reipubl. hujus.

ges

ges fundamentales & noviſſime *J. W. P. Vid. Cap XI. §. 16. ſupr.*

Non ad factum, ſed jus hic reſpiciend. §. VIII. In hiſce vero omnibus recte æſtimandis utique ad leges publicas, ut dixi, & id, quod ſecundum illas fieri debet, reſpiciendum eſt, non ad id, quod fieri ſolet. Namque interdum Cæſares potentia pollentes plus ſibi arrogare auſi ſunt, quam par fuit. Quales de Carolo V. habebantur querimoniæ, quaſi Monarchiam ſcilicet abſolutam, imo dominatum introducere voluerit. Quorſum pertinent *Mauritii El. Sax.* gravamina apud *Hortleder. T. II. Lib. 5. cap. 4. num. 2.* Sæpe etiam Ordines, vel propria, vel exterorum potentia innixi, non tribuerunt Cæſari ea, quæ ſunt Cæſaris. Ex quibus vero de ſtatu & forma judicare haud licet. *conf. Herold. Europ. T. I. p. 794.*

Refutantur qui Monarch. aſſerunt §. IX. Non faciendum ergo cum *Reinkingio* & aſſeclis, qui, quod fini plane contrariatur, ſtatum purum Monarchicum fingunt, quorum ſententia nec in aula Cæſarea applauſum meruit, ubi non ignoratur, apud Ordines eam invidioſam eſſe. Refutavit illam ſatis *Bœcklerus Inſtit. Polit L. 3. cap. 8.* Qui limitatam Monarchiam ſtatuunt, ad primordia Regni Germanici reſpiciunt, atque & hodie facilius ferri poſſunt; ſed nec tamen omnimode. Nam & in limitata Monarchia

Jura

Jura Majestatis penes unum sunt. Quod certe de Imperatore dici nequit, cum in multis iisque gravissimis rebus ultima analysis in Status simul cadat; atque adeo hi participent a juribus Majestatis, & simul subjectum illorum jurium constituant, ac influant tanquam causæ sociæ in negotia ad Rempubl. pertinentia. *vid. supra c.6.§ 7.*

§. X. Pariter reprobandi sunt, qui cum *Bodino*, & *Hippolyto a Lapide* Aristocratiam tuentur, & Imperatori Magistratus saltim nomen, & modum administrandi Monarchicum in omnibus relinquunt; reapse vero infra Ordines collocant, quos confutat post alios *Kulpis. ad Menz. cap. 6. §. 4 & 5.* Neque enim istorum sententiam defendit *Moguntinus*, dum in electione Caroli V. *Aristocratiam retinendam esse* censuit, *apud Sabin. in elect. Caroli V. quem exhibet Goldast. P. I. Polit. Imp cap. 7. pag. 128. Sleid. Lib. 3. Hist.* Id enim, si quidem iisdem terminis, quos *Sabinus* expressit, usus, tantum ibi voluit, operam dandam esse, ne id, quod ex Aristocratia habet Imperium, a Monarchico absorbeatur statu, sed pristina mixtura retineatur. It. illi, qui Ariftocrat. fing.

§. XI. Hæc ita se habent intuitu vasti illius corporis, seu Reipubl. universalis Imperii nostri. In hac vero magna civi- Dantur in Imper. Respubl.

tate

subalternæ. tate cum dentur societates civiles subalternæ, territoria quæ dicuntur, & in se consideratæ, separatæ respublicæ videntur; revera tamen non sunt, dum summa potestate carent, & sic saltim speciem talem præ se ferunt: videndum etiam, quanam forma illæ gaudeant, vel quibusnam subjectis inhæreat potestas, qua illæ reguntur, quæ ut dixi, non summa est, sed dependens, tum quoad modum habendi, tum quoad rem ipsam, a summa illa potestate, quæ universam rempublicam moderatur.

Quænam illarum forma? §. XII. Potestas illa, quæ territoria regit, territorialis superioritas vocatur, de cujus natura suo loco agendum erit. Illa vero ipsa pro diversitate territoriorum in diversis subjectis residet, adinstar *Monarchiarum*, *Aristocratiarum*, & *Democratiarum*, imo & interdum rerumpubl. mixtarum. Scilicet Electores, Principes seculares, Comites & Barones instar Monarcharum territoria regunt, quamvis potestas interdum eorum per pacta cum subditis limitibus certis includatur. Forte nec exempla etiam desunt, ubi si jura ordinum provincialium justa lance æstimantur, in consortium regiminis assumpti dici possunt, & mixtura aliqua ex Monarchia & Aristocratia locum inveniat; qualis mixtura & in ter-

in territoriis Ordinum Principum Ecclesiasticorum ob magnam autoritatem Capitulorum esse videtur. Urbium Imperialium nonnullæ Aristocratico, nonnullæ Democratico utuntur regimine, ita tamen ut interdum mixtura formarum, vel temperamentum ratione modi administrandi reperiatur. Plura hac de re legi possunt in eruditissimo scripto *Ludolph. Hugonis de Stat. region. Germ. Dn. Kulpis. ad Monzamb. d. l. Obrecht. diss. de Unit. Imp.*

CAP. XVI.

DE DIVISIONE IMPERII ROMANO-GERMANICI.

§. I.

Imperii vox hic supponitur vel *formaliter*, vel *materialiter*. *Illo* sensu significat *Ordinem personarum imperantium & parentium; hoc* vero *complexum plurium regnorum, provinciarum, urbium*, & *aliarum societatum*. Divis. Imper.

§. II. Quoad ordinem personarum summa divisio est in *Imperantes*, & *parentes*. Illi sunt, vel *independentes*, vel *dependentes*; hi vel *parentes immediate*, vel *mediate*. *Imperans independens* est *Imperator*, qui *summa*, licet non *plena Majestate* pollet, & tum respectu Statuum conjun- Divis. summa quoad personas.

 ctim

ctim sumtorum, tum intuitu Collegii Electoralis, tum respectu Ordinum singulorum, & omnium aliorum membrorum, ac subditorum Imperii *mediatorum & immediatorum*, *caput* est, & dicitur; interdum etiam supremum vocatur. *R. J. 1566. §. 6. 1570. §.* Nach erledigten. *Limn. I 7. 51. vid. H. E. T. I. pag. 703.*

Ord. coll. sumti. Collegium Elect. §. III. Sunt tamen etiam *Imperantes independentes Ordines Imperii* collective sumti, item etiam *Collegium Electorale*, quatenus participat a juribus Majestatis, atque eorum est subjectum proprium: quo intuitu cum coimperent una cum Imperatore, parentes sine implicatione dici nequeunt.

§. IV. Hos Imperantes, Cæsarem nempe & Status collective sumtos, si conjunctim consideremus, & pro una persona morali habeamus, cui tanquam subjecto proprio tota Majestas inhæreat Imperii, *Caput* h. e. id, quod summum in Republ. hac est, constituunt, atque sæpe stylo curiali, das Reich dicuntur, seu Imperium. Si vero disjungas, atque seorsim Imperatorem, seorsim vero Ordines collective sumptos spectes, quod toties fieri puto, quoties in Legibus Imperii, vel actis publicis *Cæsar Imperio*, dem Reiche, opponitur, e. c. *art. 10. §. 6. 7. 9. 15. J. P. O. Schilt. l. 14. 16.* Imperator solus caput dicitur,

citur, ob caussas, quas dixi *cap. prac.* §. 5. Status vero corpus reliquum ex variis membris constans, subjecti illius, cui inest Majestas summa, constituunt. *vid. R. J. de anno 1512. pr. in f. H. E. d. l. & p. 704.*

§. V. *Dependentes* Imperantes sunt *Status singuli*, quatenus quilibet territorio suo imperat, item *Communitates*, & *Nobiles immediati*, qui & ipsi in subditos quoddam imperium exercent. Imo in istorum territoriis *subordinati* quoque *imperantes* varii sunt, qui & ipsi variis gradibus discernuntur. Imper. dependentes.

§. VI. *Parentium* variæ sunt classes in nostro Imperio. *Prima* est, quæ respicit *summam Majestatem Imperatoris*, & *Imperii*, atque continet eos, qui vel *immediate* sunt subjecti, vel *mediate*. *Illi* sunt, tum *Status singuli*, qui & ipsi tamen varie inter se distinguuntur, ut suo loco videbimus, *Limn. 1. 7. 47 56.* tum alia *membra immediata*, quæ tamen non sunt Status; *hi* vero omnes alii subditi Imperii mediati sunt, quorum varii gradus. *Altera* classis refertur ad *territorialem superioritatem*, & vel ad *sublimem*, vel *subordinatam*: atque ad illam pertinent, tum *Status Provinciales*, & *subditi immediati*, tum horum subditi, qui *mediate* territorialem agnoscunt, & reverentur potestatem. *Tertia* respicit Jurisdictio- Parentes.

 nem

nem *Nobilium Imperii*, vel *aliorum Membrorum Immediatorum*, atque horum subditos continet. *Ultima* classis spectat ad *jurisdictionem Magistratuum*, qui in territoriis illorum, qui superioritate quadam territoriali gaudent, reperiuntur, quorum subditi tamen etiam interdum suis gradibus discernuntur, *vid. J. F. L. 7. c. 13. §. 4.*

Divis. quoad Res. §. VII. Circa *suppositionem materialem* variæ etiam dantur divisiones. Ubi quidem hic eas prætereo, quæ ad *Geographiam* pertinent, quæ aliunde peti debent. Saltim paucis mentio fiat illarum, quæ ad usum politicum magis spectant. In *jure Alemannico cap. 144. & Lib. 3. cap. 53. juris* Sax. habetur divisio in die vier Lande, quibus præficiuntur ibidem quatuor Comites Palatini. De qua videatur *Limn. VI. 5. 127* quæ tamen hodie usum non habet. Nata tamen est inde divisio in duos illos *Vicariatus*, quorum unus in partibus *Rheni* & *Sueviæ*, & *in jure Franconico* est, alter in illis locis consistit, ubi jura *Saxonica* servantur, juxta *A. B. cap. 5. §. 1. 2. ubi Limn.* quæ adhuc hodie usu pollet.

Divis. in Circulos. §. VIII. Porro quam maximopere observanda est divisio in Circulos primum sex, deinde decem. *R. J. 1512. §. 11. 1544. §. 13.* item distinctiones territoriorum, quæ

quæ pro Statuum qualitate varie etiam dividuntur, atque ipsa etiam variis divisionibus obnoxia sunt, *Schilt. Lib. 2. Tit. 1.* §. *5. 6. 7. 8.* de quibus omnibus suo loco, pro instituti ratione, agendum est.

§. IX. Illud vero hic saltem adhuc notandum, divisionem illam in quaterniones, quam exhibet *ex Goldast. Limn. l. 7. 38.* nulla ratione inniti, sed figmentum esse, aut lusum saltem ingenii, ut plurimis jam observatum est. In Quaterniones.

CAP. XVII.

DE IMPERATORE EJUSQVE TITULIS ET INSIGNIBUS.

§. I.

PRima ergo cura nunc est, ut de capite, sive Imperante primario jam simus solliciti, & quidem tum de eo, qui talis est *jure ordinario* & *actu*, *Imperatore* sc. tum eo, qui *extraordinarie* electus, & certo modo imperans est. Rege scil. Romanorum, in specie sic dicto; tum etiam de iis, qui *Vicario* jure Imperio præsunt. Connexio.

§. II. Imperator est *persona, quæ ab Electoribus suo, & reliquorum Statuum nomine legitime electa, Imperio Romano-Germanico tanquam caput præest, ac secundum capitulationem imperat.* Carolus M. in Defin. imper.

Capitularibus se dixit *Rectorem Romani Imperii*, quo titulo brevis definitio Imperatoris comprehensa est.

Nom. imper. §. III. *Imperatoris* vox Magistratus militaris nomen apud Romanos fuit: & postea illis speciatim datum, qui parta victoria hostibus devictis pariter, ac exercitui suo imperabant. *Julius Cæsar* Imperator ex Galliis reversus, summam ad se potestatem rapiens, nolens exosi titulo *Regis* uti, illud retinuit. *Sueton. cap. 76.* atque in omnes successores transmisit. Quando *Carolus M.* axioma hoc assumpserit, quave ratione in Reges Germaniæ translatum, ex dictis supra patet. *c. 11.*

Cæsar. Nom. §. IV. *Cæsaris* nomen *Imperio Rom.* itidem debetur, quod *Julio* cognomen fuit, atque a successoribus postea usurpatum *Nov. 30. pr.* licet speciatim illi *Cæsares* interdum dicerentur, qui successores, vivis *Augustis*, designati. *Tac. Hist IV 40. Spart. in Ælio Ver. L. 7. C. de Malef. Carolum M. Ludov. Pium*, & *Lotharium* Cæsares se appellasse, ex *Capitul. Franc.* probat *Schilt. J. P. I. 14 5.* Reperitur etiam in epistolis *P. de Vin. L. 3. Ep. 18. Fridericum II.* id sibi tribuisse, vid. *Goldast. T. III. Const. pag. 194. & pag. 410.* ubi *Ludovici IV.* diploma cum eodem titulo habetur. Vocem hanc Græci, & Germani suam fecere. Quando

do vero Germania vocabulo Käyser uti cœpit, incertum est.

§. V. *Augusti* nomen *ab auctu* sacrorum voce, vel *augurio* derivatum, Senatum Rom. *Octavio* quasi felici augurio dato, sancto, & venerabili dedisse, ex *Sueton. cap. 7.* novimus. Quod in successores derivatum. *Justinianus semper Augustum* se dixit *procem. Instit.* quod & alios ante ipsum fecisse docet *Schilter. d. l. §. 5. Carolo M.* nomen *Augusti* acclamatum usurpatumque fuisse, notum. *Fridericus I.* tamen *semper Augusti* titulum ad imitationem Justiniani & suggestionem forte JCtorum suscepit: quem sequentes ita retinuerunt. *Boeckler. L. 4. cap. 1. Limn. II. 1. 30.* Hunc majores nostri sua lingua expressuri, verbis, allezeit Mehrer des Reichs, uti cœperunt; & stylus Curiæ illa adhuc servat. Scil. maluere a nativa significatione vocabuli *augendi*, quam superstitioso *augurio*, vel *auctu* axioma hoc derivari. In tractatibus Westphalicis Legati Gallici negabant, Reges suos dixisse Imperatores *semper Augustos*; sed postquam exemplis vincebantur, cessere hacce parte, atque in ipsis tabulis pacis Cæsareo-Gallicæ titulus hic Imperatori datus est. *vid. Hist. Pac. Westphal. L. V. cap. 96. Fritsch. procem. ad J. P. Al.*

Augusti titulus.

Regis. §. VI. Porro titulo *Regis* uti etiam solent nostri Imperatores, de quo in genere *vid. Beckm. Not. Dign.* Romanis, ejectis Regibus, nomen hoc adeo exosum fuit, ut nullus Princeps R. unquam illud assumpserit. *Carolus M.* in Capitularibus se dicit *Imperatorem Cæsarem Carolum, Regem Francorum invictissimum, & Romani Rectorem Imperii.* Sed postquam ad *Germaniæ* Reges Imperatoris axioma delatum, id adeo magnificum visum, ut *Germaniæ* & *Italiæ* Regum titulos eo obscurari, & sic omittendos esse existimaverint: donec tempore *Heinrici VI.* tituli *Reg. Siciliæ*, & *Hierosolymarum* adjecti: quod alii, ut *Carolus IV. &c.* imitati. *Maximiliani I.* autem titulum *Regis Germaniæ* graves ob causas addidit, ut scil. ostenderet, Regem se esse, si maxime careret axiomate Romani Imperatoris. Interim scriptores Germani & Itali passim *Imperatores*, seculis mediis *Reges* simpliciter vocare solent, quod ex *Wittikindo* aliisque, item *usibus feudorum Longobardicis, Speculo Saxonico, & Suevico* discitur. Accessere titulis Imperatorum inferiora axiomata, ut Archi-Ducis, Ducis, imo, & Comitum &c. De titulis, integro, medio, & breviori, quibus stylus Curiæ in Cancellariis Cæsareis utitur,

tur, vid. *Mulzius Repræs. Majest. Imp. P. 2. cap. 25. num. 80. seqq.*

§. VII. *In Ep. 29. L. 1. P. de Vin.* a *Friderico II. Conradus* filius ejus electus *Rex Romanorum* dicitur, cum antea, & vivis Imperatoribus *electi Imperatores* vocarentur: quod testantur literæ a Pontifice ad *Heinricum VI.* missæ anno 1187. *apud D. Leibn. Prod. C. J. G. num 5.* & adhuc hodie vivo Imperatore electi successores, *Romani Reges* audiunt. De quibus infra agendum. A. B. vero, quæ de tali Romanorum Rege, diserte saltem, non agit, sed de illo, qui sede vacante constituitur; *Regis, & Imperatoris* nomen modo jungit, *cap. IV. §. 1. 5. cap. XXII.* modo tantum Imperatorem *c. XXVI.* §. *1.* modo tantum Regem nominat *d. cap. IV. §. 4. cap. V. §. 1.* interdum etiam distinguit illa duo, & facit mentionem *Regis R. in Imperatorem promovendi cap. 1. §. 2. vel Regis R. futuri Cæsaris cap. II. §. 1.* Sed hic *Rex Romanorum* nomine tantum ab Imperatore differt. Abstinuere tamen aliquando *electi* titulo Imperatoris, vel Cæsaris ante coronationem Romanam, uti id *ex R. J. de anno 1442. pr.* & diplomatibus *Friderici II.* post coronationem istam editis, quæ historiæ *Æneæ Sylvii* a *Boecklero* editæ subnexa, *pag. 92.* apparet. *Maximilianus I.* tamen se Cæsarem, & Impera-

Rex Rom.

In A. B. Imper. & Rex Rom. an differant?

torem R. dixit, licet nunquam Romæ coronatus, *vid. R. J. 1495. 1500. 1512. §. 23. Ord. Notar. d. anni.* Carolus V. etiam statim post coronationem Germanicam, ante Romanam, Cæsarem & Imperatorem se vocavit, *vid. R. J. 1521.* Quod & omnes successores ejus, quorum nullus Romæ coronatus est, fecerunt: quamvis ante coronationem Germanicam, *Regum* tantum *Romanorum* titulo uti soliti fuerint, ut apparet ex *Capit. Leop. pr.* Etsi vero coronati olim Romæ non amplius *electos* se dicere solebant, sed ἁπλῶς *Romanos Imperatores*, vel *Cæsares: Carolus* tamen *V.* etiam post coronationem istam *Electum* se vocavit, plus tribuens Electioni, quæ jus etiam in R. Imperium speciatim sic dictum confert, quam coronationi Pontificis, *vid. R. J. 1530. seqq.*

Principis titulus. §. IIX. *Augustum* cuncta discordiis civilibus fessa nomine *Principis* sub imperium accepisse, *Tacitus L. 1. A.* tradit: quod nomen, in Jur. C. præsertim, omnibus Imperatoribus, & hodie nostris quoque Romano-Germanicis tribuitur, qui *Principes Principum* dici merentur, ut *Valerianus* olim apud *Pollionem.* Et Germanica voce Fürst compellatur Cæsar, quando Allerdurchlauchtigster, Großmächtigster, Unüberwindlichster Fürst und Herr vocatur. Quam varie vero vocabulum Principis,

cipis, vel Fürst in Germania veniat, *Limn.* docet *L. 4. c. 7. Pauermeister de Jurisdict. Imp. Lib. 2. cap. 9.* De aliis titulis *vid. Limn. ad Capitul. Caroli V. pag. 129. Schweder. P. Spec. Sect. I. cap 1.* & præfertim de titulo *Serenisſimi*, *Gloriofisſimi*, *Invictisſimi*, *Vitriar. I. 4. 6.* Cæterum vocatur etiam, Caput temporale *Christiani populi, & mundi in A. B. c. 2.*

§. IX. Titulus *Serenisſimi* & *Potentisſimi* latina lingua Electoribus quoque a fuis, & aliis interdum, tribui folet: Cæfar vero priori, Electores, utroque vero & Reges compellat: qui & a fuis vel inferioribus aliis Allerdurchlauchtigst nuncupari folent. Titulum vero *Invictisſimi*, quo & *Carolini* ufi, ulli alii tributum effe non novimus, quippe qui titulus proprius eft Romano Imperio, quod, tanquam quartam Monarchiam usque ad finem mundi duraturum effe, creditur. Invictisſimus.

§. X. Etfi vero *Majeſtas*, quatenus in fenfu *Politico* fumitur, non eft apud Imperatorem Romano-Germanicum folum: titulus tamen *Majeſtatis* non tantummodo a civibus & fubditis Imperii, fed etiam ab exteris Regibus, & Principibus eidem tribuitur, & ita quidem, ut Imperatores alios Reges eodem haud infigniverint, fed Celfitudinis, vel Dignitatis Regiæ compellaverint axiomate: imo nec pati Majeftas

volu-

voluerint, corpus Statuum Imperii Majestatis epitheto uti erga exteros Reges Galliæ, & Hispaniæ: (*vid. Londorp. T. VI. L. 1. pag. 126. 147. 164.*) nec Legatus Burgundicus id improbavit *d. l. fol. 127.* atque tunc literæ nomine Legatorum Ordinum subscriptæ, non nisi Regiæ dignitatis titulum continent. Quid? quod & Electores & Principes singuli denegaverunt olim hoc exteris, *Londorp. d. l. Vitriar. L. IV. 9. Not.* In tabulis tamen Westphalicæ, Neomagensis, & Ryswicensis Pacis Regibus etiam exteris a Legatis Cæsareis & Ordinum Imperii titulus Majestatis tribuitur. Quod & in scriptis publicis nomine Legatorum Ordinum Imperii ad Reges scriptis passim fit. *Londorp. T. XI. pag. 84. Acta pacis Rysw. & annot. Fritzschii.* Electores etiam singuli regibus titulum, *Majestatis* Vestræ, hodie dare solent, postquam a Regibus, *Galliæ* præsertim, *Fratres* compellati sunt, & *Serenitatis* titulum acceperunt. *Furstner. de Suprem. c. 43.* Ipse tamen Cæsar Reges epitheto *Serenitatis*, & in Germanica lingua *dilectionis* Ew. Liebden donare saltem hactenus suetus est, *Mulzius repræs. Majest. Imp. P. 11. c. 25. §. 2. Vitriar. d. l.* quamvis Regi Galliæ interdum (in denen Handschreiben) axioma Majestatis tribuatur a Cæ-

Cæsare, ut docet *Autor. Herold. Europ. T. I. pag. 133.*

§. XI. De formula *DEI gratia*, qua utuntur Imperatores, solliciti sunt scriptores publici juris, originemque illius ostendunt, *Vitriar. l. IV. 9.* Qua tamen etiam utuntur Electores & Principes; imo etiam Comites, sed hi saltem, si ad pares omnino, vel inferiores scribant. Nemo tamen ex illis omnibus erga imperatorem istis verbis uti solet; uti nec etiam erga istum in numero plurali Wir verba concipiunt, *Seckendorf.* Fürstenst. *P. II. cap. 2. Schweder. P. Spec. Sect I. cap. 1.* Form. DEI gratia.

§. XII. De insignibus Imperatoris passim agunt Scriptores, *Spener. P. Spec. art. Herald. L. I. cap. 9. §. 3. Wagenseil. de Tit. & insign. Imp.* Aquila illa nigra ex veteri Rom. Imperio ad nostros venit. Quod vero biceps sit (Adler mit zweyen Köpffen) *docet Const. Monetar.* de anno 1559. §. 10. Unde & ob quam causam? parum certum. Varias conjecturas legere apud dictos autores poteris, & *apud Limn. l. 14. 3. & in addit. T. I. 6. Lib. 6. 8. 28.* Insignia

CAP.

CAP. XVIII.

DE MODO PERVENIENDI AD IMPERATORIAM POTESTATEM, SCIL. ELECTIONE, ET QVIDEM ORDINARIA.

§. I.

Imperator. fiunt per electionem.

IMperatorem ad solium evehi *electione, non succesione* quadam hereditaria, hodie certissimum est: atque omnes spondent in capitulatione, se nolle successionem quandam hereditariam affectare. *art. 28. Cap. Carol. V. art. 36. Cap. Leop. & 35. Joseph.*

An hic modus semper in German. recept.

§. II. Uter modus constituendi imperantem melior sit altero, disputare hic nolo. Quilibet populus optimum existimat, quem rationibus suis convenientem putat. Circa Francicum Regnum quinam modus obtinuerit? varie disputatur. Mihi placuit semper illorum sententia, qui mixtum ex hereditaria successione, & electione modum fuisse in Francia afferunt, sed ita, ut credant, prævaluisse electionem. Ita enim se res habebat, ut populo, vel primoribus ex illo, seu ordinibus jus eligendi competeret semper, sed ut non temere a familia Regia recederent, vel a voluntate Regis successorem designantis, *vid. Lehm. Chron. Spir.*

Spir. L. II. c. 3. Hottomannus in Franco-Gallia cap. 9. Schurzfleisch. de divis. Imp. Carol. th. 10. 18. Schilter. Lib. 2. Instit. Jur. Publ. Tit. 14. §. 2. Dissentiunt alii, qui successionem prævaluisse putant. *vid. Grot. de J. Belli & Pac. II. 9. 11. Kulpis. ad Monzamb. I. 7. p. 54.*

§. III. Extincto Ludovico Rege Germaniæ, qui ultimus ex stirpe Carolina fuit, Germaniæ Regnum ex Francico ortum, *vid. seq. c. 11. §. 30. seqq.* jure suo usum, & omissa stirpe mascula Caroli M. graves ob causas (*vid. Schurzfleisch. de divis. Imp. Carol.* §. *67. 68.*) primum *Ottonem Saxonem*, & recusante hoc Regnum eodem, *Conradum* Francorum Ducem, postea *Henricum* Saxonem Regem elegit; & hunc quidem suasu *Conradi* moribundi, *Lehman II. 3.* Illud institutum constanter etiam servavit, liberam scil. electionem, sed non neglectis, filiis & familia defuncti Imperatoris, quod latius exequitur *Lehm. C. S L. 5. cap. 17.* Prospexere vero magis libertati suæ Ordines in Comitiis Forchem. 1077. (*ut in Hist. belli Sax. apud Freher. pag. 135. legitur*) tempore Heinrici IV. & restitere etiam multi, Saxones præsertim, Heinrici VI. conatibus, de quibus supra *c. IV. §. 12.* Sæpe tamen etiam postea ex eadem familia electi sunt Cæsares: & prudenti consilio, per seculum unum

De Germ. Regno

unum ac alterum, ob potentiam, & bene merita ex Austriacis desumpti, cautione tamen interposita, de qua dictum §. I.

Elect. quid? §. IV. Electio vero illa est actus *solennis, quo Electorum suffragiis nomine totius Imperii persona habilis secundum LL. publicas tanquam caput Regni Germanici, & simul Rom. Imp. & R. Italiæ constituitur.*

In quo consistat. §. V. Ille vero actus, si integrum respicimus, non solum in delatione eligentium, sed etiam in acceptatione electi consistit. Est vero electio duplex, *Ordinaria*, quæ fit, vacante throno, & *extraordinaria*, qua vivo Imperatore, coadjutor, & successor designatur, & constituitur.

Elect. duplex.

Quibus competat? §. VI. Jus vero eligendi Regem in Regno *Francico* & *Germanico* speciatim sic dicto, semper competiit toti regno, vel omnibus ejus Ordinibus: quod & olim usque ad confinia Sec. XII. & XIII. immediate exercuerunt. Seculo XIII. mutatio hac parte contigit, & mediata electio cepit originem. Scil. primariis Imperii officialibus tribus Ecclesiasticis, & quatuor Laicis, prærogativa quædam Sec. XIII. concessa est, ea scil. ut ex certis personis, quas reliqui Status nominabant, ceu, ut *Albertus Stadensis in Chron. ad ann. 1240.* loquitur, *prætaxabant*, unum eli-

eligerent ab omnibus confirmandum. *Fac. L. III. art. 57. Jur. Sax. vid. Schilt. de Lib. Eccl. Germ. III. 8. 14.* Nata est hinc occasio, quod illi officiales, reliquis absentibus, & juri suo non invigilantibus, sed id negligentibus, tempore interregni præsertim, soli id negotium sibi adrogarent. Et secundum hæc intelligenda sunt, quæ in monumentis ejus temporis reperiuntur de Electoribus, quæ exhibet *Dn. Leibniz Prod. Jur. Gent. num. 13. 14. vid. illius præfat.* Cui rei cum Ordines alii non contradixerint, tacitus inde eorum consensus satis colligitur. Quæ res tanquam antiqua consuetudo in *A. B. cap. 1.* noviter confirmata est. Postquam vero ita tum tacito, tum expresso consensu omnium Ordinum munus hoc Electoribus delatum est, exercent illud, nomine totius Imperii, & omnium Statuum, vel, ut *Aurea Bulla* loquitur, *cap. VII. §. 2. virtute regni*, suo tamen & proprio jure, ac independenter, eoque Electoratibus s. Ecclesiasticis s. Secularibus suis annexo, quod *per virtutem Principatuum suorum A. B. d. l.* exprimit. *H. Eur. T. I. pag. 198.*

§. VII. Falsum vero est, quod nonnulli partes quasdam hic Papæ tribuant, & jus eligendi Electoribus competens, Pontificibus Romanis habeant acceptum. Inter quos est *Baronius*, qui *Innocentium IV.* au- *Jus eligendi non fertur acceptum Pontificibus.*

L

auctorem facit, juris Electorum; quem multi idoneis arg. confutarunt, qui simul ostenderunt, Pontificem hunc potius institutionem Electorum attentare voluisse. Neque etiam jus eligendi Regem Germaniæ unquam Pontifici competiit: & ipse *Innocentius III. in C. Venerabilem X. de elect.* illud Principibus Germaniæ competens, ad jus & antiquam consuetudinem refert. Quod vero & addit, jus, & potestatem illam ab Apostolica sede pervenisse in personam *Caroli*, eatenus verum est, quatenus Romanum Imperium a Pontifice, non tamen solo, sed populi Romani consensu in Germanos translatum: quorum jus tempore Ottonis ita firmatum, ut quem Teutonici eligunt (sine Pontificis consensu) sibi Regem, is & simul sit Romanus Imperator. *vid. Schilt. de Libert. Eccles. Germ. L. III. cap. 8.* Adfuere tempore electionis Leopoldi, & Josephi Nuncii Apost. Francof. & Augustæ: non tamen ausi sunt negotio se immiscere huic. *H. Eur. T. 1. p. 146. v. c. XII. §. 17.* (*)

(*) In electione autem Caroli VI. Nuncius Apostolicus *Albani* una cum Oratoribus Regum, decreto Collegii Electoralis, excedere Francofurto jussus est. *Vid. Diarium Electionis & Coronat. Caroli VI. p. 123.*

§. VIII.

§. VIII. Persona illa, quæ eligenda est, debet esse *habilis*, seu idonea. *A. B. c. 11. §. 1. 3.* Quæ habilitas æstimanda est ex jure publico scripto, & non scripto. *Aurea Bulla c. II. §. 1.* hoc tantum sancit diserte, ut sit *homo justus, bonus, & utilis*. Reliqua aliunde petenda sunt. Ratione sexus debet esse *mas*, non fœmina: quod licet nulla lege diserte cautum; observantia tamen satis probat. Genius enim Germanorum imperium muliebre nunquam tulit. Nam cum Heinrici III. vidua quod contigit, quæ Heinrici IV. filii loco publicam rem administravit, sine exemplo alio est. De *natione* nulla etiam extat sanctio expressa. Regulæ tamen prudentiæ, & observantia, quæ ex affectu Germanorum erga dignitatem nationis suæ æstimatur, exigunt, ut non nisi Germanus eligatur. Qua parte tamen non præcise opus, ut in Germania natus sit, modo immediate ex parentibus Germanis, saltem patre procreatus. Qui ad constitutionem *Ottonis III.* provocant, nondum satis sententiam probarunt. Et licet Elector *Moguntinus* in electione *Caroli V. diserte constitutum, ne extero imperium commendetur*, asseveret, neque ei contradicat hacce parte *Trevir*, Gallum commendans, imo & Saxo eandem sententiam suffragio suo firmet, apud *Sabin.*

Eligendus qu.

Ratione sexus

Nationis.

in Pol. l. Imp. Gold. P. l. p. 121. Sleid. l. 1. incertum tamen eſt, ubinam conſtitutio illa extet, vel utrum etiam *Moguntinus*, qui vernacula lingua procul dubio locutus eſt, ita verba ſua formaverit, ac *Sleidanus*, apud quem non conſtitutionis disertæ, ſed legum tantum fit mentio, & *Sabinus* latine illa expreſſerunt. Plane ſi extitit, aut interiit, aut in Archivis latet: mirum tamen eſt, nihil de ea certi reperiri. Exempla *Richardi & Alfonſi* faciunt nil in contrarium, cum acciderint turbido ſtatu reipublicæ.

Dignitatis. §. IX. Item Elector Moguntinus aſſerit, d. conſtitutionem poſtulare, talem eligi, qui vere *ſit heres alicujus ditionis, quæ imperio paret.* Sed etiam incertum, ubinam illa conſtitutio extet. Quando vero, *illuſtrem* perſonam debere eſſe, traditur, iterum illud ut antecedens potius prudentiæ, aut obſervantiæ legibus, quam juri ſcripto adſcribendum. *vid. art. 54. L. III. Spec. Sax. Comites* electos fuiſſe notum eſt; ſed nunquam inferioris dignitatis homines. Hodie præſens ſtatus exigit, non niſi potentem Principem eligi: quia hac rerum facie ſine propria potentia & opibus nemo dignitatem hanc tueri poteſt. *vid. Limn. L. II. cap. X. num. 13. & ad Cap. Caroli V. pag. 167.* Plane ratione

Proſapiæ. proſapiæ legitime natum eſſe, & ratio

ac

ac dignitas tanti fastigii postulat, uti & observantia. *vid. art. 54. Lib. III. Spec. Sax.* Atque ideo in Comitiis Martisburgensibus a *Friderico II.* exactum fuisse, ut natalium fidem faceret, traditur. *Vitriar. l. 5. 2.* Solum Exemplum *Arnulphi* nothi non efficit, ut aliter sentiamus.

§. X. Ætas eligendi nulla lege etiam definita. Exempla vero extant, *Ludovicum Arnulphi* filium, & *Henricum IV.* satis tenera ætate fuisse electos. Sed, si vacet imperium præsertim, non adeo id consultum esse, nemo dubitabit. Videtur posse peti argumentum ab Electoribus ex art. VII. §. IV. A. B. qui decem & octo annis completis administrationem Electoratuum suscipere possunt. Sed tamen rectius id omne ad arbitrium Electorum refertur. Qui pro re nata & exigentia publicæ salutis hac de re statuere possunt. Illi invictissimum *Josephum* nostrum anno ætatis ejus XII. elegerunt, hac tamen cautione, ne prius quam annum XVIII. ingressus, susciperet administrationem. Vid. art. XLVII. Cap. ejusd. Quod vero tunc placuit, pro lege semper valitura habendum non est. **Ætatis.**

§. XI. Porro quidem ex A. B. cap. II. colligunt, debere esse *laicum*, non *clericum*. Ibidem illud habetur, Imperatorem eligi in *caput temporale* populo Chri-

ſtiano, cui ex hypotheſi iſtorum temporum & Catholicorum, Pontifex, tanquam caput *ſpirituale*, in hoc mundo præeſt. Etſi vero exinde nolit colligere nonnemo, Clericum non poſſe eligi, qui miſſo habitu clericali, tanquam Laicus imperio præſit: pro communi tamen ſententia illud pugnat, quod in conclavi non niſi ſeculares ſpondeant, ſe jurejurando firmare, & ſervare velle capitulationem, ſi fuerint electi. *vid. Londorp. T. IV. L. 3. cap. 7. p. 613.*

Qualitatum. §. XII. Quoad qualitates animi A. B. exigit *ut ſit juſtus, bonus, & utilis.* Quisnam talis? ex regulis communibus æſtimandum, in quarum applicatione ſæpe homines fallunt, & falluntur. Potens qui eſt, & nummos qui poſſidet, ille

juſtus erit, fortis, ſapiens etiam & Rex,
& quicquid volet.

Relig. §. XIII. Ad iſtas vero qualitates animi requiritur etiam procul dubio, ut Chriſtiana religione ſit imbutus, cum *Caput* ſeu primarius Princeps Chriſtiani populi eſſe debeat. Nam etſi infidelis Princeps Chriſtianis utique præeſſe poſſit, ex *A. B.* tamen *pr. & cap. II. §. 4. 5.* ſatis apparet, illius conditores caput *Chriſtianum Chriſtianis* & fidelibus voluiſſe, nec infidelem, nec hæreticum, *vid. art. 54. L. III. Sp. Suev.* Poſtquam vero Chriſtianus populus in varias

varias ſectas hodie ſciſſus, atque ex illis tres in noſtro imperio per leges publicas tolerantur, nullam hodie ex his excludi poſſe, reliquas vero omnes excluſas eſſe, exiſtimo. Sed quousque maxima pars Electorum religioni Romano-Catholicæ addicta, non temere ſperandum eſt, Evangelicus ut eligatur, futurum eſſe. Quam ſollicite autem Catholici caveant, ne poteſtas Imperatoria aliquando ad Principem ex Proteſtantibus perveniat, apparet ex literis, quas Elector *Trevirenſis* anno 1692. ad Cæſarem, & Legati Principum Eccleſiaſticorum ad Electores Catholicos ſcripſerunt in negotio electionis, quæ habentur in *Miſcell. jur. publ. de Novemviratu n. 12. & 14.*

§. XIV. Præterea conveniens eſt, linguis illis inſtructum eſſe, quarum peritos eſſe vult *A. B.* Electores, *c. 30.* Sed nulla Lex id præciſe exigit: & ſane, ſi Germanus eſt, patriæ linguæ non erit imperitus. Quæ de corporis habitu aliisque dotibus Imperatoris vulgo coacervantur, talia ſunt, quæ ad requiſita boni Principis in genere pertinent. *vid. art. 54. L. III. Spec. Sax.* Linguæ.

§. XV. Poſitis his, nunc de modo & forma electionis paucis agendum. Antecedunt illam varia. *I. Convocatio*, ſive actus ille, quo Elector *Moguntinus* Ele- Modus & forma.

 ctores

Convocat. ctores sub certa forma convocat electionis gratia. Pertinet vero illa convocatio ad Electorem *Moguntinum* vi *A. B. cap. I.* §. *18.* & *c. IV.* §. *2.* procul dubio ideo, quia Archi-Cancellarius. vid. literæ Convocationis apud *Vitriarium illustrat. l. 6. 5. lit. C. ubi* Unsers tragenden Ertz-Cancellariat-Amts. Et id quidem facit, licet a Pontifice nondum confirmatus, nec pallio donatus Archiepiscopali. *Buxtorff. ad A. B. tit. 11. lit. b.* nec ab Imperatore investitus. *Limn. ad cap. I.* §. *18. A. B.* Et eo munere etiam defungitur in electione extraordinaria, quamvis hic opus sit consensu Electorum. *Limn. ad Capitul. Maximil. Art. XVIII pag. 501.* Nec opus est unquam Pontificis consensu. *Rumelin. ad A. B. P. 1. Disc. 2. th. 11.* Sede vacante, capitulum Moguntinum has partes officii illius Aulici Archicancellarii, & Decani non suscipit; sed si illud, monitum præsertim a reliquis Electoribus, vel Vicariis, cesset eligere Archipræsulem, Electores proprio motu convenire possunt, pariter ac si Moguntinus est negligens in convocando, *arg. cap. 1.* §. *21. A. B. vers. quod si idem Archiepiscopus*, vel ut nonnulli volunt, etiam Trevirensis vice Moguntini defungi potest. *Vitriar. l. 1. tit. 6.* §. *5. lit. G.* quas partes tamen non sine ratione Saxo dubias facit. Olim & Palatini hic

hic quasdam fuisse ex *c. 39. Spec. Suev.* quidam probant.

§. XVI. Evocandi vero sunt omnes & singuli Electores, nullo excepto, licet Ecclesiastici nondum confirmati, vel infulati sint, nec etiam hi, & seculares quoque ab Imperatore investiti. Quam sententiam non tantum usus probat; sed etiam rationibus ea innititur: quia scil. Ecclesiasticis, non ut Clericis, sed ut Principibus Imperii hoc jus competit, quod ex electione habent; atque investitura etiam jus illud noviter non confert, sed tantummodo in persona novi Electoris, seu novi successoris in Electoratu renovat, ac confirmat. *vid. Schwed. P. S. S. 1. c. 2. §. 9.* ubi exempla habentur, & ad contraria respondetur. Si sedes Archiepiscopalis vacat, capitulum non vocatur, quippe quod ab officiis illis Archiprincipalibus non participat. Sed monendum est, ut maturet electionem, & si hoc negligat, electio non differenda. *Schweder. d. l.* Si Elector secularis non sit legitimæ ætatis, administrator vocandus erit. Quod si de facto unus, alterve præteritus, atque electio fiat, rata illa nihilominus erit, & sibi imputet absens, quod non sponte advenerit, quod potest juxta §. *21. cap. I. A. B.* Nec enim facile latere illum potest tale negotium. Atque hæc

Qui evocandi?

Quod si unus præteritus.

L 5 ratio

ratio me movet, ut idem credam, si etiam ex odio, vel contemptu vocatio neglecta. Sed aliud tamen esset, si clanculum suscepta electio, vel per vim quis exclusus, quo casu ratio illa cessabit. Aliter distinguit *Schweder. d. l.* Cujus tamen observatio non negligenda, aliam esse quæstionem, quid juris hic sit, aliam, quid consilii, & quid expediat? Plane potest justa causa esse, ut quis non vocetur, quod in electione *Ferdinandi III.* contigit Electori *Trevirensi*, qui eo tempore captivus Viennæ detinebatur. *Vid. Limn. Cap. Ferd. III.* (*)

(*) In nupera electione Caroli VI. Electores bini, *Coloniensis & Bavarus*, utpote banno imperiali notati, pariter non vocati fuere: & quanquam isti Protestationem eo nomine interponebant, quam videre est in *Elect. Jur. publ. Tom. III. p. 998.* tamen illa nullius effectus, ac proinde neglecta fuit.

Convocat. modus. §. XVII. Convocationis illius, quæ sumptibus Moguntini fit, modus in *A. B. §. 18. &c.* describitur. Scilicet fit per nuncios, qui hodie plerumque solent esse Cubicularii (Cammer=Juncker) qui adferunt literas patentes, quarum formula in A. B. cap. 18. habetur. Hodie vero non stylo Latino, sed Germanico literæ illæ patentes inscribuntur pergameno & sigillo majori muniuntur, quorum formulæ *apud Limn. ad d. cap. XVIII. obs. 3. & Pfef-*

Pfeffing. ad Vitriar. l. 6. 5. lit. d. p. 802. legi possunt. Fit vero a Nunciis insinuatio harum literarum in Residentia Electoris, ejusque Consilio intimo adductis Notariis & testibus *H. Eur. T. l. pag. 99.*

§. XVIII. Locus, ad quem fieri debet ex antiqua observantia *Spec. Suev. cap. 29. A. B. cap. I. §. 18. 19.* est *Francofurtum ad Mœnum.* Atque ideo *Moguntinus* sine Coelectorum consensu alium locum eligere, nequit: quod suffragantibus illis fieri tamen potest, si causa justa id exigat. *A. B. cap. XXIIX. §. 5. inf.* Atque sic nostra memoria *Ferdinandi IV.* & *Josephi* electio *Augustæ Vindelicorum* facta est. Alia exempla habet *Schweder. d. l. §. 4.* Sed salvum tamen semper jus hujus civitatis manet. *vid. Declar. Cæsar. in Vitriar. illustr. l. 6. 9.* ubi & protestatio illius habetur. **Locus.**

§. XIX. Quoad tempus A. B. cavet, convocationem fieri debere a *Moguntino* intra *mensem*, ab obitu Cæsaris cognito, & ad comparendum intra *tres* menses continuos a die in literis in hunc finem, expresso; (qui non idem est, ac ille, quo datæ literæ) qui tamen ita constituendus est, ut quilibet, sive longe, sive prope absit, tres integros menses habeat, ut de necessariis prospicere possit. Spatium hoc non semper quidem adeo accurate observari solet in comparendo, sed tamen **Tempus**

non

non facile expresse prorogari. *vid. H. E. T. 1. p. 99. Schweder. d. l.* (*)

(*) Notari meretur, quod tempore eligendi Caroli VI. terminus trium mensium, in literis patentibus ab Electore Moguntino juxta A. B. præfinitus, postmodum, consentientibus omnibus, præter Regem Poloniæ & Electorem Saxoniæ, Electoribus contractus, & loco XX. August. in XX. Jul. rejectus fuerit. *Vid. Pfeffing. ad Vitriar. in Add. Tom. 1. p. 3.*

Salvus Conductus. §. XX. *Alterum* ex antecedentibus est petitio & promissio, ac præstatio *salvi conductus*. Scil. Electores ad electionem ituri, vel missuri nuncios, a Statibus Imperii, per quorum territoria transeunt, *vid. A. B. cap. I.* §. *9. seqq.* tempestive, via designata, qua transituri, requirere debent, ut præstent salvum conductum per terras & territoria sua, atque literis juramento firmatis, id promittant: quod & hi facere tenentur, non obstante inimicitia, quas forte alter erga alterum gerit. Quod si hoc quis non faciat, si ipse Elector est, caret, ea vice, voce Electionis, & perjurii reus fit. *Cap. I.* §. *1. A. B.* Pœnæ, quæ in alios decernuntur, habet *A. B. cap. I.* §. *2. & 8. Rhet. l. 4. 20.* Cæterum illi, qui salvum conductum non petiit, generalis tamen securitas præstanda est, *Limn. obs. 3. ad cap. I.* §. *4. A B, conf. Bœckleri dissert. quæ Conductor Carolinus inscribitur. Vitriar. l. 6. 10.*

§. XXI.

§. XXI. Tertium est Comparitio Electorum, quæ est vel *immediata*, si Elector ipse compareret, vel *mediata*, cui est locus, si ipse justo impedimento detentus est, ut *A. B.* loquitur *art. 28. §. 6. vid. cap. 18. & 19.* Duobus autem modis hæc mediata fieri potest, 1.) si quis uni ex Collegis suffragium committat, vel 2.) nuncium & procuratorem ad hoc negotium ableget instructum sufficienti mandato, cujus formula *cap. 19. A. B.* habetur, hodie vero Germanica lingua concipi solet. Mandatum illud ita conceptum esse debet, ut illimitatam potestatem eligendi, non restrictam ad certam personam contineat, *arg. cap. 19. & c. 1. §. 23. A. B.* Qua de re *vid. Schweder. d. l. §. 14.* (*) Quamvis Legato literæ secretioris instructionis, quas non exhibent, dari possint, quibus voluntas Domini circa personam eligendi continetur. *Vitriar. l. 6. 7.*

Comparit.

immediata, vel mediata.

(*) Formulam mandati, quo Elector Brunsvicensis legationem suam anno 1711. munivit, exhibet Pfeffing ad Vitriar. in Add. Tom. 1 p. 4.

§. XXII. Qualem autem Legatum Elector impeditus mittere velit, ratione status, & dignitatis, ex ipsius arbitrio pendet, *c. 28. §. 6. A. B.* Unum vel plures mitti posse, ex formula, quæ *cap. 19. A. B.* habetur & apud *Vitriar. l. 6. 5. lit. B.* apparet, moribus tamen receptum ut unus, primarius scilicet, in actu Electionis suffragi-

Qual. Legat. mittendus.

fragium loco Domini ferat, reliqui legati, tanquam teſtes conclave ingrediuntur. *conf. Acta Elect. Joſeph.* (*)

(*) Idem in Electione Caroli VI. factum. vid. *Lünig. Theatr. Ceremon. Polit. T. 1. p. 1238. ſeqq. & 1246 & Diarium Elect. & Coronat. Caroli VI pag. 90. ſeq.*

Quid ſi vocatus non veniat? §. XXIII. Vocatus ſi nec mediate nec immediate compareat, vel ſi quis compareat, ante tamen perfectam electionem diſcedat, illa vice ſuffragio ſuo caret. *A. B. cap. 1. §. 21. cap. 2. §. 4.* ita ut tali caſu minor pars Electorum nihilominus eligere poſſit jure Imperatorem. *Hermes cap. 6. qu. 31.* Serius veniens ad electionem, in eo ſtatu admittitur, in quo eſt tempore adventus. *A. B. c. 2. §. 7.* Cæterum circa comparitionem obſervandum, ſecundum *A. B. cap. 1. §. 22.* Electorem, vel nuncios ſaltem cum ducentis equitaturis, & inter hos ſaltim quinquaginta armatis comparere debere. Quod non adeo curioſe obſervari ſolet. De Caruccis nihil in A. B. legitur, quia eo tempore nullus uſus fuit earum. vid. *Vitriar. l. 6. 11. H. E. T. l. p. 100.*

Suſcepio juramenti a Civ. Franc. §. XXIV. Advenientes Electores illorumque comitatum civitas Francofurtenſis admittere debet, atque ab omni injuria defendere, ſub pœna privationis omnium privilegiorum & jurium, nec

non

non banni Imperialis. Imo, quod *quartum* antecedens eſt, ut eo facilius hoc fieri poſſit, neminem in urbem recipere, hos vero qui hactenus ibidem commorati ſunt, ſine mora dimittere ex urbe debent, & exire jubere. *A. B. cap. 1.* § *24. 25. 26.* Quæ omnia ſolenni juramento tum a Senatu civitatis, tum a civibus & militibus præſidiariis, promittuntur. *Vid. acta Elect. Joſephi & Vitriar. l. 6. 12.* (*)

(*) Relationem eorum, quæ tempore Electionis Caroli VI. contigerunt, habes apud *Pfeffing. ad Vitriar. in Add. T. 1. p. 5. & in Diario Election. & Coronat. Carol. VI. per tot.*

§. XXV. Cæterum illud, quod de exitu dictum ad omnes perſonas, ſive publicas ſive privatas, cujuscunque ſint conditionis, ſpectat, qui ad comitatum Electorum non pertinent, nec civium ſunt domeſtici, juxta generalitatem A. B. Nec puto, decretum Collegii Electoralis, cujus mentio fit apud *Vitriar. l. 6. 13.* reſtringere illud ad perſonas publicas, cum de illarum tolerantia in præmiſſis tantummodo fuerit actum. Plane proclamatio Senatus Auguſtani, quam *Pfeffinger. d. l.* habet, indiſtincte de omnibus perſonis agit. Interim quia plerumque non ſtatim ad electionem deveniri ſolet, tempore Leopoldi, & Joſephi electionis, exterorum legati aliæque perſonæ publi-

cæ

cæ admissæ, toleratæque sunt; sed ita, ne in consequentiam hoc trahatur, atque jussi fuerint exire tamen die præcedenti actum electionis, licet proprias ædes habuerint ibidem, sive non. Potest tamen & hic dispensare Collegium Electorale, ad cujus arbitrium hæc res pertinet. Hoc vero factum esse in electione *Josephi* Augustæ Vindelicorum intuitu certarum personarum ipsius etiam *Josephi* docet *Pfeffinger. ad Vitriar. d. l. lit. B.* (*)

(*) Decretum Electorale tempore electionis Caroli VI. emissum exhibet: Auctor Spicileg. Observat. ad Capit. Caroli VI. p. 7. 8.

Deliberat. de Capitul. §. XXVI. Postquam vero illa inter advenientes Electores solennia visitationum peracta, deliberationes in Curia Francofurtana, vulgo Römer, vel alterius civitatis, quæ *quinto* loco præcedunt, circa capitulationem & alia necessaria instituuntur. Qua de re vid. sup. Cap. XI. Omnibus vero recte constitutis, tandem devenitur ad ipsum actum electionis.

Elect. ipsa. §. XXVII. Actum huncce, ejusque solennia prolixe describere non est opus, cum in actis publicis passim legantur: pauca tantum adducenda sunt. Scil. stato die Electores, vel absentium Legati in curia civitatis congregantur, atque ex ea, Electores quidem, si adsunt, ipsi habitu Electorali induti, equosque ascensi,

ſi, ad ædem D. Bartholomæi in urbe Francofurtenſi, vel templum præcipuum civitatis, ubi electio fit, ordine ſolito, ita tamen, ut præſentes abſentium Legatis indiſtincte præferantur, progrediuntur. Templum ingreſſi, in choro ſubſellia ſerico rubro veſtita, (Regis Bohemiæ auro ſplendet) occupant, hac ratione, ut ſi omnes præſentes ſint Electores, a dextro latere *Moguntinus*, *Bohemus*, *Bavarus*, *Brandenburgicus* ſedeant, a ſiniſtro vero *Colonienſis*, *Saxo*, *Palatinus*; *Trevir* autem e regione altaris locum teneat. *vid. Limn. ad A. B. cap. 6. §. 1. obſ. 9. pag. 317.* In nupera electione Joſephi, ubi tres Electores abſentes fuere, ſequenti ratione ſeſſio ſe habuit.

Proceſſio ad Temp.

Seſſio in Choro.

Altare

1. Elect. Mogunt.	2. Trevir.	3. Colon.
4. Bav.		5. Palat.
6. Legat. Bohem.		7. Leg. Sax.
8. Legat. Brandenb. (*)		

(*) Schema ſeſſionis in Electione Caroli VI. fuit:

Ad cornu Evangelii.	Altare.	Ad cornu Epiſtolæ.
1. Elect. Mogunt.	2. Trevir.	3. Palatin.
4. Legat. Bohem.		5. Legat. Saxon.
6. Legat. Brandeb.		7. Legat. Brunſvic.

Præſentes enim fuerunt Elector Moguntinus, Trevirenſis & Palatinus; & hic quidem, veteri tum temporis reſtituto loco, ut Archidapifer: conſuetas

M igitur

igitur etiam functiones in coronatione obiit. vid. d. Diarium p. 9.

Celebratio Missæ. §. XXVIII. Ingressum sequitur cantus & missa juxta *A. B. cap. 2.* §. *1.* Huic actui missæ noluere adesse Protestantes, qua de re magnopere disputatum est olim, ut legi potest apud *Sleid. L. 8.* & *Seckendorff. in Comment. de Lutheranismo Sect. 2.* §. *16.* Quando vero a quibusdam scriptoribus traditur, hodie Evangelicos Electores, vel Legatos non secedere in Sacristiam, sed missæ cohabitare, recte id intelligendum est. Nam quidem adsunt, dum missa celebratur; sed, quando ad illum actum devenitur, quo ex hypothesi Catholicorum, *transsubstantiatio* fit, ubi ad signum campanæ omnes in genua procidunt, recedere solent A. C. addicti, & illo finito redire: id quod Acta publica docent. Qua parte nihil faciunt, quod conscientiæ adversum sit.

Præst. jurament. §. XXIX. Postea ad Altare procedunt, Spiritus S. auxilio solenni hymno implorato, unus post alterum ordine sueto, & præsentes ante Legatos, formulam prælegente *Moguntino*, cui hoc officium primum præstat *Trevir*, jusjurandum præstant, atque eo spondent dignum eligere se velle absque omni pacto, stipendio, pretio, vel promisso; Ecclesiastici quidem dextra pectori admota, Seculares

vero

vero digitis duobus tacto Evangelio S. Johannis, coram quo & Ecclesiastici jurant, *A. B. cap. 2. §. 2.* ubi cautum, Seculares Electores cum tota ipsorum familia inermes tunc assistere debere.

§. XXX. Formula juramenti habetur in *A. B. d. l.* §. 3. juratur tamen hodie verbis Germanicis, non Latinis. Et licet A. B. per omnes sanctos jurari velit, tamen non tantum Evangelici, sed etiam Catholici hac formula utuntur: Als mir GOtt helffe, und sein heiliges Evangelium, quod, præter Acta publica, docet *Limn. cap. 2. §. 2. obs. 1. pag. 275.* (*) Absentium Legati jurant in animam Dominorum, tum etiam in suam. *Limn. ad A. B. cap. 2. §. 3. c. 1. v. cap 19. A. B. Lond T. IV. L. 3. cap. 7. pag. 607.* (**) Quo facto, requisitis desuper Notariis & testibus, iterum invocata Spiritus S. gratia, conclave electionis intrant, ipsius electionis perficiendæ causa.

Ejus Form.

(*) Formula juramenti ab Electoribus præsentibus in Electione Caroli VI. anno 1711. præstiti exhibet Pfeffing. ad Vitriar. in Add. Tom. I. & Diar. Part. II. pag. 11.

(**) Formula juramenti ab Electorum absentium Legatis præstiti legi potest ap. eund. Pfeffing. c. 1. p. 10. & in Diario ibid.

§. XXXI. Clauso conclavi, ad cujus portam Janitor hereditarius Imperii *Dominus a Werthern* adstat, Moguntinus,

Elect. in conclavi

facto præloquio rogat, num quid superſit quod electionem impediat? Negantibus id Electoribus poſt mutuas ſponſiones, locum fore ſententiis plurium, item ſuper capitulatione, promiſſionesque ſpeciales Secularium, ſe illam jurejurando confirmare, ſervareque velle, ſi unus ex illis electus fuerit, requiſitisque deſuper Notariis & teſtibus, tandem remotis omnibus adſtantibus, Electores ſoli ſententias conferunt. *Vid. Lond. IV. III. cap. 7. pag. 609.* Rogat illas Moguntinus, & primus Trevir dicit. *A. B. cap. 4. §. 3. 4.* Dicunt etiam Legati abſentium eo ordine, quo Dominus præſens, licet poſt præſentes El. locum occupet Legatus. Ultimo Electores a Moguntino exquirunt ſententiam, *A. B. d. l. § 4. & ibid. Limn. obſ 10.* & quidem, ut uſus fert, per Saxonem. Poteſt tamen Moguntinus in præloquio monere, quæ e re Imperii putat, ut factum eſt in electione Caroli V. *In Spec. Svev. cap. 29. primum ſuffragium illi tribuitur.*

Major pars præv.

§. XXXII. Sive vero omnes inter ſe conveniant, ſive ſaltem major pars conſentiat in unum, res confecta eſt. *A. B. cap. 2. §. 4.* Quæ major pars æſtimanda eſt ratione totius Collegii *cap. 2. §. 4. A. B. ibi: major pars eorum, item §. fin. d. cap. 2.* Hinc ſi ſeptem ſunt Electores, & tres Titi-

Titium eligant, duo Sempronium, duo Cajum, nihil actum est: item si ex octo Electoribus eligant quatuor hunc; quatuor istum. Quo casu nec Pontifici jus concedendum aliquod, quod perperam sibi vendicat *in capitulo Venerabil. X. de Election.* Absentium vero cum in electione nulla habeatur ratio *cap. 1. §. 23. A. B.* consequens est, absentes hoc casu in computationem non venire. Hinc, quinque præsentibus, electus est, quem tres suffragiis juverunt. Posse etiam Electorem laicum suo suffragio illorum vota augere, qui ipsum Regem electum cupiunt, ex clarissimis verbis §. *fin. cap 2. A. B.* patet: nec intererit, sive alius antea ipsum nominaverit, sive non. *Limn. A. B. cap. 2. §. fin. obs. 4.* Hoc posito, multo magis pater filium, vel filius patrem eligere potest.

An sibi quis suffragium dare possit?

§. XXXIII. Confecto hoc scrutinio, formatoque concluso, Elector Moguntinus porta reserata conclavis, & revocatis illis, qui tanquam testes adsunt, Notariisque prima vice notam facit electionem. Quæ in *Ferdin. III. IV.* & *Josephi* electione, propter adventum Cæsaris, singularia contigerint? in Actis harum electionum legitur. *vid. Lond. IV. 3. 8. p. 610.* Electus si vel jam præsens est, vel vocatus in conclave venit, annuens electioni,

Prima publicatio.

 rogatur

rogatur de observantia Capitulationis, sub cujus conditione electio facta, quæ, si nondum illi cognita, prælegitur. Quam servare se velle si spondet, jurejurando, cujus formula habetur *apud Londorp. IV. 3. 8. pag. 613.* id confirmat, vel in conclavi, ut Josephus fecit, vel postea in choro. Scilicet deducitur electus post acceptationem solenni ritu in chorum Ecclesiæ ad altare, & precibus peractis ab Electoribus ipsis pari numero, non vero Legatis. *Eur. Her. T. 1. pag. 103.* elevatur, & super altare collocatur, dum interim hymnus Ambrosianus canitur. *Schweder. P. S. S. 1. cap. 3. §. 7.* Quo facto in pegmate peculiari, & apertis vallis templi, omni populo admisso, proclamatio ejus publice & solenniter fit. Quam vota & acclamationes sequuntur, & solennis processio ad Palatium. Formula testati Electorum super electione cum instrumentis Notariorum apud *Londorp.* legi potest *d. l.* Plenius ceremonias omnes describere hic non licet. Si plane absens sit, qui electus, nuncianda illi electio, & affertur capitulatio, atque si illam acceptet & adveniat, res eodem modo ad exitum deduci solet. *vid. diss. de Capit. §. 20.*

§. XXXIV. Quia vero multum interest, ne interregnum sit diuturnum, & ævum præsertim Caroli IV. non ignarum erat malo-

malorum, quæ inde oriuntur, pœna in *A. B. cap.* 2. §. 5. decernitur, vel potius modus, adstringendi Electores, ut statim ad finem perducant electionem. Nam si post præstitum juramentum intra XXX. dies continuos non eligant Regem, panem manducent & aquam bibant, & nullatenus exeant civitatem, donec Rectorem elegerint. Sed priora illa vix unquam usus probavit, vel probare potuit: nec video, quis Electores adigere velit, ut istam subeant necessitatem. Imo, si quis abire vellet ante electionem finitam, non credo Francofurtenses, ut aliqui volunt, id impedire posse, vel debere. Nec reliqui Collegæ id impedient, si, monitus licet forte ut juxta jusjurandum præstitum electionem perficiat, abire & suffragio carere velit.

§. XXXV. Etsi vero ita absoluto hoc electionis negotio Electus Imperium, seu summam potestatem in Germaniæ Regnum, & per hoc in reliquias Romani Imperii, & Regnum Italicum acquirat, secundum mensuram capitulationis, aliarumque legum fundamentalium, de qua re suo loco pluribus agendum: A. B. tamen cautum, non prius administrationem suscipere eum posse, nisi Electorum privilegia, & jura confirmaverit, qui primus actus esse debet, quem virtute Confirm. privilegiorum.

Imperii suscipiat. *A. B. cap. 2. §. 8.* Sed cum hodie generalis privilegiorum, tum Electoralium, tum aliorum confirmatio fiat in ipsa capitulatione, *vid. Leopold. & Joseph. art. 3. Carol. art. 1.* non opus est aliam expectare, sed sponsione facta in capitulationem, jam in eo statu erit, ut si modo thronus vacet, possit exercere jura Imperatoria. Quamvis & alias illa confirmatio privilegiorum non adeo necessaria sit, cum & sine illa ejusmodi privilegia a successore electo servari, non vero revocari debeant. *vid. Schweder. P. Spec. Sect. 1. cap. 2. §. 26.*

CAP. XIX.
DE
CORONATIONE.

§. I.

Coronatio. ELectionem *Coronatio* sequitur, non quidem adeo ex necessitate aliqua, & quod ea demum jus Majestaticum conferatur, sed moribus gentium pietatis caussa, & ut publice ostendatur, & denuo agnoscatur Electus, Deoque & ille, & imperium commendetur. *Est ergo actus solennis, quo legitime electus coronæ impositione, & insignium traditione, ac benedictione inauguratur.* Quid sit

Quotuplex. §. II. Est vero Coronatio nostrorum Imperatorum triplex, pro numero trium Re-

Regnorum, cui præest, *Romana* scil. *Teutonica*, & *Longobardica*, s. *Italica*, quarum omnium mentio fit *in A. B. cap 26. §. 4.* Imponi etiam interdum sibi passi sunt *Arelatensem* coronam Imperatores, ut Conradus II. Henricus IV. Fridericus I. & Carolus IV. quoque post A. B. conditam. Sed ab aliis id non necessarium fuit habitum, dum illud Regnum, ut supra *c. 11. §. 30.* diximus, Germaniæ innexum, atque eo ipso, quo quis Germaniæ Rex, coronatus etiam illius est Regni.

§. III. Romanam Coronam Romæ acceperunt olim Imperatores ex manu Rom. Pontificis, & magno sumtu propter hanc rem iter suscepere, quod expeditio Romana dici solebat, vel Regalis Numinis felicissima expeditio *II. Feud. 55.* Ultimus, Carolus V. fuit, qui illam suscepit non quidem Romæ, sed Bononiæ anno 1530. cujus Acta & solennia *in Goldasti Politicis Imperii p. IV.* legi possunt. Licet vero postea electi spoponderint de corona hac suscipienda, ob temporum tamen rationem, & quod non adeo necessaria visa hæc fuerit, iter hoc & susceptio omissa fuit, nec in *Leopold.* & *Joseph.* & *Carol.* capitulatione sponsio hæc reperitur. Non tamen ideo existimandum est, plane esse sublatum ejus usum. Sed hoc in arbitrio Imperatoris est positum, utrum, si

Romæ.

De expedit. Rom.

 status

ſtatus temporum permittat, Italiam ingredi, & coronam iſtam ſuſcipere velit. Quod non careret ſua utilitate.

Italica. §. IV. Coronam Italicam, qui ſibi paſſus eſt imponi, ultimus pariter fuit Carolus V. quamvis ad illam ſuſcipiendam in capitulatione ſe non adſtrinxerit. *vid. art. 30.* Suſcepit illam etiam Bononiæ, cujus acta apud *Goldaſtum d. l.* extant. Alias ex inſtituto Caroli M. *Modoetiæ*, ex *Ottonis M.* vero Mediolani; poſtea utroque in loco hæc coronatio peracta. *Schilt. Inſt. J. Publ. l. 14. 24.* quamvis *Mediolanenſes* ex invidia coronationem Modoetiæ factam *palearem* dixerint. *Sigon. L. 3. de R. J. Vitriar. l. 8. 6.* Vocatur alias ferrea, propter laminam quandam ferream ſummitati intextam. *Limn. II. 4. 46. Agrippa de Coronat. Caroli V.* apud *Goldaſt. P. 3 P. IV. pag. 331.* vocat *chalybeam.*

Germ. §. V. Germanicam autem coronam poſt Carolum V. omnes acceperunt, & *Leopoldus* articulo etiam XXXVII. & *Joſephus* articulo XXXVI. Cap. ad illud ſe adſtrinxere. Etſi vero dicitur ibidem Römiſche Königl. Cron: ſeries tamen verborum, & collatio cum prioribus Capitulationibus docet, nullam aliam, quam Teutonicam intelligi. Quæ ideo Romana dicitur, quod electus Rex ſimul ex eo Jus accipiat in R. Imperium. Hæc corona-

ronatio prima dicitur & eſt, juxta *A. B. cap. 28. §. 5.*

§. VI. Locus, ubi ſuſcipienda, ordinarius eſt Aquisgranum, juxta vetuſtiſſimam conſuetudinem, ad quam *A. B. d. l.* provocat. Quam tanti habuit Carol. V. ut nullibi, quam hic coronari voluerit, R. J. 1521. præf. *Maur. de Coron. Carol. V.* Poſtea tamen graves ob cauſas, alio in loco ſæpius peracta, ſine tamen præjudicio dictæ Civitatis. Quod noſtra ætate teſtatur Capit. *Leopold.* art. 37. & *Joſeph.* 36. (*) Locus ejus.

(*) Proſpectum quoque fuit huic civitati, cum Carolus VI. anno 1711. Francofurti coronaretur. vid. Lünig. Theatr. Cerem. polit. T. 1. p. 1295.

§. VII. Actus hic coronationis ſacer, non civilis tantum habitus eſt a plerisque gentibus, & ideo Sacerdotibus, commiſſus, iisque ſummis. Quod imitati ſunt Germani quoque. In Germania antiqua lis fuit de jure coronandi inter ſummos Præſules, & jam tempore Ottonis, ut videre eſt apud *Wittekindum* in *Ottone I.* quod tamen tunc Moguntini *notæ almitati* ceſſit. In A. B. cap. 4. §. 4. dignitas & officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi tribuitur *Colonienſi* Archi-Epiſcopo, nulla loci facta diſtinctione quidem; ſed procul dubio ideo, quoniam *Aquisgranum* in Diœceſi Colo- Quis coronatione hac defungatur.

Coloniensis Archiepiscopi situm. Atque hactenus *Moguntini* primus locus non fuit observatus, qui & ipse *Magdeburgico* Archi-Episcopo, tanquam Primari Imperii in rebus Sacris interdum postpositus fuit. *Schilt. Inst. J. Publ. l. 14. 27.* Sed quia non semper *Aquisgrani* coronatio peracta, sessio & præcedentia etiam pro loci diversitate variat, *A. B. c. 3. & 21.* controversia extitit inter Moguntinum, & Coloniensem, tempore Ferdinandi IV. coronationis acerrima, ad quem illa coronatio Ratisbonæ suscipienda pertineret? quam peregit quidem tunc Moguntinus, sed gravissime contradicente Coloniensi Legato. *Limn. T. 11. add. L. 3. cap. 6. num. 3.* Namque Moguntinus asserebat, rationem A. B. hic cessare, atque adeo sibi tanquam primo Archi-Episcopo tali casu jus hoc competere observantia innixum, cujus partes strenue defendit *Conringius, in assertion. Jur. Mogunt.* cui se Colonienses fortiter opposuerunt, verbis A. B. insistentes.

Lis de hac re.

§. VIII. Res fere in eo erat, ut ad arma deveniret, nisi transactione tempestive fuisset sopita 16. Junii, 1657. quæ firmata est *art. 37. Capit. Leopold. Joseph. art. 36. Carolin. art. 3.* Summa hæc est. (1.) Operam dandam, ut coronatio Aquisgrani fiat, nec alibi, sine legitimo impedimen-

Composita.

Quomodo?

dimento; (2.) cuilibet ex his duobus coronationis jus esse privative, in cujus Archi-Episcopatu & propria Diœcesi actus hic suscipiendus; (3.) si extra utrumque Archiepiscopatum in Episcopatu, suffraganeo hujus, vel illius, vel in Archi- & Episcopatibus extra Provincias Archi-Episcopales, Moguntinas & Colonienses sitis, alternationi locum fore; (4.) si extra Archi-Episcopatum Moguntinum, & Coloniensem inter, vel extra utriusque Provincias coronatio peragenda, Coloniensem prima vice illa defungi debere; operam etiam dare velle Moguntinum, ut Leopoldi coronatio Coloniæ fieret, cum incendio Aquisgranum fere esset consumptum. Quod & in Capit. *Leopold.* cautum *art. 37*. Sed licet postea consilium hoc mutatum, & Francofurti actus hic celebratus, nihilominus tamen Moguntinus passus est, Coloniensem his partibus defungi. *vid. Limn. ad A.B. cap. 4. §. 3. obs. 4. Josephum* inauguravit Moguntinus *Augustæ Vindel* Qua parte id observandum, licet Moguntino, vel Coloniensi jus coronandi competere dicatur, & primas partes, in ungendo & benedicendo, hic vel ille habeat, reliquos tamen duos assistere, & a tribus coronam imponi. (*) Illi tamen, qui actu hoc defungi, vel interesse ei volunt, debent esse

esse infulati, cum hæc res ad illas, quæ ordinis dicuntur, pertineat, & peragantur ab illis tribus, quatenus sunt Episcopi, non qua Electores.

(*) In nupera Caroli VI. coronatione idem factum a Moguntino & Trevirensi. vid. Lünig. Theatr. Cerem. polit. Tom. I. p. 1292.

Temp. §. IX. Tempus, quando Coronatio suscipienda, nullibi definitum præcise; capitulationibus tamen cautum, quamprimum id fieri debere. Quod dum instat,

Kleinodia. *Norimberga* & *Aquisgranum* insignia & kleinodia ac infulas mittunt, & illa quidem coronam, quam *Caroli M.* fuisse tradunt, sed incertis argumentis; nomen tamen *Conradi* in semicirculo superne innexo ostendere, notum est. Præterea annulum, sceptrum, pomum, ensem, Dalmaticam vestem Carol. M. &c. *illuc* transferri curat, quæ omnia accurate describuntur a *Wagenseilio in Comment. Civit. Norimb. pag. 234.* & a *Dno de Ludewig in Dissert. de hac materia.* Aquisgranum vero gladium Caroli M. & capsulam sanguine S. Stephani repletam exhibet. *vid. Vitriar. L. 1. tit. 8. §. 2. Kregelii diss. de Lipsanis & Insul. Mulzius in Repræs. Maj. Inst. P. II. c. 25. n. 103.*

Solennia actus hujus. §. X. Solennia Coronationis, quæ tum in processione ad ecclesiam, tum in ipso actu in templo, (cujus variæ sunt partes: missa

missa, interrogatio & responsio ad capita quædam, rogatio & acclamatio populi, unctio, traditio annuli, sceptri, pomi, jusjurandum, gratulatio, creatio Equitum, receptio Imperatoris in Canonicum Ecclesiæ Aquisgranensis, &c. vi cujus sub utraque specie Sacramentum Cœnæ accipit,) tum reditu ad Curiam, solenni prandio, atque præstatione officiorum Archi-Principum consistunt, prolixe hic describere non licet. Legi possunt illa passim in Act. Publ. & apud Scriptores. *vid. H. E. T. 1. p. 104. seq. Schweder. P. S. Sect. I. cap. 2. §. 35.* De ordine vero procedendi & sedendi in his solennibus, extat hodie conventio & decretum Collegii Electoris, quod octavo Electoratu introducto prodiit. *Limn. ad A. B. cap. 6. §. 1 obs. 9. & H. E. T. 1. pag. 104.* Si res noni Electoratus ad exitum venit, nova conventione hac parte erit opus. Cæterum ea, quæ de protectione Catholicæ Ecclesiæ spondet, explicanda sunt ex *art. 1. Capit.* Quod vero de reverentia Papæ exhibenda ibidem habetur, ad veterem pertinet superstitionem, vel ad hypothesin Religionis Rom. Catholicæ, qua rectius abstineretur.

§. XI. Officium circa mensuram avenæ Archi-Mareschalli, qui primus inter omnes eo defungitur, in solennis Curiæ hujus Offic. Archi-Princi-pum.

hujus celebratione describitur, *in A. B. cap. 27.* In coronatione *Leopoldi* Elector Saxoniæ ipse eo functus, in *Josephi* autem & *Caroli VI.* inauguratione, eo absente, Comes *Pappenheimius*, Vicarius ejus. Secundus post Saxonem officium subit *Archi-Camerarius*, pelves argenteas offerens cum aqua Regi. (*) Tertius *Archi-Dapifer*, qui olim *Palatinus* fuit, (**) hodie *Bavarus* est, quatuor scutellas argenteas cibis repletas, ex bove assato, mensæ Imperatoris apponit. Quartus vero *Rex Bohemiæ* Archi-Pincerna potum primum porrigit, quod, antequam fiat, hodie *Archi-Thesaurarius Palatinus* missilia jactat. Observatum est in ultimis inaugurationibus, intuitu horum officiorum, quodammodo recessum esse ab A. B. *vid. H. E. d. l. T. 1. pag 110. & Schweder. d. l. §. 28.* Et quamvis, absentibus Electoribus, eorum Vicarii munera hæc subeant: tamen Brandenburgico Vicario a Legatis Electoralibus concedi id noluit in ultimis duabus coronationibus. *vid. Beckm. Not. dign. diss. 4. cap. 1. §. 6. vid. Aut. H. Europ. P. I. 110. 121.* neque etiam in coronatione Caroli VI. vicarius, sed legatus officio consueto functus est. *vid. Diar. Coronation. p. 40. seq.* Ecclesiasticorum officia per *A. B. cap. 27.* hæc sunt, ut stent ante mensam secundum ordinem *cap. 3. A. B.* atque eidem benedicant.

Ecclesiasticorum.

Postea

Postea sigilla seu typaria ante Regem reverenter ponunt, quæ a Cancellario Curiæ acceperunt, quæ Imperator vel Rex statim restituit, atque is, in cujus Archi-Cancellariatu res geritur, majus sigillum, durante convivio, collo appensum gestat.

(*) Notatu dignum est, in ultima coronatione Caroli VI. Legatum Brandenburgicum post Sintzendorffium demum officium suum peregisse, cum reservatione tamen de non præjudicando, quoniam ipsi ob turbam populi equus adduci non poterat. vid. Lünigs Theatr. Cerem. Polit. Tom. I. p. 1296. & Diar. Coronat. p. 49.

(**) In coronatione Caroli VI. ob notissimam Bavari proscriptionem munere Archidapiferi Palatinus, ut supra notatum, functus est. At per pacem Badensem id denuo ad Bavarum transiit.

§. XII. Quibus omnibus peractis, quilibet ex Electoribus mensæ peculiari accumbit: quod absentium Legati, vel Vicarii non faciunt, licet & absentibus mensæ secundum eorum ordinem sternantur, vacuis, sed tectis scutellis repletæ. Cæterum iis mensis mensa Imperatoris, vel Regis gradibus aliquot superior, vel elatior esse solet. Convivio peracto, Elector unus ex Ecclesiasticis gratias dicit, atque Imperator, vel Rex domum ducitur ab Electoribus, quorum quilibet postea ad hospitium se recipit suum.

CAP. XX.
DE AUGUSTA.
§. I.

Augustæ nomen unde?

COmmode hic agitur de ea, quæ Imperatori matrimonio juncta est, & *Augusta* dicitur; quæ appellatio ex Romanorum institutis originem ducit. Sub initio Imperatorum conjuges titulum *Augustarum* non jure connubii, sed tunc demum, cum in *Augustas* renunciarentur, consecutæ sunt. Quod primum contigit *Liviæ* testamento *Augusti. Tacit. I. Annal. 9. 2.* Altera Agrippina fuit, quæ hoc cognomento aucta. *Tacit. XII. 26. 1. vid. Sueton. in Claud. cap. 2.* Interdum etiam sorores Principum & filiæ ita dictæ. *Limn. IV. 14. 6* Postea nomen hoc conjugi Imperatoris jure connubii competere cœpit. *Schilt. L. I. Inst. tit. 16. §. 2.* & hic titulus passim in Jure Civ. occurrit. *L. 31. ff. de LL. §. fin. Inst. de Usucap. Nov. 8. cap. 1.* atque uxoribus Germanorum Imperatorum quoque datum est.

Participat a splendore mariti.

§. II. Quæ vero ita assumpta fuit in societatem conjugalem, vel cujus maritus, qui ante susceptum imperium illam duxit, ad fastigium hoc ascendit, illa particeps fit omnis dignitatis, quæ marito competit; atque ideo titulo Majestatis insi-

insignitur, ejus insignibus, corona, sceptro, throno utitur, ac jam olim proximum ab Imperatore locum in Curiis Imperialibus occupavit. Juxta *A. B. tamen cap. 26. §. 5.* in solennibus processionibus post Regem Bohemiæ incedit, ne ordo turbetur; quod fieret, si Rex Bohemiæ, tanquam officialis, post Imperatricem, & cœtum ejus fœmineum ingrederetur. *Mulzius P. I. cap. 13. §. 9.* Ista dignitas firmari solet solenni coronatione, quam totuplicem petere, & impetrare potest, quotuplicem accipit Imperator. Germanicam nostra ætate suscepit D. Leopoldi conjux anno 1690. Augustæ Vindel. *conf. Carpz. de L. Reg. cap. 10. S. 11. H. Eur. T. I. pag. 140. 147. 148.*

§. III. In Rom. Republ. Augustæ non participabant ab imperio, jure scil. licet de facto sæpe publicis rebus immiscuerint sese, multumque etiam effecerint. Hinc *Ulpianus L. 31. ff. de LL.* ait: *Augustam Legibus solutam non esse*, scil. ipso jure, per L. Regiam: *Principem tamen eadem Privilegia*, vel jure Privilegii eadem *tribuere, quæ ipse habet*, non ut privilegia (nam hæc in summum Principem non cadunt,) sed jure Imperii: modo scil. illorum capax esse potest. Hinc Legibus Civ. obnoxia non est, atque ejus domus eadem privilegia habet, quam Fiscus

Jura ejus ex jure Rom.

Fiscus & domus Imperatoris §. *fin. Inst. de Usucap. L. 6. §. 2. ff. de J. Fisci.* Alia exempla peti possunt ex *L. 7. C. de bonis, quæ liberis L. 34. pr. C. de donat. L. ult. C. de quadrien. præscript. L. 26. C. de Donat. inter V. & U. L. 6. C. de Vectig. L. pen. ff. de heredi Instit.* & ad præsentem statum applicari.

Ex Jure Germaniæ. §. IV. Germaniæ Reges in consortium Imperii Augustas admisisse interdum, ac negotia quædam, reditus præsertim concernentia, commisisse illis, exemplis docet *Schilter. d. l.* Quorsum etiam formulæ spectant, quibus dicitur in diplomatibus, & coronatione *Consors Imperii, vel Regni.* Sed credo illud consortium magis honoris speciem esse, quam verum: nec enim Germani temere Imperium muliebre, vel ejus consortium passi sunt. Et si aliquando cura quædam eis fuit commissa, subordinata saltem fuit. Hodie vero ab Imperii jure non participant; permittit tamen Imperator, ut jus primariarum precum exerceant in Collegiis religiosis fœminarum. Allegantur in hanc rem passim tabulæ *Eleonoræ Friderici III.* Conjugis: quas ideo in dubium vocat *D. Wagenseil. de Offic. Imp. cap. 7. §. 49.* quod titulum zu allen Zeiten Mehrerin des Reichs continet & formulam unsers Kayserthums im achten Jahr, quæ ad forum nostri Imperii non quadrare dicit. Plane

Plane hodiernus ſtylus Curiæ titulum iſtum Imperatrici non tribuit.

§. V. Officialem habet Archi-Cancellarium *Abbatem Fuldenſem*, cui aliquando Vicarius fuit in aula. Oeſter. Ehren-Sp. *f. 650.* Nec deſtituta Cancellaria ſua eſt, & Archivo, *Mulzius R. 1. cap. 33. § 7. Lynck. de Archiv. Imp. pag. 16.* Illius munus in Imperatoris coronatione Germanica conſpicuum eſt. *vid. Mallincrot. Canc. Imp. Limn. L. 14. 23.* Archi-Marſchallus ejus eſt *Abbas Campodunenſis*, cui dignitas hæc anno 1683. renovata. Archi Capellanus quondam fuit *Abbas Sancti Maximi in Treviris*, quæ Abbatia nunc Eccleſiæ incorporata eſt cathedrali. *H. Eur. T. I. pag. 149. Mulzius d. l. § 8.* Ut taceam alios officiales Aulicos utriusque ſexus, qui ex notitia Aulæ Cæſareæ cognoſci poſſunt. Officiales ejus.

§. VI. Ob illud vero conſortium crimen ſi non perduellionis, læſæ majeſtatis tamen in eam committi poſſe, nullus dubito. *Schilter. d. l.* licet alioquin illud non impediat, quo minus non tantum jure thori, ſed etiam imperii, marito ſubſit, & ab hoc & imperium & judicium in eam exerceri poſſit. *Mulzius d. l. §. 2. Schilt. d. l. §. 3.* An crimen læſæ Majeſt. in illam committat.

§. VII. De vidua Imperatrice vid. idem *Mulzius d. l. §. 10.*

CAP. XXI.

DE REGE ROMANORUM ET MODO AD HOC FASTIGIUM PERVENIENDI, ELECTIONE SCIL. EXTRAORDINARIA.

§. I.

Regem Romanorum in ſenſu ſpeciali illum dici, *qui vivo Imperatore electus, eidemque ſucceſſor*, ac *coadjutor datus eſt*, monui ſupra *cap. 17.* §. 7. Electionem ejus vero extraordinariam vocari dictum *c. 17.* §. 5.

Origo hujus electionis. §. II. Ante Seculum XVI. vivis Cæſaribus, ſucceſſores datos fuiſſe, hiſtoriæ teſtantur, & exempla refert *Schweder. P. S. Sect. I. cap. 3.* §. 4. nec A. B. id prohibet, licet diſerte hac de re non agit. Imo ad evitanda longi interregni incommoda, & cohibendas ſpes pravas exterorum, utile id videtur. Cum vero *Carolus V.* vellet, eligi anno 1531. fratrem *Ferdinand. I. Johannes* Saxo autem cum ſociis, imo ex Catholicis *Bavarus* præſertim acriter adverſarentur, improbarentque iſtam electionem, quod videretur libertati ordinum adverſa, & hereditariam ſucceſſionem introducere, nec ſatis deliberatum fuerit, an hæc electio ſit neceſſaria ac utilis Imperio &c. magni inde ſunt nati motus

Dubia temp. Car. V.

motus, de quibus vid. *Sleid. L. 7. Gold. Pol. Imp. P. II. Hortleder. T. I. L. 3. cap. 13. L. 4. cap. 9. Seck. H. L. III. Sect. 1. §. 2.* Agnovit tandem transactione Cadaviensi *Johannes Fridericus Ferdinandum* pro Rege sub certis conditionibus 1534. a qua tamen, cum *Ferdin.* transactioni non stetisset, recessit; donec Spiræ tandem 1544. negotium compositum fuit. Sed tamen quæstio de electione Regis R. tunc non fuit decisa. *vid. Transact. dict. ap. Hortled. d. l. pag. 873.*

§. III. Tempore *Rudolphi II.* disputatum fuit, an invito Imperatore (quod antea factum nunquam est,) talis eligi possit. Ægre enim ferebat *Rudolphus*, quod Electores *Matthiam* eligere vellent, se superstite. Quam ob rem mortuo interim *Rudolpho*, in hujus Capit. *art. 35.* ita sibi prospexerunt, ut liceret vivo Cæsare zum Behülff, oder da es sonst dem heiligen Röm. Reich nothwendig, oder nützlich, eligere R. R. eo etiam invito, si ad prævias preces Electorum, sine justa causa, consensum denegaret: quod repetitum in Ferdin. II. Cap. *art. 34.* Ferdin. III. *art. 38.* Carol. VI. *art. 3.* Tempore Rudolphi.

§. IV. In tractatibus P. W. Galli Sveci-que volebant tabulis inseri, Cæsari non nisi defuncto subrogandum esse successorem, quo eo major libertas esset eligen- Pacis Westphal.

di. Sed, quia intelligebant OO. in odium Domus Austriacæ hæc postulari faltim, nolebant assentiri. Evangelici tamen Principes existimabant, electionem hanc tunc demum Electoribus concedendam, si universa comitia judicaverint ex usu imperii eam esse. Nihil vero decisum, sed res ad proxima Comitia rejecta, *art. 7. §. Habeantur J. P. O.* Sed nec in illis Comitiis hac de re quid constitutum, sub quibus Electores vivo Ferdinando III. Ferdinandum IV. elegere, addita eadem formula, art. 36. quæ anterioribus Capitul. annexa. Cum Leopoldus eligendus, ordines volebant, inseri Capitulationi, electionem R. R. ea ratione suscipiendam, Wie solches auf nechst-künfftigen Reichs-Tag mit gesambten Ständen, vermöge Instrumenti pacis, wird gehandelt und verglichen werden. E contrario verba: Wann derselbe anf angeregte Bitte ohne erhebliche gnugsame Ursachen verweigert werden solte, omittenda esse. *vid.* Grundveste *P. 3. cap. 3. pag. 239.* Ultimum placuit Electoribus, atque adeo ex omissione verborum colligi posse videtur, consensum Imperatoris ne quidem expetendum esse. *Her. Europ. T. 1. pag. 151.* Prius vero noluere facere Electores juri pristino insistentes, asserentesque sibi arbitrium, an e re sit eligere hunc Regem? quod

quod illis eo minus invidendum, quod, quis eligendus? ad eos indubie pertineat, & sic quæstio *an*, ab illa *quis?* non separanda videatur. Nec in Comitiis præsentibus hac parte quid conclusum est, licet multum de ea disputatum *Her. Eur. T. 1. pag. 153.* in quibus nec negotium perpetuæ capitulationis, (cujus vide *art. 3.* hac de re) exitum cepit. (*) Atque adeo & electio Josephi ex arbitrio Electorum solorum haud invito, sed suadente potius Cæsare, *vid. Proposit. ejus in dicta Elect. 1689.* fuit peracta & *art. 35* hujus C. eadem inserta, quæ Leopoldinæ. In ipso tamen actu electionis consensus *Leopoldi* fuit expetitus, ceu & factum antea in electione *Ferdinandi III. Ferdin. IV.* uti acta docent.

(*) Jam autem hæc controversia vigore constitutionis antea inter Electores & Principes factæ & Capitulationi novissimæ Caroli VI. art. 3. insertæ, jam sopita est.

§. V. Cæterum electio & inauguratio eodem modo fit, ac supra de electione ordinaria dictum, paucaque singularia hic sunt, quæ si Cæsar ipse adest, ejus præsentia exigit, *Schweder. d. l. §. 7.* *Ferdinando I.* nulla præscripta fuit Capitulatio, quod electio ejus turbulenta esset, & crederetur secundum *Caroli V.* capitulationem eum alias agere debere; nec

Form. hujus Elect. & Coronat.

plus posse, quam illum. Factum tamen id est resignante *Carolo V. Vid. Limn. ad Ferdin. I. capit. pag. 469.* Postea omnibus statim Capitulatio praescripta: quae tamen vivo Imperatore, tanquam lex publica allegari nequit, nisi in quantum ipsum Regem electum stringit.

Rex hic R. nanciscitur jus succedendi.

§. VI. Ex ista autem electione nascitur jus certum successionis, ita ut vacante throno statim, & nomen Imperatoris & imperium consequatur, secundum modum Capitulationis. Quid praestandum ante susceptam administrationem Josepho fuerit, dictum *cap. XI. §. 13.* Alias notam facit saltem Electoribus susceptionem Imperii.

Summam post Caesar. dignit.

§. VII. Nanciscitur etiam inde summam post Caesarem existimationem. Atque hinc omnibus & singulis Imperii statibus praefertur. *vid. R. J. 1555. §.* Und in Fall. Titulus etiam *Majestatis* illi ab ipsis datur, adhibitis formulis subjectionis. Porro axioma *Capitis Imperii* des obersten Haupts nach der Kayserl. Majestät, *Augusti*, & *semper Augusti*, illi tribui solet; non tamen *invictissimus* dicitur, *Schweder. d. l. §. 8. Schilter. L. 17. 5.* Et insignis loco aquila Romana utitur, quae tamen non est biceps, *Schweder d. l.* Tribuunt etiam illi praecedentiam scriptores prae aliis exteris Regibus, *Schweder. d. l. §. 9.* quod

9. quod tamen forte non est sine contradictione.

§. IIX. Quoad potestatem vero, quam nanciscatur ex hac electione, an *propriam*, an *delegatam*, an *summam*; eamque *potentia*, vel *actu*, eoque, utrum *primo*, an *secundo*; an vero *subordinatam?* varie disputant. Videtur, *propriam* potestatem illi competere; non quidem *summam*, verum *subordinatam* imperatoriæ potestati, & sub certo modo exercendam. Prius probatur inde, quod potestatem, qua gaudet, non accipiat ab Imperatore, sed habeat ex electione, ita ut invitus etiam Cæsar illum admittere teneatur, cum res postulat; & interdum sine mandato expresso illius agere possit. Atque adeo tribuitur ipsi plenitudo potestatis. *R. J. de anno 1542.* §. Würde sich, & administratio tum Imperatoris, tum suo nomine *R. J. de anno 1555. ibi:* An statt und in den Nahmen Käyserl. Majestät, und für uns selbsten, *O. C. P. 1. T. 1.* Tributiur etiam ipsi regimen in fine omnium talium Capitulationum: & *Josephus* invictissimus annos Imperii sui computat, non a morte *D. Leopoldi*, sed ab electione sui ipsius. *conf. Schwed. d. l. §. 8.* Atque adeo non puto, illum conferri debere cum *Delphino Galliæ.* Posterius vero docent Acta publica, e. c. *litera Caroli V. ad Commissa-*

Quam potest. habeat.

missarios Augustanos, ap. Limn. ad Cap. Maximil. II. a. 18. clausula Capitulationum Maximiliani II. 33. Rudolphi II. 32. Ferdinandi IV. 47. Ex quibus satis apparet, nihil detrahi autoritati Cæsareæ, nec ullo modo ejus imperium per Regem R. impediri. *vid. declarat. Elect. apud Londorp. T. 4. L. 3. num. 8. pag. 618.* sed potestatem ejus subordinatam esse, & sub modo hoc exerceri; si vel committat negotium Cæsar, *R. J. d. 1555. § 4.* quod secundum legem commissionis expediendum; vel impeditus sit, ut ipse non possit rebus imperii vacare, necessitas tamen postulet id fieri: ubi secundum LL. publicas, ipsum imperatorem stringentes, etiam sine mandato expresso Cæsaris agere potest, & debet. Etsi vero in novissima Josephi Capitul. verba: Dann so viel uns von Kayserl. Majestät eingeräumet und zugelassen, omissa, quia forte superflua visa: nemo tamen credat, omissionem istam quandam mutationem inferre. Ob istam vero causam etiam Cæsarem titulo Majestatis dignatur; *R. J. d. 1555. pr. 11.* illumque vocat Dominum suum; cum Cæsar per *Dignitatem Regiam* & *Dilectionem* illum saltim compellet: atque existimandum, eum judicio Imperatoris esse obnoxium.

§. IX.

§. IX. Ex his differentia Imperatoris, & hujus Regis facile cognosci potest. Plures habent Doctores, quæ tamen ad ceremonialia saltim pertinent. *vid. Lynker. ad Boeckler. de Rege R.* Cæterum etiamsi Summa Majestate non gaudeat, in eum tamen semper crimen Majestatis, seu Perduellionis committi proprie sic dictum, nullus dubito; quoniam procul dubio adversus totam Rempubl. & ejus securitatem immediate peccat, qui in successorem in Principatum, & Coadjutorem Imperatoris quid committit. Facit argumentum ex *A. B. cap. 24.* ab Electoribus petitum.

Differentia ab Imperat.

An crimen læsæ Majest. in eum committi possit?

CAP. XXII.

DE VICARIIS IMPERII.

§. I.

Vicarii imperantes in nostro Imperio Romano-Germanico illi dicuntur, *qui Imperatoris vices sustinent, sive absente, vel impedito Imperatore; sive etiam throno vacante.* Quorum potestas plerumque temporaria est, & in Germania semper; in Italia vero etiam dantur, qui perpetui sunt, & dicuntur.

Vicar.

§. II. Inter hos, qui *vivo Imperatore* vices ejus suscipiunt, primas obtinet *Rex R.* de

Rex Rom.

R. de quo *Cap. praeced.* actum. Eo deficiente, in Regno Germanico, si opus, ex veteri instituto, Palatino & Saxoni Vicaria absentis Imperatoris potestas competit, prout ex *cap. 42. Jur. Feud. Aleman.* discere id licet, quem locum *Commentarii Schilteriani* egregie explicant. Causa fuit procul dubio, quod inter primarios officiales seculares fuit *Comes Palatinus* ad Rhenum, & *Mareschallus Saxo*, cui in *Henrico Leone* dignitas *Palatini Saxoniae* accessit, atque, licet eo exauctorato, in alios translata, tempore Rudolphi I. tamen in Albert. II. Saxoniae Duce restituta est. *Jurispr. Feud. c. IIX. §. 51. D. Schurzfleisch. de Vitric. Eccles. §. 10.*

Palat. & Saxo.

An A. B. de vicar. vivo Imper.

§. III. De hoc vero Vicariatu nihil habet expresse A. B. ideo forte, quod illo tempore, quo condita, nullum de hac re dubium fuit: neque tamen etiam ulla ratione illi contrariatur; verum eum implicite firmat. *Palatini* jus confirmavit *Carolus IV.* 1356. & *Rupertus* anno 1401. in cujus tabulis, quas exhibet *Freher. de O. P. cap. 16.* haec verba habentur: *In ipsius absentia Vicariatum Imperii in Germania, Gallia* (Belgica) *& Regno Arelatensi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuisse & pertinere. Maximiliani I.* & *Caroli V.* confirmatio habetur *apud Goldast. R. S. T. 1. pag. 241.* Saxonis jus nulla quidem peculiari Bulla

Bulla firmatum legitur, sed nullibi tamen imminutum. Nam ut taceam *A.B. cap. 5. §. 2.* testari eodem provisionis jure Saxonem gaudere, ac Palatinum: *Maximilianus I.* Fridericum Sapientem Gubernatorem Imperii esse jussit; & *Carolus V.* cum secundum capitulationis suæ *art. 3.* ann. 1521. abiturus in Hispaniam consensu Imperii Vicarios Stadthalter, & Regimen constitueret, illudque munus fratri *Ferdinando* concrederet, tum *Saxoni*, tum *Palatino* literis reversalibus cautum voluit, ne hæc res illis præjudicio foret; quod & in ipso dicto *art. 3.* factum. Utræque tabulæ reperiuntur apud *Goldast. in* Reichs-Satzungen *P. I. pag. 243.* ex quibus Saxoni datæ ad A. B. in sensu excellentiori ita dictam procul dubio, provocant. Ex illis vero omnibus apparet, alios quidem ab Imperatore, in casu absentiæ, constitui posse vicarios, sed tamen non sine consensu ordinariorum Vicariorum. *Schilt. l. 18. 6. Thülemar. de Octo Vir. cap. XXII. §. 11. Vitriar. L. 11. 7. ibique Pfeffinger. H. E. Tom. I. p. 165.*

§. IV. Quod vero de casu absentiæ dictum ad casum, ubi alias impeditus est Cæsar e. g. morbi chronici, absque dubio quoque pertinet. Quocunque vero casu vices suas Vicario committat Cæsar, illius potestas dependens, atque subordina- De potestate Vicar.

dinata est, & arbitrio Cæsaris subjecta: atque revocato mandato, vel cessante impedimento expirat. Quænam ratio *Vicarii* & *Regimenti* a *Maxim. I. 1500.* & *Carolo V. 1521.* constituti fuit, quænam negotia illis commissa? ex ordinationibus Regimenti, quæ iisdem annis prodierunt, discere licet. Quod Regimen Evangelicis grave postea fuit, & multas querelas excitavit, ac demum circa annum 1531. plane evanuit. *vid. Seckendorf. Hist. Lutheranismi Lib. I. §. 88. num. 1. & 163. addit. I. Lit. Y. Dn. Rechenb. dissert. de Regimento Imperii §. 12. seqq. & 35.*

Quod si non idoneus sit Cæsar.

§. V. Pariter si Imperator, vel Rex plane non idoneus ad regendum imperium, nullis aliis quam Vicariis ordinariis istis temporarium regimen competit. Atque ideo in electione Josephi, nemine contradicente, pactum est, ne ante legitimam ibique definitam ætatem electus administrationem suscipiat, sed omnem illam relinquat Vicariis. Quo quidem casu non ex arbitrio Cæsaris, vel Regis, sed suo, eo modo, ac si imperium vacet, de quo mox dicendum, administrant, licet, ut §. 47. *dict. Capit.* docet, negotia nomine electi debuerint expediri. Quæ quidem cautio, ut notum est, caruit effectu.

§. VI.

§. VI. Vacante throno, quod quibus modis contingat, infra dicendum, maxime iis opus est, qui interim gubernacula Imperii dirigant. Nam recidit quidem, deficiente Imperatore, nullo existente successore, Majestas in totam Rempubl. tanquam subjectum commune; sed quando omnes ea uti & imperare cupiunt, multa nascuntur mala, quæ Germania satis experta est, tempore præsertim magni illius interregni, quod in seculum XIII. incidit, quo quilibet fecit, quod justum putavit. Legi de eo meretur *Lehman. L. V. C. S. cap. 95.* Itaque ob hancce causam usu jam dudum in Germania receptum fuit, interregni tempore, Principibus quibusdam vicariam Imperatoris potestatem deferre. Quod institutum, quia attentare voluit Pontifex *Johannes XXII.* sibique istam arrogare potestatem. *Extravag. I. Ne sede vacante.* Electores decretum contra illud attentatum 1347. fecerunt; & postea *Carolus IV.* in *A. B. c. 5.* vicariam istam potestatem novo robore donavit. *Avent. L. IIX. Schilt. l. 18. 6. Conf. dict. sup. c. VII. § 5. I.* De vicar. sede vacant.

§. VII. Sunt vero isti duo *Vicarii* seu *Provisores* Fürmund, Verweser, und Pfleger, itidem *Palatinus*, & *Saxo* juxta clarissima verba A. B. Quod ad primum attinet, nemo dubitat, illum hocce jure Quinam sunt.

jamdiu ante A. B. gavisum esse: quippe quæ testatur, ratione Principatus, seu Comitatus Palatini privilegio Principem hunc esse debere provisorem ipsius Imperii, si vacare contingat. De Saxone multis secus videtur, cujus jus A. B. demum cœpisse & anno 1376. peculiari bulla firmatum esse, volunt. *Strauch. Institit. Jur. Publ. I. XI. 6.* cum de antiquiori A. B. sileat & verba: *eodem jure provisionis frui volumus in* §. *2.* id exigere videantur, ac de novo quodam jure concesso loqui; sed sine causa. Quemadmodum enim §. 3. evictum, Vicariatum Saxonis diu ante A. B. viguisse in casu absentiæ; ita nullum dubium, idem de casu vacantis Imperii esse dicendum.

Origo. §. VIII. Origo vero horum duorum Vicariatuum absque dubio repetenda est a divisione illa Germaniæ, qua una pars juris *Francici* vel *Alemannici*, vel etiam *Suevici*; altera vero juris *Saxonici* dicitur. *Dn. Coccej. Inst. J. P.* §. *16. cap. IX. Schilter. de Vicar.* §. *10.* In utraque parte Imperii summa palatia fuere, quibus Comites Palatini præfuerunt, atque loco Imperatoris in illis jus dixerunt: quibus adeo summam ob autoritatem, qua pollebant, tacito ordinum consensu administratio commissa, & quidem cuilibet in sua parte. Cum itaque nullibi legamus,

Comi-

Comitem *Palatinum ad Rhenum* in partibus *Saxoniæ* ante A. B. adminiſtrationem ſuſcepiſſe; non eſt, quod dubitemus, *Palatinos Saxoniæ*, quorum dignitas cum Ducatu, & Archi-Mareſchallatu coaluit, in tractu ſuo idem jus exercuiſſe; atque adeo verba A. B. de jure jam ante quæſito commode intelligi poſſe. *Vitriar. l. XI. 4. Schilter. de Vicar.* §. 9. & 16.

§. IX. Hodie Saxonis jus indubium eſt, atque nemine contradicente, *Johannes Georgius II.* poſt mortem *Ferdinandi III.* illud exercuit; etiam Rex Poloniæ *Augustus*, tanquam Elector Saxoniæ, poſt obitum *Joſephi*. Diploma Vicariatus extat apud Pfeffing. ad Vitriar. T. I. pag. 971. Poſtquam vero *art. 4. J. P. W. dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, officiis, præcedentiis, inſigniis, & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem ſpectantibus, nullo prorſus excepto, in domum Bavaricam tranſlata:* Elector *Bavariæ* Vicariatum quoque poſt mortem *Ferdinandi III.* ſibi vindicavit, prævenitque *Palatinum*, re cum *Saxone*, qui ab ejus partibus fuit, citius communicata. Urſit tamen *Palatinus* A. B. aliaque documenta, ex quibus liquido apparere dicebat, Vicariatum competere ratione *Principatus*, ceu *Comitatus Palatini*, (ſcil. ad Rhenum) *privilegio*. Palat. jus hodie Litigioſ.

 Qui

Qui *Comitatus Pal. P. W.* totus cum omnibus & singulis juribus quum restitutus sibi sit, jus hoc nominatim nullibi ademptum ipsi esse affirmabat; idque eo minus dubium videri, quia in tabulis investiturae, quas *Bavarus* accepit post *P. W.* jus Vicariatus ad instantiam *Palatini* omissum, quod in primis literis investitionis *Maximiliano Bavaro* post *Friderici V.* exauctorationem datis, 1628. 1638. insertum fuerat. Scripta, quae de hac re in utramque partem edita sunt, recenset *Schweder. P. S. Sect. 1. cap. 33. § 4. Schilter. de Vicar. §. 23. Limn. T. ult. add. L. 3. cap. 11. pag. 215. sqq.* Promulgavit *Palatinus* etiam diplomata Vicariatus, & pro Vicario se gessit. Sed acta a *Bavaro* confirmavit postea *Caesar.* Res tamen per id penitus decisa non est. Quousque tentata amicabilis compositio pervenerit anno 1673. legi potest apud *Schilter. J. J. P. add. ad T. I. pag. 196. pag. 29.* Res nondum confecta est. Quid inter Elect. Palat. & Legatum Bavaricum in diaeta elect. Leopold. occasione hujus controversiae Francof. contigerit 1658. legi potest *in H. E. T. 1. pag. 163.* Nunc vero spes *Palatino* de jure hocce sibi asserendo esse potest, dum Bavarus omnibus suis juribus per bannum Imperii est exutus. *Conf. H. E. T. 1. pag. 162.* (*)

(*) Hinc ultimo interregno anno 1711, Johannes Wil-hel-

helmus Palatinus jura Vicariatus exercuit. Diploma Vicariatus extat in Elect. Jur. Publ. T. III. p. 422. & ap. Pfeffing. ad Vitriar. T. 1. pag. 970. Quoniam tamen Bavarus per pacem Badensem art. 15. in integrum testitutus est, facile patet, controversiam hanc non omnino sopitam esse.

§. X. Isti vero Vicarii exercent jus suum secundum usum antiquum Juris *Saxonici* & *Suevici*, seu *Francici; Saxo* nempe in ditionibus, ubi jus *Saxonicum* observatum, alter vero in ditionibus, ubi Suevicum. Quos limites late indicat *Limn. ad A. B cap. V. §. 1. Obs. 3. §. 2. c. 45. H. E. T. 1. pag. 161. 164.* Etsi vero in hac, vel ista provincia jus unum alterumve hodie non amplius in usu est: nihil tamen ideo detractum est juribus Vicariatuum. Nam observantia jurium illorum non ut conditio, sed ut demonstratio finium in A.B. allegatur. Dantur tamen etiam quædam, quæ non divisis regionibus, sed conjunctim exercent, ut judicium Camerale. *Schilt. de Vicar. §. 10.* Limites Vicarii.

§. XI. Quoad potestatem, quam Vicarii habent, observandum est, illam, postquam lege fundamentali fundata est, independenter illis, casu existente, competere, & propriam esse, etiamsi olim a delegatione cœperit. Tanta vero est, quanta fuit potestas Imperatoris, nisi qua restrictio doceatur: quod & natura rei, Potestas Vicariorum horum.

& A. B. d. c. V. satis docet. Qua parte respiciendum puto esse ad illius Imperatoris Capitulationem, cui succedunt Vicarii in Imperio temporario. Nam quousque nulla lex fundamentalis alia extat, status reipubl. idem manet, ac per novissimam fuit: & sic existimandum, non plus, nec minus habere potestatis, quam decedens Imperator. Hinc quæ Imperator non aliter quam consensu Statuum, vel Electorum agere potuit, nec illi possunt *Schilter. de Vicar.* §. *15.* Imo & in illis quæ agere possunt, caute agere solent, &, plerumque in rebus majoris momenti, re communicata cum Collegio Electorali. *H. E. T. 1. p. 164.*

Exemplare A. B. §. XII. Recenset vero A. B. partes quasdam illius potestatis, *art. V.* §. *1.* ibi : *cum potestate judicia exercendi, ac beneficia Ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus & proventus, & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine, seu Imperii recipiendi, quæ tamen per Regem Rom. postea electum suo tempore omnia innovari, & de novo sibi ipsa juramenta præstari debebunt* Quæ omnia tantum exempli caussa allata, cum reliqua sub nomine *Provisoris* Imperii omnia comprehendantur. Restrictiones etiam ibidem habentur *quoad omne genus alienationis, & obligationis rerum imperialium*, atque *potestatem renovan-*

novandi investituram &c. De quibus omnibus plura dicenda erunt, quando de his ipsis juribus Majestaticis suo loco agendum.(*)

(*) Conf Dissert. Dn. Wernheri de Juribus Vicariorum S. R. Imperii in A. B. expressis & non expressis; Hab. Witteb. 1711.

§. XIII. Durat vero hæc potestas eo usque, quousque vacantia Imperii. Definit vero, quando novus electus Imperator, & ille suscipit administrationem *Limn. ad A. B. cap. V. §. 1. obs. 8.* (*) Gesta ab ipsis, ut novus Imperator confirmet, non magis opus esse puto, quam confirmatio gestorum a defuncto Imperatore. Sed majoris cautelæ causa a novo electo expetitur. *Vid. Capitul. Caroli V. art. 26. ubi Limn. pag. 287. Cap. Leopold. 36.* Exempla ex ævo *Car. V.* vide *ap. Goldast. R. S. p. 1. p. 242.* Salva tamen sunt gravatis forte per sententiam Vicariorum, remedia Juris, ut docet *Cas. decret. de 1659. ap. H. E. T. 1. p. 165.* Durat.

(*) Notabile est, quod in Capitulatione Caroli VI. art. 3. & 30. peculiariter dispositum reperiatur, Vicarios potestatem Vicariatus tantisper continuare debere, dum Imperator electus ipse in propria persona Capitulationem juramento confirmasset Conf. Dn. Auctor der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Regierung in Deutschland. p. 218. lit. h.

§. XIV. Uti vero ad *Romanum Imperium*

Vicar. in R. J. ſtricte dicto & Ital. proprie ſic dictum, vel *Regnum Italiæ* iſti Vicarii non pertinent, ita peculiares bidem dari Vicarios certum eſt. In u :be *Roma* & reliquiis hujus Imperii *Pontif ex*, ſi quam poteſtatem civilem habet, non aliam habet quam vicariam, & ſubc :dinatam Imperatori. *Lehman. C. S. L. III. cap. 24. L. IV. cap 15.* Sed hodie, & vivo Imperatore ſummam uſurpat poteſtater 1,& vacante throno ea utitur; de facto, non de jure. *vid. dict. ſupr. cap. IV.* §. 3. In re-

Duc. Mediol. gno Italiæ Familias Ducum *Mediolanenſium* ab Adolpho Naſſovio, & Carolo IV. jus Vicariatus perpetuum obtinuiſſe, traditur, in eodem ſcil. Ducatu. *Sigon. de Regno Ital. L. XX. Vitriar. illuſtr. l. XI. 2.*

Duces Sabaudiæ. §. XV. Non deſunt, qui tradunt *Henricum VII. Amadeo IV. Sabaudo* Vicariatum Imperii generalem & perpetuum in tota Italia conceſſiſſe. *Schweder. d. l.* §. 2. *& ibi c. 1* quibus tamen momentis id probetur, non ſcio. Illud vero ex diplomate conſtat *Sigismundi* de anno 1422. quod exhibet *Leibniz. in C. Jur. Cent. num. 124. p. 305.* eundem *Sigismundum Ludovico* de Sabaudia ann. 1412. Vicariatum in omnibus & ſingulis civitatibus, caſtris, quas dictus Ludovicus poſſidebat, & tenebat in partibus Pedemontii, dediſſe. Idem *Sigismundus* ann. 1416. *Amadeum Sabaudiæ Comitem Ducem* creavit, quod diplomata n.

126. &

126. & 127. ap. *Leipniz. d. l.* testantur. *Carolus V.* in confirmatione privilegiorum *Ducum Sabaudiæ* ab Antecessoribus, & speciatim *Maximiliano I.* concessorum provocat ad privilegia *Caroli IV.* quo Vicarios Imperii Sabaudos factos esse asserit, ut videre est, *apud Limn. T. II. ad L. V. cap. 14. num. 4. pag. 439. & 444.* Sed integrum hocce *Caroli IV.* privilegium Limnæus non produxit. Nescio etiam, quomodo cohæreant hæc cum privilegio Sigismundi, qui Vicariatum hunc concessit diplomate supra allegato, nullamque mentionem fecit paternæ concessionis *Caroli IV.* Cæterum diplomata apud *Leibniz. & Limnæum* satis indicant vicariam potestatem Sabaudi per Italiam non esse universalem, sed certis limitibus inclusam; nec quoque in dictis diplomatibus generalis per Italiam Vicarius dicitur, sed vocatur Princeps & vicarius perpetuus S. R. I. ut adeo titulus des Generalats, qui in *art. IV. Noviss. Cap.* habetur, prærogativam præ minoribus Vicariatibus Italiæ saltim inferat, vel qualitatem belli Ducis. *Conf. Itter. de Feud. Imp. cap. 9. §. 4.* Eadem diplomata docent, Vicariatus illius vim hanc esse, ut, quamvis ab Imperatore Vicarius dependeat, actus tamen Imperiales, & vivo & mortuo Cæsare, exercere possit, Marchiones, Comites, Nobiles creare,

Vicar. in R. J. strictè dicto & Ital. proprie sic dictum, vel *Regnum Italiæ* isti Vicarii non pertinent, ita peculiares ibidem dari Vicarios certum est. In urbe *Roma* & reliquiis hujus Imperii *Pontifex*, si quam potestatem civilem habet, non aliam habet quam vicariam, & subordinatam Imperatori. *Lehman. C. S. L. III. cap. 24. L. IV. cap 15.* Sed hodie, & vivo Imperatore summam usurpat potestatem, & vacante throno ea utitur; de facto, non de jure. *vid. dict. supr. cap. IV.* §. 3. In regno Italiæ Familias Ducum *Mediolanensium* ab Adolpho Nassovio, & Carolo IV. jus Vicariatus perpetuum obtinuisse, traditur, in eodem scil. Ducatu. *Sigon. de Regno Ital. L. XX. Vitriar. illustr. l. XI. 2.*

Duc. Mediol.

Duces Sabaudiæ. §. XV. Non desunt, qui tradunt *Henricum VII. Amadeo IV. Sabaudo* Vicariatum Imperii generalem & perpetuum in tota Italia concessisse. *Schweder. d. l.* §. 2. *& ibi c. 1.* quibus tamen momentis id probetur, non scio. Illud vero ex diplomate constat *Sigismundi* de anno 1412. quod exhibet *Leibniz. in C. Jur. Cent. num. 124. p. 305.* eundem *Sigismundum Ludovico* de Sabaudia ann. 1412. Vicariatum in omnibus & singulis civitatibus, castris, quas dictus Ludovicus possidebat, & tenebat in partibus Pedemontii, dedisse. Idem *Sigismundus* ann. 1416. *Amadeum Sabaudiæ Comitem Ducem* creavit, quod diplomata n. 126. &

126. & 127. ap. *Leipniz. d. l.* testantur. *Carolus V.* in confirmatione privilegiorum *Ducum Sabaudiæ* ab Antecessoribus, & speciatim *Maximiliano I.* concessorum provocat ad privilegia *Caroli IV.* quo Vicarios Imperii Sabaudos factos esse asserit, ut videre est, *apud Limn. T. II. ad L. V. cap. 14. num. 4. pag. 439. & 444.* Sed integrum hocce *Caroli IV.* privilegium Limnæus non produxit. Nescio etiam, quomodo cohæreant hæc cum privilegio Sigismundi, qui Vicariatum hunc concessit diplomate supra allegato, nullamque mentionem fecit paternæ concessionis *Caroli IV.* Cæterum diplomata apud *Leibniz. & Limnæum* satis indicant vicariam potestatem Sabaudi per Italiam non esse universalem, sed certis limitibus inclusam; nec quoque in dictis diplomatibus generalis per Italiam Vicarius dicitur, sed vocatur Princeps & vicarius perpetuus S. R. I. ut adeo titulus des Generalats, qui in *art. IV. Noviss. Cap.* habetur, prærogativam præ minoribus Vicariatibus Italiæ saltim inferat, vel qualitatem belli Ducis. *Conf. Itter. de Feud. Imp. cap. 9. §. 4.* Eadem diplomata docent, Vicariatus illius vim hanc esse, ut, quamvis ab Imperatore Vicarius dependeat, actus tamen Imperiales, & vivo & mortuo Cæsare, exercere possit, Marchiones, Comites, Nobiles creare,

homagium feudorum Imperii vice accipere, controversias velut delegata ab Imperatore autoritate terminare, atque id genus alia exercere. *Conf. Fürstn. de Supr. c. 25.* Notabile etiam est, esse in istis diplomatibus cautum, ne aliquis Comes Palatinus in districtu Vicariatus Sabaudici officium suum exercere possit. *vid. Limn. d. l.* Si penitius rem consideres, iste Vicariatus coincidit fere cum ea potestate, quam Status Imperii in territoriis suis habent. *Conf. D. Lyncker. in Analect. §. 2 cap. XXXIII. Sect. I. P. S.*

Dux Mantuæ. §. XVI. Anno 1655. cum Dux Mutinensis Gallicis copiis stipatus, Ducatum Mediolanensem invaderet, Ferdinandus III. vero copias in Italiam mitteret, præfecit illis Ducem Mantuæ cum titulo Vicarii Imperii, & Generalis in Italia, eumque de eo investivit. Ex literis tamen ejus legati ann. 1658. Electoribus exhibitis apparet, ipsum neutiquam prætendisse Vicariatum in tota Italia, sed tantum in suis ditionibus. Dicit enim ibidem, illum Vicariatum non esse novum, sed jam antiquis Ducibus *Mantuæ*, & *Marchionibus Montisferati* concessum, id quod ad *Adolphum Nassovium* referre solent. Sed mota tamen illi est de hac re gravissima controversia a Sabaudo, de qua in compendio agit *Maurit. ad art. 4. Cap. Leopold.*

Fecit

Fecit etiam illam suam Collegium Electorale, atque investituram, sine ipsius consensu factam, nullam declaravit tempore inter-regni, quæ declaratio confirmata est capitulatione Leopoldi & Josephi *art. 4.* & Caroli VI. *art. 26.* quibus Duci Sabaudiæ de jure suo Vicariatus & Generalatus satis prospectum. De aliis Italiæ Vicariatibus *vid. Schwed. d. l. H. E. T. I. p. 160.* (*)

(*) Vicarios regni Germani hodie etiam vicariatus jura per Italiam exercere, tradit Dn. Struv. Syntagm. Jur. Publ. c. 13. § 17.

§. XVII. *Carolum IV.* suo tempore *Delphino Franciæ* in *Regno Arelatensi vicariam* potestatem contulisse, notum est. Sed temporaria illa saltem fuit, ut eleganter id docet *Dn. Schurzfl. in Script. erud.* quæ allegavi *cap. IV.* §. *14.* Postea in perpetuum Vicariatus hic cessit Palatino, ceu ex dictis patet §. *3. vid. Limn. ad A. B. cap. V.* § *1. obs. 3.* Vicar. Arelatensis.

CAP. XXIII.

DE STATIBUS IMPERII IN GENERE.

§. I.

AD *imperantes independentes* suo modo retulimus etiam Status Imperii *cap. XVI.* §. *3.* ideoque nunc de iis agendum Status unde dicti?

dum est. Hi *Status* vel a *standa*, vel potius a *statuendo* dicuntur, quod jus *standi* habeant in Comitiis, vel jus *statuendi* de rebus ad rempubl. pertinentibus. Vocantur alias *Cives*, *Ordines*, *Proceres*, ac *Senatores*: sæpe etiam Consiliarii Imperatoris dicuntur, sed sensu valde defecato, cum non nudum consilium præbeant, sed suffragium ferant. Germanice vocantur, Stände, Reichs-Stände, quia locum in comitiis occupant: unde nomen der Reichs-Standschafft ortum. Etsi autem interdum vocabulum *Statuum* latius pateat, atque vel in genere pro omnibus *membris immediatis* accipiatur, vel etiam prædicetur *de statibus mediatis*, seu *provincialibus. vid. J. P. art. 16.* §. *14. R. J. 1654.* §. *14.* hoc tamen loco in sensu strictiori venit & excellentiori, eo scil. sensu, quem mox adducemus.

Quid sit? §. II. *Scil. Status Imperii est persona, vel membrum Imperii immediatum, habens jus sessionis & suffragii in comitiis, sive jus statuendi de rebus ad rempublicam pertinentibus*, & quod alii addunt, *gaudens territoriali superioritate, obstrictumque ad ferenda onera Imperii.*

Explic. definitionis. §. III. Diximus esse personam scil. talem, quæ morali qualitate illa prædita est, quam jus Status Imperii dicimus. Nec interest, sive persona sit *simplex & physica*,

physica, sive *composita*, vel *mystica*, quales sunt Civitates Imperii. *Membrum* etiam esse asserimus, idque *immediatum*, quia utrumque latius patet, quam nomen Status. Dantur enim membra Imperii non tantum *immediata*, quæ non sunt Status quod exemplo patet Nobilium & pagorum immediatorum, aliorumque, *de quibus vid. Strauch. J. J. P. tit. 22.* verum etiam *mediata*, ut subditi ordinum.

§. IV. Immediatum autem esse oportere illum, qui Status Imperii esse vult, nemo dubitat, tum ratione personæ, tum ratione bonorum *R. J. de 1555. §.* Dieweil aber *1564. §.* Und wollen wir *Cap. Leopold. art. 44. Joseph. 43. R. J 1654. §. 197.* ita ut mediatus Imperii civis, qua talis, non possit esse, vel fieri Status Imperii: quamvis diverso respectu id interdum contingere praxis doceat, quod exemplis probavi *Jurispr. Feud. cap. V.* §. *34.* conf. §. 8. infra, ubi de *Schœnburgiis*; vel etiam unius territorii intuitu, quis & vasallus mediatus, & Status Imperii esse possit; quod exemplo Comitum Waldecciorum patet. Immedietas.

§. V. Etsi vero sic immedietas est necessarium requisitum Status Imperii, & ad formam genericam pertinet, cave tamen putes *essentiam*, seu *formam specificam* in eo consistere. Hæc enim in sola *κοινωνία* Forma status.

τῆς

τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς, seu in jure statuendi de publicis rebus, seu, quod idem est, in jure sessionis, & suffragii in Comitiis consistit. *R. J. 1500.* §. *51. 1544.* §. *101. 1536.* §. *110. 1548.* §. Wenn auch einer *1560.* §. *42. 163. art. 8.* § *Gaudeant juncto* §. *1.* Hoc enim solum est, quod hæc membra Imperii, quos Status Imperii vocamus, ab omni tempore distinxit ab aliis membris. Quod si præscindas a subjecto, quod Status dicitur, & Statum sine jure statuendi concipere velis, nil nisi, quod implicat, verum esse, tibi persuaseris.

Declaratur dicta. §. VI. Itaque non sufficit quem vocari ad comitia, vel vocatum esse, quod multis contigit, qui non sunt Status, sed ut reapse inter Status locum occupet, & sententiam dicat. *Schweder. P. S. S. II cap. 1.* §. *5.* si non semper actu secundo, actu tamen primo. *Kulpis. de Jur. Legat. Stat. Imp. cap. 4.* §. *6. 8.* Opus etiam est, ut id fiat in Comitiis universalibus totius Imperii, vel totum Imperium repræsentantibus. Nam dantur aliqui, qui in circulum relati, in ejus conventibus sessionem & votum habent, neutiquam tamen in Comitiis totius Imperii eo jure gaudent, atque *ideo Status* non sunt. Exempla vide *apud Schweder. P. Gen. cap. V.* §. *8.* Uti etiam dantur, qui Status sunt, ad nullum tamen circulum relati, ut Rex Bohemiæ,

Duces

Duces Sabaudiæ. *vid. Vitriar. Illustrat. L. II tit. 6. §. 10.* quamvis hodie nemo in Statum recipi poſſit, qui non in circulum aliquem relatus. *art. 44.*

§. VII. Poſtquam vero illi, qui jure ſuffragii in comitiis gaviſi ſunt, in territoria, quibus præfuerunt, perpetuum jus atque poteſtatem ſibi acquiſiverunt, quæ in illam tandem degeneravit, quam territorialem poteſtatem hodie vocamus, eaque poteſtas in legibus publicis, ut infra videbimus, Statibus Imperii noſtris aſſeritur: hinc *conſecutivum* Status Imperii eſt, vel *naturale*, gaudere etiam territoriali iſta ſuperioritate, ſi modo ſcilicet territorium quis habeat, in quo exerceat iſtam ſuperioritatem: quo ſi caret, nihil tamen decedit juri ferendi ſuffragium. Quod exemplo illorum patet, quorum mentio fit §. *198. Rec. Noviſſ.* Et licet Capitulationes exigant, ne inter Status recipiantur, qui carent bonis immediatis, quæ rationem territorii habeant, nec quod in d. Rec. habetur, ad exemplum trahendum: interim tamen hæc ſatis docent, ex conſenſu illorum, penes quos hæc res ſtat, deficiente territorio quoque poſſe eſſe, & concipi Statum Imperii. Quod fieri non poſſet, ſi abſtraheremus ab illo jure ſeſſionis, & ſuffragii in Comitiis.

Territorial. Superiorit.

§. IIX.

τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς, seu in jure statuendi de publicis rebus, seu, quod idem est, in jure sessionis, & suffragii in Comitiis consistit. *R. J. 1500. §. 51. 1544. §. 101. 1530. §. 110. 1548. §.* Wenn auch einer *1560. §. 42. 163. art. 8. § Gaudeant juncto §. 1.* Hoc enim solum est, quod hæc membra Imperii, quos Status Imperii vocamus, ab omni tempore distinxit ab aliis membris. Quod si præscindas a subjecto, quod Status dicitur, & Statum sine jure statuendi concipere velis, nil nisi, quod implicat, verum esse, tibi persuaseris.

Declaratur dicta.

§. VI. Itaque non sufficit quem vocari ad comitia, vel vocatum esse, quod multis contigit, qui non sunt Status, sed ut reapse inter Status locum occupet, & sententiam dicat. *Schweder. P. S. S. II cap 1. §. 5.* si non semper actu secundo, actu tamen primo. *Kulpis. de Jur. Legat. Stat. Imp. cap. 4. §. 6. 8.* Opus etiam est, ut id fiat in Comitiis universalibus totius Imperii, vel totum Imperium repræsentantibus. Nam dantur aliqui, qui in circulum relati, in ejus conventibus sessionem & votum habent, neutiquam tamen in Comitiis totius Imperii eo jure gaudent, atque *adeo Status* non sunt. Exempla vide *apud Schweder. P. Gen. cap. V. §. 8.* Uti etiam dantur, qui Status sunt, ad nullum tamen circulum relati, ut Rex Bohemiæ, Duces

Duces Sabaudiæ. *vid. Vitriar. Illustrat. L. II. tit. 6. §. 10.* quamvis hodie nemo in Statum recipi possit, qui non in circulum aliquem relatus. *art. 44.*

§. VII. Postquam vero illi, qui jure suffragii in comitiis gavisi sunt, in territoria, quibus præfuerunt, perpetuum jus atque potestatem sibi acquisiverunt, quæ in illam tandem degeneravit, quam territorialem potestatem hodie vocamus, eaque potestas in legibus publicis, ut infra videbimus, Statibus Imperii nostris asseritur: hinc *consecutivum* Status Imperii est, vel *naturale*, gaudere etiam territoriali ista superioritate, si modo scilicet territorium quis habeat, in quo exerceat istam superioritatem: quo si caret, nihil tamen decedit juri ferendi suffragium. Quod exemplo illorum patet, quorum mentio fit §. *198. Rec. Noviss.* Et licet Capitulationes exigant, ne inter Status recipiantur, qui carent bonis immediatis, quæ rationem territorii habeant, nec quod in d. Rec. habetur, ad exemplum trahendum: interim tamen hæc satis docent, ex consensu illorum, penes quos hæc res stat, deficiente territorio quoque posse esse, & concipi Statum Imperii. Quod fieri non posset, si abstraheremus ab illo jure sessionis, & suffragii in Comitiis. Territorial. superiorit.

§. IIX.

Dantur Status sine territorio. §. IIX. Imo exempla prostant quam plurima Statuum Imperii carentium territorio, & sic actu quoque carentium territoriali potestate. Exempla talia ex Circulo Suevico & Austriaco quorundam Ecclesiasticorum adducunt, illustres viri, *D. Auctor. H. E. T. I. pag 160. 595. Dn. a Lyncker. de Superior. territ. pag. 60.* quamvis ex illis Abbatissæ Buchaviensis, Lindaviensis & Ratisbonensis in cassam Imperii contribuant, ut docent novissimæ matriculæ *a Mauritio & Almers* quæ editæ sunt. Aliud exemplum in *H. E.* adducitur ratione Dominorum a *Schænburg*, qui Status Imperii sunt indubie, & tamen potestate territoriali carent. Aliud adhuc *d. T. I. pag. 825.* ex familia *Rhutena* habetur, ratione ultimorum *Burggraviorum Misnensium*, qui, licet nihil amplius ex Burggraviatu possiderent ad domum Saxonicam jamdudum translato, cum titulo tamen votum & sessionem in Comitiis retinuerunt, atque etiam certam summam contribuerunt in cassam Imperii. *vid. R. J. 1570. in subscript. Bæckler. Stemma Rhut. p. 95.*

Notatur dissensus aliorum. §. IX. Sunt vero, qui converso ordine contra omnium fere sententiam *essentiale* Status dicunt *territorialem superioritatem*, & illius *consecutivum jus suffragii* in comitiis. Sed non puto recedendum esse

ab

ab illa communi ſententia: quoniam qualitas Status Imperii longe antiquior eſt, territoriali ſuperioritate. *vid. c. ſeq.* §. *3.4.* reſpicitque totum Imperium; hæc vero ſingula ſaltim territoria, ut adeo haud commode dici queat, ex hac illam fluere. Eodem modo ſe res habet cum contributione Imperii, quæ *naturale Status*, vel *civis Imperii* eſt, ita ſcilicet, ut regulariter omnis, qui ſtatus eſt, participet ſecundum principia rectæ rationis, & doctrinæ civilis, ab hoc onere communi, & tanquam *conditio ſine qua non* per capitulationes requiratur, ut bona habeat, qui Status fieri cupit, immediata, ex quibus eo facilius collectas (quæ & alias ſine bonis ejusmodi præſtari poſſunt. *vid.* §. *198. R. noviſſ.*) fiſcus percipere poſſit. Nemo tamen negabit fieri poſſe, ut aliquis vel penitus, vel certo modo ab hoc onere eximatur, ſalva tamen qualitate Status, ut *Bohemus*, (*) *Burgundus*, *Sabaudus*. *Schweder. d. l.* §. *8.* vel ut non immediate ad caſſam Imperii contribuat. *H. E. T. I. p. 166. 595.* Uti e contrario dantur, qui conferunt in caſſam Imperii, Status tamen non ſunt, ut *Nobiles*, & *pagi immediati*. *Conf. Conring. de Civibus Imp.* §. *9.* & *de Comit.* §. *10.* De relatione in *matriculam* mox erit dicendi locus.

An contributio ſit eſſentiale ſtatus.

P (*) De

(*) De Bohemo constat, rem nunc aliter se habere, prout ad Cap. 31. §. 6. ulterius demonstrabitur.

Qual. Status est personae non territor.

§. X. Illud adhuc, quod ex dictis fluit, est observandum hoc loco, qualitatem Status Imperii, die Reichs-Standschafft, esse *personae dignitatem*, non *glebae pretium*, vel *qualitatem patrimonii*, licet illa qualitas, vel dignitas mediante re, & cum ea, vel intuitu ejus conferatur, atque transferatur, ac ut dictum, hodie tanquam conditio sine qua non requiratur. *Schweder. d. l.* §. 9. *Vitriar. L. XII. 1.* atque si jure amissa res illa sit, etiam illa qualitas, jus suffragii scil. expiret. *Kulpis. ad Monzamb. cap. 2.* §. 1. *in f.* Atque hinc

Die Innhabere einer Reichs-Herrschafft.

sola possessio territorii, cujus domini hac qualitate alias gavisi, sive jure crediti, sive alio id fiat, qualem habent die Innhabere einer Reichs-Herrschafft, non confert jus Status Imperii, nisi illud legitimo modo etiam quaesitum.

CAP. XXIV.
DE
ORIGINE STATUUM IMPERII.

§. I.

Origo Stat.

ORigo Statuum Imperii nostri Romano-Germanici ipsi huic imperio est coaeva. Testantur hoc monumenta, diximusque supra *Cap. XI.* §. 4. *Cap. XV.* 7. Germa-

maniæ populos nunquam liberam & infinitam potestatem Regibus concessisse, sed una cum illis de rebus publ. statuisse in Comitiis Regni. Non repetam illa, quæ de antiquissimo statu *Tacitus refert. de M. G. cap. 7. & 8. & Cæsar de bello Gall. L. V.* sed illa saltem in memoriam revocabo, quænam in regno *Francico* usus probavit, quæ postea ad *Germanicum* regnum separatum a reliquis *Francorum* regnis translata sunt.

§. II. Scilicet jamdudum ex Scriptoribus Francicis *Hinckmaro*, *Eginhardo*, *Thegano* aliisque, pariter, ac *capitularibus* demonstratum est, negotia ad publicam rem pertinentia, & quidem majora in conciliis communibus totius populi, minora vero, & interdum etiam majora προβουλίας ἕνεκα in minoribus & principum, aut primorum ordine delectorum diætis tractata esse. Qua de re legi debet *Lehman. Chron. Spir. L. II. præf. cap. 37. Conring. de Ducibus & Comit. Imp. Rom. German. §. 6. 7. 32. & de Civ. Imp. th. 30. seqq.* Maxime vero huc spectat pax illa Confluentana, vel pactio *Ludovici I.* Regis Germ. stricte sic dicti anno 860. ejusque *art. 10. apud Schilter. T. II. Lib. 2. tit. 6 pag. 45* Repetenda ab origine Reipubl.

§. III. Hisce conciliis majoribus aderant Regni *proceres*, vel *primores*, tam Ratio veter. comitior.

clerici quam *laici;* & deinde etiam *populus*, qui sub *minorum* nomine interdum, uti proceres sub *majorum* axiomate veniebat. Ad majores Clericos pertinebant, *Episcopi*, atque *Abbates*, quibus licet juxta primævam intentionem cura religionem docendi, ac tractandi sacra data fuit, satisque hac parte illi habuerint, quod agant; pietas tamen, vel superstitio potius istorum seculorum illos rebus & consiliis publicis admovit. Quam rem & barbaries reliquorum hominum promovit, quippe qui literarum, quarum apud Clericos aliqua saltim cura fuit, plane expertes non semper commode rebus gerendis soli admoveri potuerunt. Testimonia variorum scriptorum, *Episcopos* & *Abbates* ad comitia admissos fuisse, etiam ante illa tempora, quibus territoria possidere cœperunt, collegit *Lehman. d. l cap. 15. Conring. de Civ. Imp.* §. *35. seq.* quibus etiam postea nonnullæ ex Abbatissis accesserunt.

Laici. §. IV. His primoribus Clericis accedebant, *Laici Duces* & *Comites.* Nempe notum est, Romanos, superata Germania, quam Cis-Rhenanam vocabant, illam per Duces & Comites rexisse, quos ex arbitrio suo constituerunt. Qua de re videri potest *Notit. Imp. & ibid. Pancirell. P. II. cap. 25. 48.* Postea cum expulsis Romanis

Duces, Comites.

manis Franci summam tenerent rerũ, morem istum secuti Provincias per Duces etiã regebant, quibus Comites adjungebantur, Ducum vero potentia crescente, *Carolus M.* maximos duos Ducatus *Bojoaricum* nempe & *Aquitanicum* sustulit, Ducatibus in Comitatus divisis. *Eginhard. in Vita Caroli*, quod & in aliis Ducatibus factum. *vid. Lehman L. II. cap. 16.* quamvis sub posteris ejus Duces iterum constituti, & ultimis eorum temporibus satis extiterint potentes. *Conring. de Ducib. & Comit. th. 13.* Etsi vero hi Duces & Comites illo tempore non perpetuo & ad heredes transitorio jure provincias & pagos regebant, sed jure tantum personali atque administratorio: ad concilia tamen Imperii tanquam cives & status vocabantur, atque de rebus publicis sententiam dicebant. Quod ex variis locis veterum probat *Conring. de Civ. Imp. th. 36. vid. Lehman. d. l. cap. 16. 17. seqq.*

§. V. Utrisque laicis & clericis primoribus accessit multitudo delegatorum ex urbibus & vicis, qui ab Adelingis seu Nobilibus inhabitati fuerunt, qua de re legi debet *Lehm. L. II. cap. 19. 37. Conring. de Civ. Imp. th. 33. 34. 54.* quanquam hujus ordinis minor auctoritas fuerit, quam superiorum. *Conring. d. l. th. 34.* Licet autem forte negaveris, illorum Statuum ju- **Populus**

An Ordin. hi jus suffragii habuer. ra in comitiis, adeo ampla ac certa fuisse, ut quidem hodie sunt; formamque reipubl. illis temporibus in Monarchiam potius temperatam, quam mixtam rempubl. incidisse verisimile sit: tamen vetera monumenta legentem, non puto, in eam sententiam iturum esse, quasi ordines consilii tantum causa admissi fuerint, sed in eam potius concessurum, Regem ad eorum communia suffragia, & decreta obligatum fuisse, ut quæ communi senatusconsulto statuta fuerint, a Rege approbarentur, & executioni darentur. Quod inter alia clarissime probat *art. 10. supr. §. 2. alleg. Capit. Ludovici Germ. ibi: communi consilio assensum præbebimus*, – item: *veri adjutores, atque cooperatores, &c. vid. Schilt IV. 13. 11 pag. 409.*

§. VI. Vti vero plerique ex singulis Statibus primam suam originem ex jure inveterato, & præscriptionis derivant, quod postea tabulis Imperatoriis, investituris Cæsareis, & legibus publ. firmatum est: ita hodie non est solius Imperatoris, qualitatem hanc indulgere, sed alia requiruntur, de quibus, ubi de juribus Imperatoriis agendum, dicendum erit. Quo loco etiam videbimus, Imperatorem solum non posse adimere hanc qualitatem alicui, nec etiam a voto & sessione in Comitiis suspendere. Aliqui etiam

etiam concessiones Cæsareas expressas tanquam fontes juris sui, ac utrique vel titulum allodialem, vel feudalem allegare possunt.

CAP. XXV.

DE STATUUM IMPERII DIVISIONE, ET MATRICULA.

§. I.

STatus Imperii varie dividi solent. Primo enim dividuntur in *Electores*, quorum alii ab adjuncta qualitate sunt vel Ecclesiastici, vel Seculares: & *Non Electores*. Hi iterum dividuntur 1. in Principes, & Principali dignitate gaudentes, quorum iterum alii sunt *Ecclesiastici*, ut *Archi-Episcopi*, *Episcopi*, *Abbates Principali dignitate gaudentes*; alii *Seculares*, ut *Archi-Duces*, *Duces*, *Comites Palatini*, *Landgravii*, *Marggravii*, *Burggravii*, *Principes* in specie *sic dicti*, *Comites Principali dignitate gaudentes*: & *Non-Principes*, quales sunt ex Ecclesiasticis *Prælati*, *Abbates*, *Abbatissæ*, ex secularibus *Comites*, & *Barones*, & *denique Civitates*. Varia divisio.

§. II. Intuitu comitiorum in tres *Senatus*, vel tria *Collegia* dispesceuntur, de quorum subdivisionibus agitur in materia de Comitiis. In tria Collegia Ratione religionis alii sunt *Catholici*, vel *Romano-Catholici* potius, qui Ratione religion.

Catholici. & *veteris religionis* Status sensu politico magis, quam Theologico dicuntur: item *Pontificii*, & *Papistæ*, quæ tamen duæ appellationes in Legibus, & actis publicis non usurpantur, ita, ut nec scripta in aula Cæsarea, & Camera admittantur, quibus hæc nomina inserta.

Protestantes. §. III. Alii sunt *Protestantes*, de quorum appellatione actum supra *Cap. IX. §. 5.* qui & *Evangelici* dicuntur, *ac Augustanæ confessioni* addicti, ac sæpius, & præter meritum, in Recessibus antiquioribus Stände der neuen Religion. Vocantur etiam *Acatholici*, quamvis non sine eorum querela. *Fritsch. ad J. P. pag. 679.* Hi vero Protestantes in *Lutheranos*, vel *Calvinianos*, sive, ut hi audire malunt, *Reformatos* dividuntur, qui tamen, si cum Catholicis res est, se conjungunt hodie, atque communi nomine agunt. *vid. art. 7. de J. P. O.*

Superiores & Inferiores. §. IV. Interdum in superiores, & inferiores, in superius, vel inferius collegium fit distributio. *Schweder. P. S. II. 1. 13.* Denique non negligenda distinctio, quæ petita est a viribus, quibus aliquid conferre possunt ad summam rerum, quæ in Europa geruntur, atque dispescit illos in gaudentes *Suprematu*, vel *Potentatu*, vel non. *Fürstner. de Jure Suprem. & Lyncker. diss. de Potentatu.*

§. V.

§. V. Omnes autem isti Status in *matriculam* referuntur, *qua libellus* est *publica autoritate ad id destinatus, ut in eo describantur nomina Statuum Imperii, & quantum quisque eorum ad usus communes contribuat. Maurit. de Matricula.* Potent. gaûd. vel non Matricula.

§. VI. Matriculæ hujus origo ad tempora *Sigismundi* refertur, qui occasione belli *Hussitici* illam primum conscribi jussit, ann. 1431. *Lehm. Chron. Spir. L. VII. cap. 80. Goldast. L. II. de Regno Bohem. cap. 17.* Secutæ postea singulis fere Comitiis aliæ: atque in Comitiis *Wormatiensibus 1521.* magna cura huic rei impensa est, matriculaque prodiit, non quidem omni ex parte perfecta, sed reliquis tamen præstantior, & ideo hactenus usu servata. Actum jam est sæpius de defectibus illius, qui legi *ap. Maurit.* possunt §. *38. & 41.* emendandis. *Vid. R.J. de 1576.* §. *99. 1594.* §. *29.* & præsertim *in tractat. P. W.* sed *art. 8.* §. *Habeantur*, ad futura Comitia hoc negotium rejectum, nec tamen in illis, nec in præsentibus confectum est. *vid.* Grundveste *P. III. c. 7. Pfanner. de Comit. 1653. Rec. Noviss.* §. *184. 185. art. 12. Cap. Leopold. & Josephi, & Caroli VI. art. 5. in fin. H. E. T. I. pag. 946. C. Schilt. I. 19. 8.*

§. VII. De effectu vero illius matriculæ late agit *Maurit. d. l.* §. *31.* Etsi vero facile largior, plenam probationem ma- Vis ejus.

 tricu-

triculam non dare, esse aliquem Statum Imperii, vel non esse, si in illam relatus, haud tamen etiam negandum erit, facere illam hac in parte quandam præsumptionem, quæ tamen contraria probatione elidi potest. Qua de re late, & distincte agit *Maurit. d. l.* Extat etiam matricula Cameræ, quam exhibet, *Maurit. d. l. in fin* (*)

(*) A qua tamen multum discrepat Usualis Matricula, quam Dnn. Dresanus ac Ludolphus Cameræ Assessores famigeratissimi in Comitiis anno 1719. exhibuerunt, quæque exstat in Elect. J. Publ. Tom. XIIX. p. 661.

CAP. XXVI.
DE
ELECTORIBUS IN GENERE.

§. I.

Elect. qui. PRimas inter ordines Imperii tenent Electores, Chur-Fürsten, *quibus potestas eligendi caput Imperii tum suo, tum reliquorum ordinum nomine competit.* Dicuntur alias *Septemviri*, a numero: qui cum hodie mutatus sit, nomen etiam Elogia. hocce mutari necesse est. Quibus egregiis elogiis *in A. B. proœm. & art. 2. §. 5* & aliis legibus Imperii, *vid. Cap. Leopold. art. 46. Joseph. 45. Carol. VI. art. 1. 3.* ibi: innerste Glieder und Haupt-Seulen, exornentur, notum est.

§. II.

§. II. De origine horum Electorum varie disputare solent eruditi: in qua re tamen studiose secernenda est quæstio de munere Electorali proprie sic dicto; atque de officiis illis peculiaribus, quibus quilibet ex Electoribus sigillatim fungitur. De hisce in sequentibus dicendum. Quoad illud vero vulgaris est sententia, Ottoni III. institutum hocce deberi, cujus constitutionis fragmentum de hac re habet *Goldast.* in Reichs-Handlungen, *pag. 16. ad annum. 1001.* Propugnarunt illam sententiam *Schardius*, *Gewoldus*, aliique; sed a multis refutati, *Lehmanno* præsertim *L. V. cap. 17.* Nec adeo multum pro illa facere potest, quod Elector Moguntinus Albertus in electione *Caroli V.* fateatur, *Ottonem III.* Collegium Electorum instituisse. Nam quousque alia documenta desunt, nullum erit piaculum credere, Principem istum ex vulgari sententia hæc dixisse. Nec etiam ap. *Sleid. L. I.* ubi eadem oratio *Alberti* exhibetur, quicquam de *Ottone III.* reperitur, ut adeo dubium: utrum orationes istæ, quas exhibet *Sabinus apud Gold. Polit. Imp. P. I. pag. 124.* ita iisdem verbis, quibus tunc ex Electorum ore recitatæ, referantur, vel annon *Sabinus* quædam ex suo addiderit ingenio. Alias sententias referre hic non vacat. Quænam autem Origo.

tem

tem nobis verior videatur, jam supra diximus *cap. XVIII.* §. 6. ita ut nunc actum non sit agendum.

Quis hodie novum Elect. constituere possit. §. III. Pace Westphalica numerum Electorum auctum esse, notissimum est. Factum & id decurrente seculo superiori, ceu infra videbimus *cap. XXXV.* Sed cum in universalibus pacis tractatibus, consensu totius Imperii, publicae salutis causa, prius fuerit factum; posterius vero *D. Leopold.* solus ex consensu Collegii Electoralis fecerit, reliquorum autem Statuum neglectus: magnae inde turbae natae sunt, de quibus infra latius agendum, atque etiam ex parte jam actum est *c. VII* §. 12. *seqq.* Postquam vero per aliquot annos varie disputatum: utrum consensus omnium Statuum necessarius sit necne? Caesarea Majestas tandem 21. Jul. 1706. per Principalem Commissarium, Emin. Cardinalem Lambergium clementissime declaravit: Das was seithero in ermelter Sache geschehen, weder zum Nachtheil und praejudiz des denen Chur-Fürsten und andern Ständen zustehenden Rechts gemeinet, noch dahin jemahls angezogen, auch künftig hin keine neue und mehrere Chur-Würde ohne des gesambten Reichs Einwilligung eingeführet, und solches dem künftigen Reichs Abschied in

in forma sanctionis pragmaticæ einverleibet werden soll. (*)

(*) Hoc facto controversia isthæc tandem sopita, & introductio Hannoverani in Senatum Electoralem anno 1708. insecuta, novusque Electoratus in Capitulatione Caroli VI. art. 3. denuo confirmatus est.

§. IV. Uti vero Electores utuntur omnibus illis juribus, quibus reliqui Status gaudent: ita tamen multa peculiaria jura, ac prærogativas præ aliis habent. Et (1.) jus eligendi Imperatorem, & Regem Romano-Germanicum, quod ab omnibus aliis Statibus specifice illos distinguit. De quo jam actum supra *c. XVII.* §. *6. seqq.* cui annexum (2.) jus capitulandi, de quo dictum *c. XI.* (3.) Gaudent singulari jure Archi-officiorum, quæ, cum de quolibet speciatim agendum, enumeranda. Separatum (4.) ab omnibus reliquis Statibus, etiam Principibus, Collegium habent, in Comitiis universalibus quoque *art. 30. Cap. Leop. 35. Jos.* ibi: bey ihren gesonderten Rathe: quam separationem a Principibus ad tempora *Friderici III.* refert *Lehm. C. S. L. VII. c. 120.* quamvis ex *Cap. XXIX.* §. *3 Spec. Svev.* vers. Sie sollen gebiethen zu den Gespräch 2c. colligi posse videatur, jam eo tempore in Comitiis universalibus distinctum concilium societatis Electoralis fuisse.

Prærogat. Elect.

Jus eligendi.

Capituland.

Archi-officia.

Separatum Collegium.

Schilt-

Schilt. l. XXI. 1. atque extra Comitia Collegii hujus peculiaris ratio habeatur in *A. B. c. XII. §. 2.* Jus habent (5.) de Comitiis Imperii instituendis admonendi Imperatorem *R. J. 1654. §. 192. Cap. Leopold. 17. Jos. 16.*

Convent. Elect. §. V. Multa etiam (6.) exercent jura Majestatis cum Cæsare soli, exclusis reliquis Statibus, quæ recensebimus suo loco. Pro lubitu (7.) possunt instituere Comitia Electoralia Chur-Fürsten oder Collegial-Tage, *Cap. XII. §. 1. A. B. art. 6. Cap Leop. & Joseph. & Carol. VI. art. 3.* in quibus non tantum tractant de rebus ad Collegium eorum pertinentibus, ut alii Status Imperii faciunt, sed etiam de rebus totius Imperii *d. §. 1. A. B.* quatenus vel nempe jus præconsultandi, vel soli, vel una cum Imperatore ex LL. publicis acceperunt. Atque ejusmodi Comitia Electoralia non tantum tunc per Moguntinum indicantur, ubi Imperatori id visum est, quod fiebat ann. 1689. sed etiam, quoties Collegium Electorale censet proprio motu diæta tali esse opus, invito etiam Imperatore *d. a. 6. Cap.* ita, ut nec Commissarium Cæsareum inviti admittere teneantur. *Maurit. ad art. 6. Cap. Leopold. Rachel. d. dissert.* Abest vero ab hisce conventibus hodie *Bohemus* (*) atque ideo in Capitulationibus, ante

ante pacem Westphalicam sex, & post eam septem tantum Electorum mentio fit: nisi, ubi vel Rex, vel Imperator est eligendus. *Schweder. P. S. Sect. II. c. 2.* § 7. Etsi autem A. B. in his conventibus personalem ipsorum præsentiam exigere videatur; unio tamen anno 1521. §. 9. & 17. & praxis legatos quoque admittit. Locus & tempus vero arbitraria sunt. *vid. Rachel. de Comit. Elect. Thulem. de Elect. art. 19. num. 20. conf. Cap. VI.* §. 16.

(*) Hodie post annum 1708. Bohemus reliquis Electoribus etiam hac in parte exæquatus est.

§. VI. Unionum (8) inter illos pacta singularia intercedunt. Vetustum exemplum imperante *Ludovico Bavaro*, 1338. habetur, quo Septemviri, in *Rens* ad *Rhenum* fœdus perpetuum condiderunt. *Schilter. l. 20. 1.* Aliud extat in apparatu *Juris Publ. 1696. & Capitul. Caroli VI. a. 3. Argentinæ* edito, trium scil. Ecclesiasticorum *Palatini*, & *Saxonis* de anno 1399. Anno 1438. inter omnes, excepto *Bohemo*, universale fœdus initum, confirmatum 1446. a *Friderico III.* & repetitum 1502. Gelnhusæ. *H E. T. I. p. 182. seqq.* Renovatum illud est in diæta Electorali 1652. Pragæ. Ista unio a quolibet novo Electore apud vicinum Co-Electorem juramento firmanda est. Exempl. vid. apud *Pufend. Lib. III. Rer. Brandenburg. c. 65.* quod Dresdæ Unio.

dæ contigit, & *H. E. pag. 186.* Ex modernis Electoribus istam unionem nemo sacramento roboravit. Extat etiam Electorum Rhenensium specialis unio de anno 1519. Vesaliæ inita, quæ cum illa universali in Capitulationibus confirmata est, *art. 6. Cap. Leopold. & Joseph. & art. 3. Carol. Rachel. de Comit. Elect.*

Crim. læsæ Majest. in illos committitur

§. VII. Quoniam pars corporis Imperatoris sunt, juxta A. B. cap. 24. in eos (9) tam singulos, quam universos ab omnibus Imperii civibus crimen læsæ Majestatis, & quidem perduellionis committitur. Nam in reliquos Principes a subditis Imperii crimen læsæ Majestatis in specie sic dictum etiam committi potest: cum enim hoc quoque committatur in Principis Consistoriales, nullum dubium est, multo magis id obtinere, ratione Principum Imperii, qui non nudi Consiliarii, sed Status Imperii sunt. *Ziegler. de Jur. Majest. L. I. cap. 2. §. 34. Carpzov. qu. 41. Jurispr. Cr. § 72.* Cæterum cum omnes Status Imperii analogam habeant Majestatem, nullum dubium est, a subditis illorum analogum crimen perduellionis posse committi.

Duos præsent. Asses. Cam.

§. IIX. Electores singuli (10.) jus præsentandi habent duos assessores Cameræ; cum alias integri circuli totidem constituant *J. P. O. art. 5. §. 20.* Gaudent (11.) indi-

indiſtinčte privilegio de non appellando, cum juxta A. B. tum per ſpecialia renovata privilegia, de quibus *vid. Blum. Proceſſ. Cam tit. 47.* Habent (12) jus emendi feuda Imperii ſine conſenſu Imperatoris. *art. 16. A. B. ubi Limn.* Pro inveſtituris (13.) feudorum Electoralium, & confirmandis privilegiis nihil exſolvunt. *A. B. art. 29. §. 1.* niſi quid ſponte & liberaliter, quod facere ſolent, officialibus in aula largiri velint. Electoratus (14.) ſunt individui *cap. 25. §. 1. A. B. ubi Limn.* Subditi illorum (15.) privilegium habent de non evocando *A. B. cap. 11. §. 1.* excipiuntur caſus fractæ pacis publicæ, & inveſtiturarum, ſi in alio territorio feuda habent. *Dieter. ad A. B. d. l.* (16.) Habent jus cudendi aureas & argenteas monetas. *A. B. c. 10.* In A. B. (17.) jus recipiendi Judæos, it. Jus auri, argenti & aliarum metallifodinarum, *cap. 9. §. 1. 2.* illis aſſeritur. Sed hodie omnes Principes & Status Imperii his juribus uti ſolent jure territorialis poteſtatis.

§. IX. Quoad dignitatem comparantur (18.) cum Regibus: in Actibus ad Imperialem Curiam ſpectantibus etiam iis, ſi adeſſent, quod tamen haut facile fiet, præferuntur *cap. 6.* Alioquin coronatis capitibus, aut pupillis regiis, qui juſtam ætatem conſecuti ſtatim regimen capeſ- Comparantur Regibus.

Q capeſ-

capessere possunt, haut inviti cedunt. *art. 5. Cap. Leopold. & Joseph. & Carol art. 3.* Hinc frustra tempore Friderici III. Dux Burgundiæ litem movit. *Schilter. l. 20 2.* atque irrito conatu & Cardinales id faciunt. *Thülemar. cap. IIX. num. 31.*

Cæsar visitat illos. §. X. In solennibus (19.) Curiis Cæsar ipsos visitat, & cooperti cum Cæsare loquuntur, quod ultimum quidem & Principes in persona facere solent, *H. E. T. p. 193. n. 7.* Grundfeste *1 6.* Porro singuli mensis assident, & prandent, præsente etiam Cæsare uraniscis utuntur *H. E. d. l. 191. vid. supr. cap. 18. §. 11.* In processionibus (21.) solennibus gladius ab eorum hereditariis Mareschallis illis, licet præsente Cæsare, præfertur. *H. E. d. l. vid. 32. §. 3.*

Mensis sit.

Præfertur gladius.

Legat. præcedent. §. XI. Horum etiam legati capitum coronatorum & pupillorum heredum regni proximorum legatos sine controversia sequuntur; non tamen cedunt Legatis rerum puplicarum. Qua parte, quoad aulam Cæsaream, res expedita est per capitulationes *art. 5. Cap. Leopold. & 5. Jos. & art. 3. Carol. vid. Schweder. d. l. §. 9. vid. Pact. Elect. de ann. 1671. apud. H. E. pag. 191.* Porro ipsorum legati tegunt caput coram Cæsare *Fürstner de Supre-matu cap. 36. 43.* Grundfeste *1. 6.* præferuntur etiam Principibus in persona *art. 5.*

dd.

dd. capit. & cum hi textus diſtinctionem inter actus ſolennes, & alios non probent; imo rejiciant, non profuit hactenus proteſtatio Principum, cujus meminit *Autor* der Grundfeſte *P. II. cap. 5. pag. 113. Conf. it. P. III. cap. 3. pag 213.* Sunt & aliæ prærogativæ, quæ in curialibus & ceremonialibus legati Electorum ſibi vindicant, qualia leguntur in diſcurſu de Comitiis, ſubjecto *Schilter. Inſt. J. P.* quæ tamen non omni carent conteſtatione, ut jus equitandi in proceſſionibus Comitialibus; quod cum acriter Principum legati etiam urgerent in comitiis ann. 1653. & 1663. nemo prorſus equitatavit. *vid.* Grundfeſte *d. l. Pfanner Comit. L. II. c. 78. L. 3. c. 2.*

§. XII. Præſertim vero *legati* illorum, qui *primi ordinis* vocantur *Ambaſciatores*, exigunt jura ejusmodi miniſtrorum, titulum ſcil. excellentiæ, primam viſitationem ab illis, qui jam adſunt, legatis ejusdem ordinis, nec non jus præcedentiæ (*la main & le pas*) in ædibus viſitati, quæ nec Cæſaris legati illis denegarunt, qui primarii ſcil. legati fuere, & extra Imperium. Sed ſecundariis, imo omnibus intra Imperium in conventibus Imperii Cæſarei Commiſſarii, vel Legati id facere noluerunt. (*) Ipſi vero Electorales Principum Imperii legatis

Jura Ambaſciator.

legatis hæc omnia largiri nolunt. Nota sunt quæ hac de re sunt acta *Noviomagi*, *Francofurti* ad *Moenum*, *Hagæ-Comitum*, & *Ratisbonæ*, ubi lis intuitu Con-Commissarii Cæsarei orta, quæ in actis dictorum Congressuum legi possunt & *apud H. E. d. l. pag. 186. seqq. nec non Fürstnerium de suprematu Princ. Germ.* Fuit tandem inter Cæsareos & Electorales res ita Ratisbonæ ann. 1704. composita: Das forthin die Churfürstl. dem Käyserl. Principal-Commissario alle einem Käyserl. Bothschaffter gehörige Ehre, und dem Con-Commissario gleichfalls die erste Visite sambt der Excellenz und andern Ehrerbietungen geben solten, angesehen dieser fast gleiche Gewalt mit dem Principal-Commissario auff sich trüge: hergegen solte der Principal-Commissarius die Churfürstl. Gesanden mit einem notablen beständigen Unterscheid vor denen Fürstlichen tractiren, und bey aller Gelegenheit, da Reichs, oder des Collegii wegen in wichtigen Sachen bey der Käyserl. Commission, oder Bottschafft etwas zu handeln wäre, solche distinction beobachtet, denen Secundis Legatis Electoralibus in und ausserhalb des Reichs von der Käyserl. Bottschaft das Königliche Tractament gegeben, und also alles auf reciprocation gesetzet werden. *H. E. d. l. pag. 192.*

(*) Per

(*) Per Capitulationem Caroli VI. art. 3. controversiæ hæ terminatæ sunt, noviterque dispositum, nullam amplius inter Legatos Primarios & Secundarios distinctionem faciendam; sed omnibus ac singulis Legatis Electoralibus æquales honores tribuendos esse. vid. Auctor der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Regierung in Teutschland. p. 34. lit. y.

CAP. XXVII.

DE ELECTORIBUS ECCLESIASTICIS IN GENERE.

§. I.

Electores partim Ecclesiastici sunt, partim Seculares: quorum illi qualitate & dignitate Ecclesiastica gaudent, & per hanc ad dignitatem Electoralem veniunt; hi vero illa carent, & laicorum conditione utuntur. Isti prærogativa præ reliquis pollent, ob qualitatis Ecclesiasticæ venerationem, *Glossa ad* LandR. *Lib. I. art. 3. lit. B. Thülem. de Octovir. cap. 9.* Prærogat. Ecclesiast.

§. II. Desudant multi in indaganda ratione, cur mixtura hæc facta fuerit; sed operam perdunt, cum Collegium Electorum ex nulla præmeditatione institutum fuerit. Nihil ergo dici potest, quam id, officia illa insignia, quæ utrique in Imperio gesserunt, causam dedisse, quod circa electionem prærogativam Ratio dist. in Ecclesiast. & Sec.

 tivam

tivam quandam acceperint, vel sibi sumserint, quæ postea ad eam ἀκμὴν pervenit, in qua nunc est.

Cur Ecclesi. Archiep. Cancellar. §. III. Scilicet, quod ad *Ecclesiasticos* attinet, præter munia Archi-Episcopalia gaudent etiam officio & dignitate *Archi-Cancellariorum*: quale munus hominibus Ecclesiastici ordinis jam tempore *Caroli M.* fuit datum, quod Laici literas parum curarent, atque sic ex illis idonei non reperiebantur, quibus hæ partes potuissent concredi. *Lehm. L. II. cap. 7.* ubi & ante *Carolum M.* apud Francos sub aliis nominibus clericos his rebus præfuisse docet. Quonam autem tempore tribus hisce Archi-Episcopis officia *Archi-Cancellariorum* annexa fuerint, non liquet. *vid. Mallinkrot. de Archi-Cancell. Imp. & Vitriar. L. IV. 6.*

Constitut. illor. §. IV. Constituuntur vero illi tres Electores Ecclesiastici, ut alii Episcopi, ceu infra dicendum, electione capitulorum, juxta Concordata Nationis Germanicæ, atque postea confirmantur a Pontifice, consecranturque misso pallio; de regalibus vero & territorio officioque Archi-Cancellariatus, & Electoratus investiuntur ab Imperatore. Sed tamen, antequam utrumque factum, munia secularia subire possunt, ut dictum *cap. XVII. §. 16. conf. H. E. T. I. pag.* 197.

197. non vero Ecclesiastica, antequam consecrati & infulati. vid. supra *cap. XVII.* §. 7. a quibus muniis exclusa sunt capitula, licet hæc, sede vacante, jus territorii exerceant, & jus suffragii quoque in Comitiis *Schilter. I. 20. 5.*

§. V. A. B. illos vocat *Venerabiles* *cap. 12.* Ab Imperatore olim Ehrwürdige saltem vocabantur, nisi Cardinales simul essent, qui Hochwürdige solebant dici; hodie omnes hoc axiomate a Cæsare insigniuntur. (*) Porro titulo *Nepotum* Neefen illos dignatur (*vid. Tab. Ruperti circa init. Sec. XV. apud. Lehm. L. VII. cap. 75. pag. 855.*) affectus testandi causa, scil. ut Cæsar testetur, se Principes hosce, licet cognatione, vel affinitate illum plerumque non tangant, eodem tamen loco ac cognatos habere. Nam vox Neefe apud *Germanos*, & *Belgas* non tantum filiorum filios, sed omnes *cognatos* significat, ut apud *Gallos* & *Italos* vox *neveu*, *nepotes*. *Thülem. de Oct. cap. IIX.* §. *26. seqq.* Ab aliis titulus *Serenitatis*, Durchlauchtigkeit illis non datur, sed *Gratiæ Electoralis*, Chur-Fürstl. Gnaden, axiomate insigniuntur, si scil. nati Principes non sunt. *Hereditariis subofficialibus* carent. Hinc licet legatos ad electionem mittere possint, ea tamen quæ sunt *ordinis*, item *typariorum* Tituli eorum.

gestationem aliis committere nequeunt, sed uno absente, præsens qui est, alterius vices sustinet.

(*) Hodie vero Electores Ecclesiastici indistincte ab Imperatore Hochwürdigste salutantur, per Capitular. Carol. VI. art. 3. Conf. Auct. der gegenw. Verfassung p. 23. lit. d.

CAP. XXVIII.

DE ELECTORE MOGUNTINO.

§. I.

Elect. Moguntin. INter hosce Ecclesiasticos primum locum habet Archi-Episcopus Moguntinus, qui *ab Ottonis I.* tempore præ reliquis jam Pontificatus sui prærogativam habuit. *vid. Conring assert. Mogunt. pag. 10.* Decan. Coll. Elect. Hic *Decanus* Collegii Electoralis ab *Sigismundo* dicitur apud *Lond. T. I. cap. V. num. 22.* & a *Maximiliano I.* in diplomate anno 1498. Oberster Chur-Fürst. *Schwed. d. l. c. 4.*

Est Archi Cancellar. §. II. Est vero ipse Archi-Cancellarius Imperii per Germaniam *A. B. cap. 1. §. 2. R. J. de 1555. §. 65.* atque hocce munere reapse fungitur ita, ut non tantum per Germaniam, sed etiam per Italiam, & quicquid superest ditionis Imperii, vel ipse, vel per suum Vice-Cancellarium tractet, subscribat, ac subsignet decreta, & literas Imperatoris, & Impe-

Imperii aliaque, sive in Comitiis, sive extra *vid. art. 12. Cap. Leopold.* & *Joseph.* & *art. 10. Carol.* ibi Herrschafften und Lehen in Italien ꝛc. & zu Chur-Fürstl. Maintzischer Cantzley. *Limn. ad A. B. cap. 1. §. 2. obs. 7. Boecl. L. VI. cap. 5. pag. 162. 173.* Non desunt tamen, qui existimant tunc, si Cæsar in *Gallia* vel *Italia* esset, expeditiones quascunque, etiam quæ *Germaniam* tangerent, per *Trevirum*, vel *Ubium* fieri debere. *Mallinkr. de Cancell. pag. 33. Lynck. de Archiv. Imp. pag. 16.* & *ad Schweder. P. S. Sect. I. cap. 8. §. 1.* Quam sententiam juvat diploma *Ludovici IV. Ruthenis* de feudis ipsorum in *Germania* datum *Papia 1329.* quod a Vice-Cancellario Electoris *Coloniensis* est subscriptum apud *Bœcler. in Stem. Rhut. pag. 285.* Atque ideo sigilla Imperatoria asservat *Moguntinus*, & custos est & depositarius Archivi Imperii: non tamen ideo comparandus cum illo, qui in *Gallia Garde de Sceaux* dicitur. Quæ de tali comparatione lis orta 1681. Francofurti, legi potest. *in H. E. T. I. p. 198.*

Solus actu hoc munere fungitur

Moguntin.

§. III. Illud vero *Archivum* Imperii, distinctum ab Archivo Imperatoris, triplex est, vel tres potius habet portiones, vel partes. Una est *Moguntiæ*, quæ continet acta publica, quæ in Comitiis aliisque conventibus Imperii conscripta, item

Archivum Imper.

matriculam: quæ sæpe vocatur *Cancellaria* Moguntinensis, interdum etiam Reichs-Canzley. Altera est *Viennæ*, & continet Acta Judicii Aulici, vocaturque die Hof-Canzley, Reichs-Hof-Canzley, in quarum utraque & Acta ad *Italiam* &c. spectantia asservantur. *Lynck de Archiv. Imp. pag. 15.* Tertia denique in loco judicii *Camera* custoditur, & Acta ejusdem servat. *Schweder. d. l. cap. IV. §. 2. Lyncker. de Archiv. Imp.* Ob eandem causam quo-

Vice-Canc. Mogunt. que solus in aula Cæsarea suum *Vicarium* seu *Vice Cancellarium*, non tantum Imperatori, sed etiam sibi sacramenti vinculo obnoxium habet, qui ab ipso, uti omnes ad Cancellarii Imperii procuratorem pertinentes personæ constituitur *art. 40. Leopold. 39. Joseph. & art. 25 Carol. Cap.* Quali etiam potestate constituendi officiales & ministros, regendique Cancellariam in Camera pollet. *vid. R. J. 1523. §. item* hat auch &c.

Prærogativæ ejus. §. IV. In comitiis aliisque conventibus Imperii directorium habet, secundus semper ab Imperatore. De sessione *vid. A. B. cap 3. ibique Limn.* Solus Cæsari respondet in Comitiis nomine omnium. Ipsi Electorum reliquorum, ac Ordinum, imo & exterorum legati, ministri, & agentes mandata offerunt, insinuantque omnia, quæ ad Imperium perveni-

veniunt, atque apud eum exponunt, de quibus, ubi de Comitiis dicendum, agendum pluribus. Solius Moguntini Cancellarius & Secretarius mensa peculiari utuntur, Directorial-Tisch. Protocollum Moguntinum pro protocollo Imperii habetur, & authentico. In Collegio Electorali sententias rogat, & suam, rogante Saxone, ultimus dicit. Quæ partes ipsius in electione & coronatione, dictum *cap. XIIX. & XIX.* quæ in visitatione Cameræ & revisione Actorum, alio loco dicendum. Solus convocat deputationem ordinariam, & Electores ad diætas Electorales. Director est circuli Rhenani inferioris des Chur Rheinischen Creyses. Protector & Director est Postæ Imperialis *Hornig. de Jure Post.* Quo jure novissime usus in causa Principis de Taxis contra urbem Norimbergensem. *vid. Spec. Status 1705. M. Nov. pag. 6* Tempore interregni invigilat una cum *Vicariis* rebus Imperii. Illimitato utitur privilegio de non appellando. Jus habet decimam percipiendi de bonis, petitionibus, & exactionibus Judæorum. Jure conducendi gaudet per stradam montanam Darmenstadinæ ditionis usque ad Francofurtum, & jure nundinarum super Mœno Marck-schiff, rc. Exercet jus primariarum precum in omnibus Ecclesiis & beneficiis Archi-

chi-Episcopatus. Jus habet luendi pignora Imperii. Et quæ sunt alia insignia jura atque privilegia, quæ recensentur apud *Boecl. L. VI. cap. 5. ex schedis præsertim Boineburgianis H. E. T. I. p. 201. seqq. Thül. de Octov. cap. X.*

§. V. Episcopatus suffraganeos, & terras ad Ecclesiam Moguntinam pertinentes recenset *H. E. d. l.* ex quo id præcipue *pag. 198. 204* notaveris, *Joh. Georgium III.* Electorem Sax. decretum salvatorium obtinuisse ab aula Cæsarea pro juribus in urbem *Erfurtum.* Nec id omittendum, Archi-Episcopatum huncce Archi-officialibus & officialibus hereditariis gaudere, inter quos *Landgravii Hassiæ* Archi Mareschalli sunt hujus Archi-Præsulis & Ecclesiæ. *H. E. d. l. p. 202. conf. Nicol. Serarius de Reb. Mogunt. & Brusch. de Episcopat. Germ.*

CAP. XXIX.
DE
ELECTORE TREVIRENSI ET COLONIENSI.

§. I.

Trevir. SEcundus ex hoc ordine est Archi-Episcopus *Trevirensis*, qui Archi-Cancellarius per *Galliam* audit & regnum *Arelatense.* Utrumque huncce Archi-Cancellaria-

lariatum A. B. antiquiorem esse docet *Thülem. c. XIII. §. 34. Schurzfl. diss. Quod Carolus IV. non dissipaverit. §. 17.* Origo vero est incerta. Per Galliam autem intelligitur, quicquid olim ad Galliam *Belgicam* pertinuit, non vero integra Gallia. *Bæcl. L. VI. cap. 6. Conring. de fin. Imper. cap. 8. in f.* Errantque maxime illi, qui *Galliæ* regni nomine eligere Imperatorem *Trevirensem* credunt *Schwed. d. l. §. 5.*

§. II. Huic Electori primum competit votum in electione Imperatoris. *cap. 4. §. 3. A. B.* Sedet in Curiis & actibus solennibus ex opposito Imperatoris, vel ejus Commissarii, & in choro ante electionem e regione altaris *A. B. cap. 3. §. 2.* Alias cum *Coloniensi* alternat. *cap. 21. 22 26. §. 4. cap. 28. §. 5.* ubi varia de illius loco in sessionibus habentur & processionibus. Jura ejus.

§. III. In causis, quæ Electorem Moguntinum tangunt, in Camera expedit, quæ alias Moguntini sunt. Privilegium habet de feudis Imperii vacantibus in ipsius Archi-Episcopatu ad se devolvendis. *Thülem. c. XI. num. 7.* Prætendit æque ac Coloniensis jus directorii in Comitiis, mortuo Electore Moguntino, vel legato Moguntino absente, vel impedito, cui tamen prætensioni fortiter se opponit Saxo, qui 1675. d. 3. Jul. solenniter de jure

pro-

protestatus est. Jure de non appellando non utitur, nisi summa sit infra mille aureos Rhenanos. De Ecclesiis terrisq; huic Archi-Præsuli subjectis, ejusque officiis hereditariis aliisque juribus & privilegiis. *vid. Kyriander. P. XV. pag. 190. Browerus Annal. Trev. pag. 972. & 985. H. E. T. I. p. 206. seqq.*

Elect. Coloniensis. §. IV. Tertius est Archi-Episcopus *Coloniensis*, Archi-Cancellarius per Italiam, vel trans Alpes, hoc est, per reliquias Imperii veteris Romani, regnumque Longobardicum. In antiquis monumentis Germanicis dicitur des Reichs von Over-Berg Ertz-Cantzler teste *Frehero ad Petrum ab Andlo lib. 2. cap. 1.* Secundo loco in

Jura ejus. electione Cæsaris sententiam dicit. *A. B. c. 4. §. 3.* De ejus sessione & processione, quæ pro locorum varietate varia est, & alternativa cum Treviro *vid. A. B. c. 3. § 2. cap. 21 22. 20. §. 4. cap. 28. §. 5.* Titulo utitur Ducis Westphaliæ, & Angriæ. *Thül. de Oct. cap. 12. §. 8. n. 6.* De lite ejus cum Moguntino circa jus coronandi, *supra cap. XIX. §. 7. sqq. §. 3.* dictum. Jure de non appellando utitur illimitato. *Thül. d. l. c. 12.* De suffraganeis Episcopis terrisque ad hunc Archi-Præsulem pertinentibus ejusque officialibus hereditariis legatur *H. E. T. I. p. 212. sqq.*

Fata imper. Elect. §. V. Anno 1688. ad hanc dignitatem pervenit ex commendatione *D. Leopoldi,*

ex-

exclufo *Wilhelmo* Principe Fürftenbergio, *Jofephus Clemens* Dux Bavariæ, ex qua familia per centum fere annos hi Electores prodierunt. Cujus fata cum fingularia fuerint, pauca de illis hic addere non piget. Scil. vacante fede, poft mortem *Maximiliani Heinrici*, Candidatis infignioribus *Jofepho* Clementi & *Cardinali Furftenbergio* varia obftabant, quo minus canonice potuerint eligi. Illi quidem minor ætas, pluralitas beneficiorum: nam ex difpenfatione Pontificis Epifcopus *Frifingenfis*, & *Ratisbonenfis* electus erat, licet nondum confecratus, adminiftratoribus Epifcopatibus datis. Accedebat, quod non effet de gremio Ecclefiæ Metropolitanæ Colonienfis, nec etiam profeffus h. e. nondum vota paupertatis, caftitatis & obedientiæ feciffet. Furftenbergio itidem obftabat dignitas Cardinalitia, Epifcopatus Argentinenfis, quem jam tenebat cum aliis beneficiis Ecclefiafticis. Sed *Clementem* juvabat Apoftolicum Breve, quo Pontifex habilem reddebat hunc Principem ac idoneum, qui eligi poffet. Electus itaque eft novem Capitularium, quorum XXIV. erant, fuffragiis; *Furftenbergius* vero poftulatus eft XIII. votis. Quoniam vero eo cafu, quando electio cum poftulatione concurrit, ita ut alii eligant eligibilem, alii po-

ſtulent non eligibilem, neceſſe eſt, ut numerus poſtulantium duplo major ſit numero eligentium; ſi poſtulatus præferendus juxta capit. *Scriptum XL. X. de Elect.* ex decreto ſacræ congregationis electio Clementis ab *Innocentio XI.* d. 20. Sept. 1688. confirmata eſt. *vid. Conſultat. & Acta ſuper hac Elect. edita a Zacharia de bona Caſa Coloniæ. 1690.* Cæterum poſt varias lites cum Capitulo & Ordinibus Provincialibus, de quibus legi poſſunt, quæ in *Spec. Stat. anno 1699. 1700.* habentur, parum memor beneficiorum acceptorum a Cæſare, in partes Gallicas tranſiit, atque copias Galli ſub ſchemate militis Circuli Burgundici regionibus ſuis, & fortalitiis impoſuit. Cum quibus tamen ipſe terris ſuis pulſus, atque exul factus, ob crimen fractæ pacis & læſæ majeſtatis ſententiam banni, illius ſcil. in quod Clerici cadere poſſunt, (*Blum. Proc. Cam. T. 29. §. 115.*) paſſus eſt d. 29. April. 1706. (*)

(*) In pace Badenſi vero ejusque art. 15. in integrum reſtitutus eſt.

CAP. XXX.
DE
ELECTORIBUS SECULARIBUS.

§. I.

§. I.

Videamus nunc de Electoribus Secularibus, qui non tantum qualitate seculari, sed etiam modo constituendi, & officiis ab Ecclesiasticis distinguuntur. Connexio.

§. II. Prima constitutio horum Principum ad investituram tacitam, vel expressam referenda est, qua jus non tantummodo acquirenti, verum etiam posteris ejus habilibus concessum, quod jus successionis in A. B. definitum *cap. 7. § 2. & cap. 25.* Scilicet antea dubitatum fuit & disputatum in Germania quoad feuda Imperii, utrum dividi possint nec ne? *Carolus IV.* vero Electoratus individuos esse debere sanxit, statuitque, ut (1) Electoris filius primogenitus (2) legitime natus (3) laicus (4) integræ mentis, nec alio notabili defectu, qui ipsum inhabilem ad exercendum hoc munus reddat, laborans, mortuo Electore illi succedat. Constitut. prima. Successio.

§. III. Quoad primogenitum nihil interest, sive ante sive post a patre adeptum Electoratum natus fuerit, nam utroque casu sorte nascendi potior est. *L. 5. ff. de Senator.* quod jus invito non potest auferri. Est vero in familia Brandenburgica moderna exemplum, ubi *Fridericus I.* apud primogenitum *Johannem*, quem oneri huic minus aptum arbitra- De primogenitura.

Ejus ratio. tus, bonis rationibus effecit, ut jure suo cederet in gratiam secundogeniti *Friderici II. Zernit. de Elect. Brandenb. pag. 12.* quod & Cæsar & Electores, non improbarunt. *vid. J. F. Longob. c. XV. §. 22.* Mortuo vero primogenito ante patrem, ejus primogenitus patruis præfertur; si vero ejusmodi primogenitus, vel illius primogenitus, antequam apertura contingat, sine heredibus masculis decedant; vel si in illis successio semel cœpit, atque nemo amplius ex masculis ex illorum progenie superſit, tunc demum ad secundo natum ejusque lineam, hacque extincta penitus quoad progeniem masculam, ad tertiogenitum, ejusque lineam, & sic deinceps succedendi jus devolvitur. *vid. Limn. ad A. B. cap. 7. §. 2* Quæ succedendi ratio in *Bulla* a *Carolo IV.* Duci *Saxoniæ* data anno 1376. apud *Strauch. diss. 2. cap. 3.* & *Sigismundi* Bulla *Palatinis* data 1414. 1434. ap. *Freher. de Orig. Palat.* latius explicatur, observaturque in Electorali domo Saxoniæ. *vid. Itt. de Feud. Imp. cap. XII. §. 21. & Aut. H. E. T. I. pag. 215.* Repeti hic possunt disputationes variæ de hac re, præsertim, quæ novissime inter *Schilterum* & *Textorem* intercesserunt. *vid. Schilter. de Not. Success. Feud. cap. 4. §. 2. & in Mantissa Tr. de Apanag. Textor de Success. lineal.* Ab hac succedendi vero ratione

A. B.

A. B. non excludit Regem *Bohemiæ*. Nam quod *cap. 7. §. 3.* de jure eligendi ordinum habetur, intelligendum est de casu, ubi extincta familia Regia est. *Schweder. P. S. Sect. 2. c. 3. Vitriar. III. 12. 3* Obtin. quoque in Rege Bohem.

§. IV. Quia vero sæpius evenire potest, ut primogenitus, vel nepos Electoris, tempore delatæ successionis in minori ætate constitutus sit, providit A. B. ut agnatus proximus tutela & cura defungatur, usquedum heres Electoralis annum XIIX. compleverit. *cap. 7. §. 4.* Hoc ipso autem conditores A. B. testamentariam tutelam excludere voluisse, Electoribusque illam facultatem adimere, quam quilibet ex plebejis habet, vix sibi quisquam persuadebit. Lis hac de re bis fuit in domo *Palatina*, nunquam tamen in petitorio judicio decisa, nec lege publica definita. Extant hac de re scripta variorum polemica *Godofredi* & *Freheri*, qui pro testamentaria pugnant, quorum sententia interpretationi doctrinali magis conveniens videtur. Rationes ejus legas *apud Dn. Rhet. Inst. J. P. L. 7. 9. Eckolt. tit. de Testam. tut.* His contradicunt *Zeschlinus* & *Gevoldus*. *Bohemi* nec legitimum tutorem admittere olim voluere, sed ex privilegio *Caroli IV.* Ordines illius regni tutelam sibi vindicarunt, pro quibus pugnat *Strauch. diss. IV. th. 2.* Sed illorum Tutela Elect.

rationibus opponunt se *Limn. ad A. B. cap. 7. § 9 obs. 40. Schüz. Vol. I. cap. 7. th. 16.* Non male dici potest, privilegium illud in A. B. quæ c. 7. non excipit Regnum *Bohemiæ*, revocatum esse *cap. 13.* Hodierna facie non audebunt recusare legitimum tutorem. *vid. Notæ ad Vitriar. lil. II. 10.* Cæterum ætas illa XVIII. annorum sufficiens quoque est ad reliquarum regionum & bonorum administrationem, qua de re agitur in *H. E. T. I. pag. 219. & J. P. Feud. cap. 7. § ult.* Bohemiæ Reges vero anno XIV. legitimam ætatem consequi docetur in *H. E. T. I. pag. 224.*

De Vacantia Elect. §. V. Quod si Electoratus plane vacare cœperit, nullusque adsit, cui ex pacto legitima successio debetur, ad Imperatorem & Imperium devolvitur, iterum tamen, ne numerus diminuatur, alii concedendus. *A. B. T. 7. §. 1.* qua de re infra, ubi de consensu Electorum dicendum.

Archi-officia. §. VI. De Archiofficiis Electorum Secularium id in genere notandum, originem illorum ex aula veterum Regum Francicorum repetendam esse, primumque ambulatoria fuisse, postea vero certis familiis hereditaria facta, atque Electorali dignitati unita, & cum illa ab Imperatore titulo feudali concedi, & accipi. *Conring. diss. de official. Imp. th. 7. Wa-*

gen-

genseil. de summis official. cap. 18. num. 67. Thülem. de octov. vir. c. 20.

§. VII. Habent vero ratione horum officiorum Subofficiales suos Erb-und Affter-Aembter, de quibus officiis illos subinvestire solent. Vid. dicta supra cap. 19. §. 1. Quo loco damnandus est insignis illorum error, qui illa Archiofficia, imo etiam Electoralem dignitatem cum Electoratibus ex singulari privilegio esse feuda Episcopi, & Ecclesiæ *Bambergensis* tradiderunt: quod & doctissimis alioquin viris verum visum est. Sed hodie nemo est, cui non notum, quid errori isti ab omnibus excusso caussam dederit. Namque Electores Seculares Episcopo *Bambergensi* per Subofficiarios suos, qui cum Subofficiariis Imperii in Reichs Erb-Aembtern non sunt confundendi, eadem officia præstant ac Imperatori: de quibus officiis Ober-Aembtern cum certis rebus, procul dubio olim Ecclesiæ isti in feudum oblatis, investiuntur ab Episcopo, sed ita ut mandatarii, seu legati Electorum fidem nude promittant absque jurejurando. Quod institutum ad tempora *Heinrici II.* illiusque seculi religionem, vel superstitionem non male refertur, licet de certa origine non adeo liquido constet. *vid. Freher. de Orig. Palat. cap. 15. Limn. ad Capit. pag. 123. Wagenseil. d. cap. 18. Thomas.* Subofficiales.

Error insignis notat.

de feud. oblat. c. 1. §. *21.* De singulis in sequentibus.

§. VIII. In A. B. Seculares Electores *illustres* vocantur *art. 5.* Sed hodie ab Imperatore quoque *Serenissimi* & Germanice, Durchlauchtigste, juxta art. 3. Capit. Caroli VI. vid. Dn. Auct. der gegenwärt. Verfass. p. 23. lit. d. appellantur, atque jamdudum in vernacula lingua loco Chur-Fürstl. Gnaden axioma Chur-Fürstliche Durchlauchtigkeit datum illis fuit. *Thulem. de Octov. cap. VIII.* § *10. vid. dicta supr. cap. XVI.* §. *10. in f.* Cæterum Cæsar Oheim illos vocat, qua voce etiam reliquos Principes dignatur. Observat *Thulem. d. l.* §. *12.* interdum in legibus publicis vocem Neefe & Oheim utrisque Electorum tribui.

Ordo. §. IX. Ordinem Electorum Secularium A. B. definit satis aperte *cap. IV.* §. *4.* & *cap. VII.* §. *2.* ut adeo supervacaneum sit, dubitare, an jus præcedentiæ inter hos Electores in A. B. reperiatur. Ordinem vero istum ratione Palatini, pace Westphal. & postea rursus varie immutatum esse, mox videbimus. Cæterum vult A. B. c. ult. ut Electores Seculares, tanquam Imperii columnæ & latera præter vernaculam diversarum idiomatibus linguarum instruantur, Latino (quod per Grammaticam intelligitur) Italico, & Slavico: ut plures

plures intelligant & a pluribus intelligantur, qui plurimorum necessitatibus relevandis, Cæsareæ sublimitati insistunt in partem solicitudinis constituti. Sed neglecta hæc sunt sæpius post A. B. Non desunt tamen & nunc exempla Electorum plurimarum linguarum peritissimorum. *H. E. T. I. 126.*

CAP. XXXI.
DE
REGE BOHEMIAE.

§. I.

INter Electores Laicos Rex Bohemiæ ex Regiæ dignitatis fastigio, jure & merito obtinet primatum ut A. B. loquitur *cap. IV.* § *4.* atque rogatus a Moguntino tertio loco sententiam dicit *d.* §. *4.* quam rem constans usus a tempore A.B. probavit. Atque nec olim a negotio capitulationis exclusum esse, jam supra monitum *cap. XI.* §. *12.* ut adeo putidum fuerit, dubitare, utrum Rex Bohemiæ fuerit Elector. *vid. Decret. Elect. ap. Limn. ad A. B. cap. IV.* §. *4. obs. 9. Strauch. diss. 2.* §. *12.* Rex Bohemiæ.

§. II. Interfuisse autem jam olim Duces & Reges *Bohemiæ* a Seculo XI. electionibus Imperatorum, docet *Gold. de regn. Bohem. L. 3. cap. 6. pag. 300.* Et quamvis scri- Jus ejus eligendi.

ſcriptores nonnulli, itemque textus *Spec. Jur. Sax. & Svev.* excluſerint illum ideo, quod *Teutonicus* non ſit: oſtenſum tamen jam eſt ab aliis, parum tribuendum eſſe illis hac in parte, & ſi quid veri ſubeſt, non de omnibus Regibus Bohemiæ, ſed certa perſona *Wenceslao* ſcil. *monoculo* id intelligendum eſſe, qui per patrem *Slavus*, per matrem *Hungarus* fuit, cujus tempore *Bavarus* Archi-Pincernæ munus obiit. *Lambec. T. II. Biblioth. Vindob. Pfeffing. ad Vitriar. III. pag. 2. pr. lit. B.* vel de eo Rege, qui Germanicæ gentis non eſt. *Thulem. de Octov. cap. 14. §. 2. Vitr. III. 12. §. 1. 2. ibique Pfeff.* Ipſam vero Bohemiam partem Germaniæ ab antiquiſſimo tempore eſſe certum eſt, licet inhabitatoribus *Bojis Slavi* acceſſerint, atque in unum populum utrique coaluerint poſtea. *vid. dicta cap. 4. §. 29.* Et hodie feudum Imperii indubium eſſe, Regemque non ſolum fidelitatem, ſed obedientiam ac ſubjectionem præſtare Imperatori certum. *Thulem. c. 14. §. 36. 37.* Poteſt etiam in Camera conveniri *Goldaſt. L. IV. cap. 13. §. 10.* Quod vero *Bohemus* tunc demum ſuffragio gaviſus fuerit, quando Electores inter ſe diſſentiant, ad fabulas pertinet repugnatque tum A. B. tum uſui. Nam nec ultimus ſententiam dicit, ſed tertio loco, &

Bohemiæ pars Germ.

Feudum Imper.

prius-

priusquam constare potest, suffragia in duas partes esse divisa. *Thulem. d. l.*

§. III. Postquam vero certum est, pridem Regem Bohemiæ esse Electorem, non dubitari etiam debet, esse Statum Imperii, cum Elector nemo, nisi Status Imperii esse possit & soleat. Nam licet olim ad Comitia universalia, vel alias diætas Imperii & conventus Electorum non vocatus, nec admissus, & ob hancce caussam Recessibus Imperii in Comitiis conditis, qui ad conventiones illas non concurrit, non adstrictus fuerit. *R. J. 1557. Schwed. P. S. Sect. II. cap. 5.* § *6.* & fortasse aliquando loco privilegii habitum, non cogi posse interesse Conventibus Imperii, nisi certo loco habeantur: sufficit tamen, illum in negotio maximi momenti, ubi de capite & forma Imperii agitur, adfuisse & suffragio suo gavisum esse. Constat etiam Monasterii in Collegio Electorum sententiam dixisse, ubi de restitutione Palatini, & redintegrando Collegio Electorali actum est. *H. E. T. I. pag. 222.* Plane Electores & Principes alios Imperii ipsum pro Statu agnoscere, scriptum eorum 1610. *Praga* exhibitum testatur, quod habet *Goldast. L. III. de Regno Bohem. cap. 3. num. 4.* Quid nostra ætate a tempore electionis Josephi actum, cum *Hannoverano* præsertim in pa-

Est Status Imper.

ctis unionis *d. 22. Mart. 1692.* §. *8.* circa votum & sessionem Bohemi in omnibus conventibus Imperii notum est. *vid. H E. T. I. pag. 33. Kruger. de Novemv. disc. 7.* §. *6. pag. 266.* (*)

(*) Tandem anno 1708. communi Statuum consensu in Collegium Electorale denuo ita introductus fuit, ut in omnibus imperii Conventibus, Ordinariis & Extraordinariis votum ac sessionem habere debeat. vid. El. Jur. Publ. T. 1. p. 1. seqq. Hertius de renovato Rom. German. Imp. & Regni Bohemiæ Nexu in Opp. Vol. II. P. 1. pag. 505. sqq. Dn. de Ludewig Diss. de Jure Suffragii Regis Bohemiæ novissime restaurati in Comitiis S. R. Imp. hab 1709.

Munus Archi-Pincernæ. §. IV. Est vero Rex Bohemiæ Archi-Pincerna, atque ideo primum potum vino & aqua permixtum Imperatori in solenni curia porrigit, non tamen, nisi velit, sub corona: nam pileo Electorali uti potest, *A. B. cap. 27.* §. *5.* Quod officium post reliquos Archiofficiales præstat, juxta A. B. cum naturæ ordo ita id exigere videatur; ut ideo dignitati ejus Regiæ nil decedat. *vid. Wagenseil. de Sum. official cap. 14.* § *4.* & *supr. c. 17.* §. *10* Quando ad Bohemum hoc munus pervenerit, disquirit *Goldast. L. III. cap. 8.* atque ad tempora *Ottonis III.* refert. Vicar. ejus. *Subofficialem* vero habet seu vice-Pincernam Dn. de Limburg *A. B. cap. 27.* §. *6.* de qua familia illarumque juribus agit *Wagenseil. d. l. cap. 15.* (*)

15. (*) Atque cum ſimile officium gerat Rex Bohemiæ apud Epiſcopum *Bambergenſem*, ut ſupra dictum, per *ſubofficialem* ortum ex familia von Aufſeß, illud exercet. *Wagenſeil. d. l. cap. 18.* Quod officium cum quibusdam locis, atque inter ea veteri urbe Praga titulo feudali ab Eccleſia Bambergenſi recognoſcitur. *Gold. de Regn. Boh. L. 3. c. 7. n. 6.*

(*) Extincta anno 1713. cum Vollratho, ultimo Comite, illuſtriſſima hac familia, Carolus VI. Imp. Glorioſiſſimus munus hocce Michaeli Johanni, Comiti ab Althan, ejusque ſucceſſoribus maſculis anno 1714. detulit. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Publ. c. 9. §. 32.

§. V. In proceſſionibus ſolennibus immediate Imperatorem, vel Regem ſequitur *A. B. cap. 22. in f. cap. 26.* §. 5. nihil tamen geſtat, ſed vacuis manibus ambulat. *Wagenſeil. d. c. 14.* §. 2. *vid. cap. 19* §. 2. *ſupra.* In ſeſſionibus poſt Electorem Eccleſiaſticum ad dextrum latus Imperatoris primum locum inter Seculares tenet. *A. B. cap. IV.* §. 1. *& Decret. Elect.* quod exhibet *Limn. d. l.* Locus in congresſibus publ.

§. VI. Cæterum Rex Bohemiæ variis privilegiis gaudet. In *A. B. cap. 8.* privilegia confirmantur de non evocando, & non appellando. Non tenetur inveſtituram & Regalia ſuſcipere, niſi in Regno ſuo, aut certis finitimis locis intra 10. vel 15. milliaria a Regno. *Goldaſt. L. III. cap. 14.* Jura & privilegia Regis Bohemiæ.

num.

num. 31. Vexilla in investitura non projiciuntur in populum, sed Regi integra redduntur. *Thulem. d. l. §. 28.* Ab oneribus & contributionibus Imperii est immunis per Constit. *Friderici II.* de anno 1212. & *Caroli IV.* ordinariis scil. non vero extraordinariis, & Turcicis præsertim collectis. *vid. R. J. 1521.* §. Darauff haben wir 2c. *Thulem. cap. 14. §. 25.* Quam ob causam nec circulo ulli adscriptus, nec matriculæ imperii novissimæ de anno 1654. insertus. *Thulem. d. l.* (*) Quamplurimos habet Electores, & Principes Imperii vasallos, quos recenset *Thulem. cap. 14. §. 34.* Inter quos, quænam Electores & Duces Saxoniæ feuda a Regno Bohemiæ teneant, legi potest in formulis Sacramentorum in actu investituræ præstitorum apud *Müller. Annal. Sax. ad anno 1687. pag. 572. 573.*

(*) Hodie tamen ab oneribus istis non amplius immunis est, postquam anno 1708. ad Quantum matriculare Electorale, ac trecentos florenos annuos ad sustentationem Cameræ impendendos se obligavit. Conf. Kert. cit. Dissert. Sect. IV. §. 3. circa fin.

Qualitas regni Bohemiæ. §. VII. Bohemiæ regnum successorium fuisse ab omni tempore, nec electioni locum fuisse, nisi Regia stirpe mascula, imo & foemella extincta, docet *Goldast.* in nobili opere *de Regno Bohem. cap. 21. L. VI.* Seculo superiori Bohemi libe-

liberam eligendi facultatem superstite regiæ stirpe in masculis vindicare conati sunt electo *Friderico V.* Palatino. Sed infelix Pragense prælium conatus illos intervertit, atque Bohemia inter Provincias hereditarias domus Austriacæ refertur non tantum pace *Pragensi* §. *23.* sed etiam *Westphalica art. 4.* §. *de cetero 55. vid. supra cap. IV.* §. *30.* Quod si mascula progenies Austriaca deficeret, quod avertat Deus! locus foret pristino privilegio utendi *Conf. Leyser. de Elect. Bohem.* §. *6.*

CAP. XXXII.

DE ELECTORE BAVARICO.

§. I.

IN A. B. secundus locus inter seculares Electores, & suffragium quartum assignatur *Comiti Palatino Rheni.* Et Comitatui *Palatino* ad Rhenum ab antiquo annexam fuisse dignitatem Electoralem, neque ad *Bavariæ* Duces pertinere *Marquard. Freher. in Orig. Palat. & alibi defendit:* cum e contrario *Gewold. Lib. de Septemv.* pro *Bavariæ* Ducibus, qui æque ac *Palatini Comites* ab *Ottone illustri Com. Schir.* & *Wittelbacensi* a Friderico II. & *Com. Pal. & Bavariæ* Ducis dignitate exorna- Occasio hujus Electorat.

ornato, originem ducunt, pugnet. Argumenta utriusque leguntur *ap. Limn. III. 9. 1. 2. Strauch. diss. 3. th. 2. 3.* Seculo tamen superiori occasione motuum Bohemicorum & electionis *Friderici V.* Electoris Palatini in Regem *Bohemiæ*, *Bavarus* locum cum *Palatino*, cui A.B. dignitatem suam firmavit, commutavit. Scilicet post prælium *Pragense Ferdinandus II.* exauctorabat *Palatinum*, atque Electoralem dignitatem in *Maximilianum* Bavariæ Ducem transferebat. Consensu Electorum hæc facta fuisse, acta non docent, licet Catholici non adeo contradixerint. Contradicebant tamen maximopere *Saxo* & *Brandenburgicus*. vid. *Limn. III. 9. 15.* Præbuit tandem consensum sub certis conditionibus *Saxo*, & quia solus Brandenburgicus nihil tunc efficere poterat anno 1624. 30. Jul. Schleusingæ in Collegium Electorale Bavarus receptus est. Tandem Brandenburgicus consensit. *Theatr. T. I. p. 11. 21.* atque *J. P. W. art. 4.* conventum, dignitatem *Electoralem, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus regalibus, officiis, præcedentiis, insigniis & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, ut & Palatinatum superiorem una cum Comitatu Cham, penes Maximilianum ejusque liberos totamque lineam Wilhelmia-*

helmianam manere debere, quamdiu masculi ex ea superstites fuerint, quibus deficientibus res in pristinum statum redire debet; atque octavus Electoratus Comiti Palatino concessus iterum extingui. Sic *Bavarus* octovir quintus est factus in ordine Electorum, & secundus inter Seculares, locumque post Regem *Bohemiae* occupavit, atque quartum in electione capitis habuit votum *arg. cap. IV.* §. *1.* & *3. A. B.*

§. II. *Palatinum* Archidapiferi munus gessisse olim monumenta, & *A. B.* præsertim docent *cap. I.* §. *13. cap. V.* §. *1.* & in vernacula lingua Des heil. Röm. Reichs Ertz-Truchsess, vel Oberster Truchsess dicitur. *Thülem. C. XV.* §. *10. vid. Tollner. in Inst. Palat. cap. 6. pag. 109.* Etsi autem hic post *Burgold P. I. disc. 19.* vellicat illos, qui Germanicum hoc axioma a *dapibus ferendis* derivant, ac uterque mavult *Drotsedum* dici antiqua voce, quæ significet *Comitem Palatinum*, seu Judicem regium: non tamen puto priorem sententiam id mereri, quam tuetur late *Wagenseil. de summis official. cap. 12.* §. *2. seqq.* Plane in aulis Germaniæ vocabulum Truchsess illis & hodie applicatur, qui ministerium præbent in dapibus ferendis.

Munus Archidapiferi.

Unde nomen Truchsess.

§. III.

Lis cum Palat. §. III. In literis investituræ, quas accepit Ferdinandus Ratisbonæ 1623. (quæ leguntur *apud Lond. T. IV. pag. 675.*) munus Archidapiferi confertur expresse *Bavaro.* Sed in J. P. nulla ejus diserte facta est mentio, negaruntque Palatini sub vocabulo *officiis* id contineri, cum munus illud non sit connexum Electorali dignitati, sed Palatini diu illud ante istam gesserint. Postea tamen speciali transactione hoc officium Archidapiferatus cum insigni *pomi Bavaro* reliquit *Palatinus*, adsumto Archithesaurarii axiomate. Itaque vi illius muneris pomum Imperiale gestat ante Cæsarem, eaque munia subiit in solenni Curia, quæ Palatino in *A. B.* tribuuntur, *cap. 22.* & prætendit esse Judex Imperatoris loco *Palatini* per *A. B. cap. 5. §. 2. Rhet. l. 11. 8.* Habet Vicarium seu Subofficialem Comitem de *Waldburg & Zeil*, qui olim tempore A. B. ex familia *Nortbergiorum* fuit *cap. 27. A. B.* atque ibidem *Magister coquinæ* dicitur. Quando autem ab Electoribus Palatinis *Waldburgiis* hæc dignitas collata, legi potest *apud Wagens. d. l. c. 13. §. 5.* Apud Episcopum Bambergensem vicariam operam illi præstitit *Nob.* a *Pommersfelden*, ut olim *Palatino.* De feudis, quæ ab eadem Ecclesia habet. *vid. Limn. III. 9, 21. Thülem. cap. 20. §. 27.* De Vicariatu

Trans-acta. Jura Bavari. Vicarius.

cariatu dictum *cap. 21. §. 9. De Jure Wildfangiat. dicendum cap. 34.* Cæterum privilegio de non appellando illimitate usus est. *Blum. Pr. Cam. T. 47.* Quod ad Palatinatum superiorem extensum ex Privilegio *Ferdinandi III.* 1638. & 1644. Director fuit cum Archi-Episcopo Salisburgensi Circuli Bavarici; ejusque Dux. *H. E. T. I. pag. 231.* ubi & terræ ipsius recensentur. De prætensionibus agit *Giovann. in Germ. Princ. L. 3. c. 3.*

§. IV. Sed, quæ est rerum humanarum vicissitudo, quæ fata seculo superiori experta Palatina domus, eadem jam patitur *Bavarica.* Postquam enim a Gallis, nescio, qua vana spe, vel quo vindictæ studio induci se passus est *Maximilianus Emanuel*, ut una cum hoste Imperii in patriæ viscera sæviret, ac hostis Imperii & perduellis fieret; per victoriam illam *Hochstadensem 1704.* ditionibus, & Germania pulsus, tandem *die 20. Apr. 1706.* consensu Electorum solenni ritu in bannum Viennæ a Cæsare declaratus, dignitatibus, honoribus, ac bonis exutus est. Quæ sententia & Ratisbonæ ab Heroldis Cæsareis publice recitata. Repetit jam Palatinus Elector pristinam dignitatem cum Palatinatu superiori, atque ea de re in Comitiis agitur. Quo successu, dies Mutatio status.

docebit. Nostrum non est ratiocinari.(*)

(*) Proscripto Bavaro Palatinus Elector pristinam dignitatem Archidapiferi cum Palatinatu Superiori recuperavit quidem, & ab Imp. Josepho d. 23. Jun. 1708. solenni ritu de hoc pariter ac illa cum annexis investitus, vid. Fabri Staats-Cantzelley Tom. XIII. c. 10. p. 436. sqq. immo in Capitulatione Carol VI. art. 2. in eodem Electoratus loco confirmatus est: At per Pacem Badensem art. 15. Bavarus in pristinum locum, omniaque, quæ ante dictam proscriptionem habuit, jura plenissime restitutus, & non obstante contradictione Serenissimæ Domus Palatinæ; vid. Elect. Jur Publ. Tom. VII. p. 397. sqq. prævia Imperiali investitura anno 1717. in Collegium Electorale denuo receptus est

§. V. Obiter observandum hic, a *Ferdinando Duce Bavariæ* ex Morgenatico matrimonio cum Maria *Petenbekia* descendere Comites de *Wartenberg*, quibus ex pactis a *Rudolpho II.* confirmatis jus est, succedendi in Ducatus *Bavariæ*, extincta linea *Wilhelmiana*. Egit Elector Bavariæ pro obtinenda illis successione in Electoralem dignitatem, sed frustraneo conatu. De qua re *vid. H. E. T. I. pag. 228.*

CAP. XXXIII.
DE
ELECTORE SAXONAE.
§. I.

Elect. Saxoniæ

TErtius inter Seculares Electores est Saxo, quinto in Electione gaudens voto.

voto. *A.B.cap.4* §.4.& *cap.7.* §. 2. Fuit hæc dignitas tempore A. B. in familia *Ascaniorum*, quibus axioma Ducum *Saxoniæ* a *Friderico I.* exauctorato *Henrico* Leone in *Bernhardo* cum insignibus rutaceæ corollæ 1180. fuit collata: quibus postea jus eligendi Imperatores seculo XIII. accessit, quod nulli familiæ Ducum Saxoniæ antea competiit. Sed post mortem *Alberti III. Sigismundus* justas ob causas *Ericum V.* præteriit, atque in *Fridericum Bellicosum* Marchionem Misniæ ex antiquissimorum Ducum Saxoniæ stirpe ortum ducentem, propter insignia merita Electoratum & Ducatum Saxoniæ cum Archi-Mareschallatu, Palatinatu Saxoniæ, Burggraviatu Magdeburgico &c.an.1423. transtulit. Literæ investituræ datæ Budæ 1425. legi possunt apud *Albin. Chron. Misn tit.16.pag. 212.* Divisa ejus stirpe in nepotibus *Ernesto*, & *Alberto*, illius posteritas hæc omnia servavit, usque ad tempora *Johannis Friderici Magnanimi*, cui in saltu Lochaviensi capto, 1546. finitoque per id infelici bello *Schmalcaldico* Carolus V. omnia ademit, atque non procul a Vitemberga, loco in hunc diem conspicuo, in pratis Bleserensibus *Mauritio* contulit agnato, & de iis hunc in Comitiis Augustanis 1548. publice solenni ritu investivit. Quod negotium dimis-

Translata in Marchionem Misnenses.

misso Johanne Friderico ex captivitate, & extincto *Mauritio*, pactis Naumburgensibus 1554. quæ apud *Hortleder.* extant *T. II. cap. 87. 88.* inter Augustum Electorem & dictum *Johannem Fridericum Electorem natum*, ad exitum plenarie deductum est.

Est Archi-Mareschall. §. II. Officium Elector hic gerit *Archi-Mareschalli S. R. I.* des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschalls, sive Obersten Marschalls. Nomen *Mareschalli* quid significet, & inferat, varie & sæpe lepide scriptores disputant. Plerique tamen sentiunt supremum rei equestris, vel stabuli Magistrum, seu Comitem significare. *vid. Thülem. de Octov. cap. XVI. & Haugwiz de Mareschall. cap. 1.* Jam autem a temporibus *Ottonis III.* Saxones in Imperio hoc munus subiisse, constat. *D. Coccejus in Inst. Jur. Publ. cap. XII. §. 5. 6 pag. 210. Dn. Schilt. ad J. F. A. c. 42. § 17.*

Munia ejus. §. III. Vi hujus officii in actibus solennibus, ubi insignia præferuntur, *gladium* Imperialem Reichs-Schwerd præfert evaginatum, vagina Vice-Mareschalli manibus relicta, atque immediate præcedit *Cæsarem*, intermedius inter ipsum & *Tre-* Præf. gladium *virensem* juxta *A. B. cap. 22. & 26.* Quem locum etiam occupat, si nemo reliquorum Collegarum insignia gestat, sed ipse solus gladium præfert. *H. E. T. I. pag. 250.*

vid.

vid. Schemata in Decret. Elect. ap. Limn. ad A. B. IV. 1. obs. 9. Fuit controversia mota de hac re a *Wenceslao Duce Brabantiae*, & *Luxenburgico* in illis ipsis Comitiis, quo A. B. promulgata, itemque postea in coronatione *Wenceslai* Regis Romanorum. Sed *anno 1415.* decreto *Sigismundi* res pro Electore *Saxoniae* decisa, nec in posterum hac de re lis ulla orta est. *H. E. d. l. Thülem. cap. 16. §. 17. Wagenseil de officiali. cap. 8. §. 5. seq.* Atque ideo in insignibus duos gladios rubentes decussatim gerit cuspidibus sursum versis, quo nullus Saxoniae Ducum, nec heres quidem Electoralis utitur. Nota sunt quae acta, cum ultimus ex *Lauenburgicis* Ducibus duobus gladiis cuspidibus deorsum versis uti inceperit. *Spener. de Insign. Sax. Sect. I. §. 35.* Habet tamen *Pappenheimius* Vice-Mareschallus Hereditarius enses duplices etiam in insignibus. *Wagenseil. c. 8. §. 38.* Caeterum cum isto gladio Imperiali non confundendi sunt illi, qui in solennibus Curiis, & congregationibus, Electoribus praesentibus, ab eorum Mareschallis, non tamen evaginati, & praesente quidem Imperatore cuspidibus deorsum, absente vero sursum versis, praeferuntur. *vid. Rhet. l. 12. Acta Elect. Joseph. p. 102. Wagens. de official. c. 8. §. 8.*

Offic. e jus in expeditionibus §. IV. Porro in campis sub adventu Imperatoris, vel in expeditione ordines instruit, & cum suis omnibus aliis stationibus præfertur, ac justitiam militarem in expeditione administrat. De ista præferentia in coronatione *Caroli V.* lis mota est a Duce *Juliacensi*, de qua *vid. Maur. apud Goldast. P. S. P. III. pag. 267. Limn. T. I. add. L. III. cap. 10. n. 27. & ad Capit. Caroli V. art. 30. pag. 320. Wagenseil. de official. Cap. 8. §. 3.* Pariter in expeditionibus, & præliis Imperii, ubi præsens est Imperator, *vexillum Imperii majus*, Archi-Mareschallo concreditum fuit. Des Heil. Röm. Reichs Hauptfahne, qui & alterum vexillum, quod die Renn-Fahne dictum, ad se pertinere contendit. *vid. Limn. T. I. add. ad L. I. cap. 14. pag. 181. & L. III. c. 10. n. 27.* Egregie autem novissime hoc jus vindicat adversus *D. Obrechtum*, & quæ alias hac de re a *Wurtenbergicis* disputata sunt, illustris auctor *H. E. T. I pag. 251.* Hodie cum facies expeditionum alia sit, ac olim, jura hæc *Archi-Marschalli*, quoad expeditiones bellicas non adeo in usum venire solent: non tamen ideo existimandum, extincta illa esse. Illud vero, quod juxta *A. B. c. 17. pr.* in curia solenni agit officium circa mensurationem avenæ, & distributionem, in viridi est observantia: quamvis negan-

gandum non sit, in circumstantiis quibusdam hactenus esse variatum, ut acta puplica docent, & ex illis *Krüger de Novemv. P. S. membr. 2. disc. 4. Wagens. c. 7. §. 21. seqq.*

§. V. In Comitiis & Conventibus Electoralibus præsertim diætis Electionum auctoritate *Archi - Mareschalli* diversoria assignantur ab ejus Vicario, Electoribus & Statibus, vel eorum Legatis, illisque diversoriis tabulæ & insignia affiguntur, nec licet ulli, propria auctoritate hospitium eligere. *Bertram. de Comit. n. 5.* Ejusdem auctoritate curam rei annonariæ atque excubiarum suscipit Mareschallus hereditarius. *Bertram. de Comit. n. 59. Thülem. cap. 16* §. *14 Wagens. cap. 9* §. *5.* Porro Archi-Mareschallus tempore ejusmodi diætarum jurisdictionem habet in familiam Electorum, & Statuum Imperii in civilibus & criminalibus, imo etiam in advenas & forenses. Videantur tamen pacta inter Mareschallum hereditarium, & Civitates Imperiales inita *apud Bertram l. c. n. 65. & H E. pag. 830.* In illos vero, qui ad Aulam Cæsaream pertinent, ejusdem Mareschallus exercet jurisdictionem. *Bertram d. l. num. 60.* Operæ pretium puto esse, inserere ea, quæ illustris autor *H. E. T. I. pag. 254.* de hac re congessit. Es ist dieses (scil. quod

Cura ejus in Comitiis.

antea de buccinatoribus dictum erat) zweifelsfrey unter die effecten der Reichs-Gerichtbarkeit oder des Hoffzwangs mit zu rechnen, welche ein Chur-Fürst zu Sachsen in weit grössern und höhern Stücken, vermöge des Ertz-Marschall-Ambts bey Reichs-Versamlungen zu üben hat, darzu das Einfurriren, oder Einlogirung des Käysers, Römischen Königes, der Chur-und Fürsten und Stände bey persönl. Erscheinungen, Bottschafften, und Gesandten it. die der Orten Anhefftung der Taffel mit der Herrschaft Wappen, und des Gesandten Nahmens Anschreibung, die Jurisdiction in civil und criminal-Fällen über die frembde, beschriebene und unbeschriebene; die Verfaß und Handhabung der Tax-Ordnung, die Ansagung zu Rathe, die von Käyser und Reiche beschlossene Suspendirung von dem Reichs-Voto, die Umbfrage und Ausruffung in den Fürsten-Rath, die introduction neuer Mitt-Glieder in die Reichs Collegia, die Ausschaffung der frembden Ministrorum, und anderer Leute bey einer Königlichen Wahl, die Ausgebietung derer Reichs-Chur-Fürsten und Stände Gesandten bey Fällen des declarirten Reichs-Kriegs oder der Reichs-Acht. It. die Vergleitung, und Protection der Jüden und ihres Anhangs, die Verordnung und Bothmäßigkeit in Policey-Wesen bey frembden Krahmern, Fechtern,

Hand-

Handwerckern, Schiffleuten, Gahrküchen, Weinschanck, Ellen, Maas und Gewichten, Marcktzoll, Spiel-Plätzen, Wachten, Mitschafften, Stand-Gelde, Tumult-Sachen, und dergleichen. Welche Gerechtigkeiten, theils die Käyserliche Majestät, sambt Chur-Sachsen, durch ihre Hof-Marschall-Aembter, und Gesandten allein, theils durch ihre deputirten, mit Zuziehung des Erb-Marschalls, Grafens von Pappenheim, theils Chur-Sachsen allein durch diesen, oder den Reichs-Qvartier-Meister, und andere Bediente, nach Unterschied und Art der wichtigen oder geringen Actuum verrichten lassen. Bey solennen Einritten hat der Ertz-Marschall seine dispositiones auch, und gehet dessen Unter-Marschall, oder Reichs-Qvartier-Meister sambt seines Herren Gesandten voran. Es sorget auch der Erb-Marschall dafür, daß die Bühnen, Stellagien, und was zu denen solennen Sessionen gehöret, in guter proportion, und Ordnung gemachet werde. Quo loco plura notatu digna legi possunt. De Directorio ejus in Comitiis loco Moguntini hoc impedito, vel absente, item de Directorio inter Evangelicos dicemus infra, ubi de Comitiis agendum.

§. VI. Est autem vi officii sui Patronus & judex Buccinatorum &c. Der Hoff- und Feld-Trompeter und Paucker: ob quam cau- Patronus buccinator.

causam omnes Electorum, & Statuum Imperii buccinatores & tympanistæ, si lis circa res artis, vel eorum status oritur, ad collegium seu societatem auctoritate Electorali Saxonica horum hominum constitutam Chur-Sächs. Cammeradtschafft eam deferre, ibique conveniri debent. Uti vero hæc dubio carent, si tale quid contingat in diætis Imperii, vel expeditionibus bellicis: ita fuit dubitatum aliquando, num idem obtineat, si extra illos casus in aula hujus vel istius Principis, vel alibi lis orta. Sed tamen & hoc casu ad societatem Dresdensem, vel si hæc non possit definire, ad Judicium supremum Aulæ Electoralis Saxonicæ Mareschalli, das Ober-Hoff Marschall-Ambt, & tandem ad ipsum Archi-Mareschallum rem pertinere; nec privilegia de non evocandis subditis illud impedire, egregie ostenditur ab autore *H. E. T. 1. pag. 253.* ubi plura de hac re nullibi obvia invenies. Si præsens est, quando Princeps aliquis equo, vel alteri animali insidens feuda sua ab Imperatore recipit, equum illum, vel bestiam accipit Archi-Mareschallus, vel eo absente Vice-Mareschallus, & hoc absente Imperialis, sive Regalis Curiæ Mareschallus, qui & alias absente utroque officia eorum peragit *A. B. cap. 27. §. 1.*

§. VII.

§. VII. *Archi-Mareſchallo* vicariam operam præſtat Senior ex Familia *Pappenheimiorum*, *A. B. tit. 4. & 27 Limn. ad A. B. cap. 27 § 6. obſ. 14.* qui *Mareſchallus hereditarius Imperii* Reichs Erb-Marſchall vocatur. Non tantum autem ille in ſolennitatibus abſentis Electoris vices gerit, vel præſenti ſuam operam præſtat, atque aſſiſtit *cap. 27. § 1. A. B.* verum etiam extra ſolennes actus in diætis Imperii loco vel autoritate *Archi-Mareſchalli* quam plurima negotia peragit & curat, ut partim ex dictis patet, partim ex infra dicendis apparebit. Congeſſit ea quondam, quæ ad munus Vice-Mareſchalli pertinent, *Sixtus Sommerus*, quam recenſionem exhibet *Limn. T. II. addit. L. 3. cap. 7. num. 73. & Thül. cap. 21. §. 27. conf. H. E. T. I. pag. 254.* Habet vero *Pappenheimius*, qui & ipſi in multis vicariam operam præſtat, cui nomen eſt, *Metatoris* des Reichs Qvartier-Meiſters, oder Unter-Marſchalles; cui eſt adjunctus officialis latrunculator, der Reichs-Profos, *Krüger. de Novemv. P. S. membr. 2. diſc. 4. §. 11. 12. Wagenſeil. de Summis official. cap. 9.* ubi etiam §. 30. de officio ejus præcedendi illis qui fercula afferunt, agit. Quæ officia alias *Archi-Mareſchallo* & ejus Vicario ſubordinata ſunt, recenſet *Coccejus cap. XI. Inſt. J. P. §. 6. pag. 219.* Atque huc etiam pertinet officium lani-

Sub officio Papenheim.

Janitoris hereditarii des Erb-Cammer-Thür-Hüters, de quo actum *Jrp. Feud. cap. 4. §. 31.*

Officium Bambergense. §. IIX. Quod ad officium supremi Mareschalli (Ober-Marschallen-Ambt) Ecclesiæ *Bambergensis* attinet, vicarias operas præstat nobilis Franconiæ ab Ebner. *Limn. ad A. B. cap. 27 pr. obs. 573.* Loca, quæ cum dicto officio tanquam feuda recipit Saxo, inter quæ & *Vicemberga* nostra est, recensuimus in *Jpr. Feud. cap. 4. §. 14.* sed emendatius, ac facit *Limn. ad Capitul. Caroli V. proœm. pag. 123.* ubi tamen varia notatu digna hac de re legi possunt. Nobilem istum *de Ebner* perperam confundit cum Electoratus Saxonici hereditario Marefschallo *Læsero Gastel. de Stat. Europ. cap. 8. n. 4.*

Venator est Imperii. §. IX. Præterea Electori Saxoniæ munus quoque competit *Venatoris Imperii primarii*, Reichs-Ober-Jägermeisters, quod ut fertur, *Carolus IV. 1350.* illi contulit, & *D. Leopoldus* ad instantiam *Joh. Georg. II.* anno 1661. d. 28. Aug. & *Josephus* an. 1708. denuo confirmavit. Gessit & tale officium *Fridericus* Strenuus Marchio Misniæ in Comitiis *Metensibus 1350. Lehm. Chron. Spir. L. 7. cap. 35. pag. 781. vid. H. E. T. I. pag. 256. Wagenseil. de official. cap. 13. §. 9. Pfeffing. not. ad Vitriar. III. 12. 42. circa fin.* De Wurtenbergico officio Venatorio *vid.*

Notæ ad Vitriar. III. 12. 42. in f. Director & Dux eſt Circuli ſuperioris Saxonici. Privilegio de non appellando gaudet *ex A. B. c. XI. §. 3.* pariter, ac de non evocando. Privilegia. Quod poſtea beneficio *Sigiſmundi, Maximiliani, Caroli V., Ferdinandi I. Rudolphi II.* ad omnes Duces *Saxoniæ* eſt extenſum. Privilegium hoc exhibet *Limn. III. 10. 73.* atque illuſtrat *Knichen. pec. tract. Vitriar. III. 12. 42. ibique notæ.* Hoc privilegium contra Cameræ turbationes in Comitiis præſentibus, 27. Sept. 1670. novo robore firmatum eſt. *H. Eur. T. I. pag. 265.*

§. X. De Palatinatu Saxoniæ actum eſt late in *Jpr. Feud. cap. 8. §. 51.* de qua dignitate adhuc hodie inveſtiuntur Electores Saxoniæ. Palat. Saxoniæ. *Muller. in Annal. ad ann. 1687. pag. 562.* inſignibus etiam ejusdem utentes. *Spener. de Inſign. domus Sax. §. 13.* licet a *Friderici Bellicoſi* temporibus titulo hocce uti, cum Palatinatus cum dignitate Electorali perpetuo coaluerit, ſupervacuum crediderint, & caſtrum & urbs *Alſtedum* ad *Palatinatum* pertinens transactione *Numburgenſi* de anno 1554. lineæ *Erneſtinæ* relictum fuerit. Vi vero illius Palatinatus *Protector* eſt *Juris Saxonici* & interpres, atque, ut ſupra dictum, *Vicarius* etiam Imperii *c. 21. §. 8.*

§. XI.

Burggravius Magdeburgicus

§. XI. De Burggraviatu Magdeburgico supra dictum §. 1. est, a *Sigismundo Friderico Bellicoso* illum collatum esse, una mit dem Grafen Gedinge zu Halle: postquam antea varia fata ille Burggraviatus passus, & in Ascaniam familiam transmigravit, auspiciis *Rudolphi I.* Imp. tempore *Rudolphi I.* Ducis Saxoniæ. Dignitas ista Electorali adeo arcte annexa, ut præter Electorem nullus Saxoniæ Dux, nec Princeps Electoralis illo axiomate, & insignibus utatur. Terræ ad illum *Burggraviatum* pertinentes sunt Præfecturæ, Gommern, Elbenau, Gottau & Rannis. Juribus vero illis, quibus *Burggravius* in urbe *Magdeburgi*, & *Hallensi* olim gaudebat, cessit *Augustus* Elector per transactionem cum *Joachimo Friderico* Administratore Magdeburgensi 1579. quæ extat *in Elect. Jur. publ. Tom. I. p. 534. seqq. H. E. T. I. pag. 256. Itter. de Feud. Imp. cap. 10. §. 5. Muhlpfort. Cautel. feud. 26. Conf. Diss. sub B. nostro Ziegl. ab Ottone Henr. Pflugio 1663. de singulari Elector. Sax. eminentia habita.*

Prætensiones expectativæ.

§. XII. De terris & regionibus, ac expectantiis in Ducatus Juliæ, Cliviæ &c. partes Ducatus Brunsvicensis, Gvelferbytanum, Principatum Anhaltinum, Comitatum Hanoviensem, Schwarzburgicum, Frisiam Orientalem &c. legi meretur *H. E. T.*

E. T. 1. pag. 264. Ex quo id præfertim notari meretur, non penitus omni jure in Ducatum Lauenburgicum abdicaffe fe Potentiffimum Electorem, fed jus fimultaneæ fibi refervaffe. Pacta confraternitatum cum Brandenburgicis, & Haffis omnia nota funt, quæ peculiari differtatione excuffit *Carpz. vid. dicta in Jpr. F. c. XVI. §. 20. conf. dicta fupr. cap. IV. R. 12. & 25. Muhlfort. Caut. feud. 26. Itter. de Feud. Imp. c. 10. §. 9.* Plane fi hæc domus, quæ bis fceptra Imperatoria, fæpius aliorum regnorum declinavit, occafione voluiffet uti fæpius oblata, tantam potentiam, ac ulla alia fibi acquirere, & illud culmen, quo Auftriaca domus nunc infidet, adfcendere potuiffet. Non omne tamen etiam jus in Auftriam extinctum effe, funt qui haut male opinantur. *vid. H. E. d. l. Ludovici Germ. Princeps. L. 5. c. 1. p. 22. 33. & cap. 4. pag. 110.*

CAP. XXXIV.
DE ELECTORE BRANDENBURGICO.

§. I.

QUartus inter feculares Electores eft *Marchio Brandenburgenfis*, fexto loco in electione fententiam dicens. *A. B. cap. 4. §. 4. & cap. 7. §. 2.* Marchiam Bran- Elect. Brandenb.

Brandeburgensem *Albertus* Ursus Comes Ascaniüs a *Conrado III.* Imperatore 1152. obtinuit, atque ad posteros usque ad annum 1322. propagavit: quo tempore post mortem *Johannis IV.* familia Ascania & Marchionatu, & simul Electorali dignitate, quæ seculo XIII. accessit, excidit. *Ludovicus Bavarus* enim excluso *Alberto* Anhaltino, Marchionatum & Electoratum ad filios suos transtulit *Ludovicum Seniorem*, *Ludovicum* dictum *Romanum*, & *Ottonem*, quorum hic Carolo IV. ea vendidit, a quo per modum feudi ad filios *Wenceslaum* & *Sigismundum* pervenerunt. Sigismundus autem Fridericum Burggravium Norimbergensem investivit de Marchia Brandenburgensi & Electorali dignitate, cujus posteri illis adhuc gaudent, atque maxima, & Regia incrementa ceperunt. *Sagittar. in hist. March. & Elect. Brandenburg. Zernit. in Hist. Elect. Brand. ex Fam. Hohenzoll.*

Familia ejus.

§. II. Munus quod hic Elector gerit, est Archi-Camerarii S. R. I. (des Heil. Röm. Reichs Ertz-Cämmerers) quod, quo tempore Marchionatui Brandenburgico innexum, non adeo certum. *Dn. Coccejus* existimat in *Prudent. Jur. Publ. cap. 12. §. 7.* factum id esse eo tempore, quo Marchionatus ad familiam Ascaniam pervenit. Quænam apud Francos olim Imperatores

Archi-Camerarius est.

Came-

Camerariorum in Aula officia fuerint, ex *Lehmann. Chron. Lib. II. cap. 11.* aliisque disquirit *Wagenseil. de Summis official. cap. 10. §. 2.* Juxta A. B. in actibus solennibus Archi-Camerarius præfert Imperatori, vel Regi Romanorum sceptrum. *vid. cap. 22. & cap. 26. §. 3.* unde etiam insigne Electoralis ejus dignitatis sceptrum est, non columna, ut falso quidam tradidere olim. Movit illi controversiam tempore inaugurationis *Caroli IV.* Dux *Juliacensis*, in cujus clientela urbs Aquisgranum sita. Sed A. B. hujus Electoris jus confirmavit. *vid. Limn. T. V. L. 3. cap. 11. p. 214.* Porro in solenni curia Cæsari pelves exhibet argenteas cum aqua, & manutergium *cap. 27. §. 3.* de qua re variisque ejus circumstantiis late agit *Wagens. d. cap. 10. §. 4. & seqq.* De loco hodierno in sessionibus & processionibus videatur sæpe *cit. Decret. Elect. apud. Limnaeum cap. 4. §. 1. obs. 9. ad A. B.* Munia ejus.

§. III. Sub-Camerarium habuit tempore A. B. *illum* ut *c. 27. §. 6.* loquitur, de *Falkenstein*, sed postquam Archi-Camerarii axioma ad Comites *Hohenzollerianos* delatum, & *Sinsheimiorum* gens, quæ *Falkensteiniis* successit, æque ac hæc extincta, istis munus hoc cessit, ex quibus Senior illi præest *Wagens. §. 11. c. XI.* Evecta hæc familia est ad dignitatem Suboffi-ciales ejus.

Principalem a *Ferdinando II. Limn. T. I. add. pag. 878.* Sed in titulis Electoralibus Brandenburgicis Comitum axioma reperitur, quod illis inseruit primum *Fridericus Wilhelmus M. vid. Her. Eur. T. I. pag. 280.* Cæterum de illo Sub-Camerariatu & lite horum Subofficialium cum Legatis Electoris in Curiis solennibus agit *Wagen. cap. 11.* Ratione officii Des Obersten Cammer Ambts, quod Ecclesiæ *Bambergensi* debetur, Vicarium habet nobilem de *Rotenhahn.* Quænam autem loca, tanquam feuda recognoscat Elector hicce ab Episcopo & Ecclesia Bambergensi, dubium est: neque etiam literis investituræ certum quid hac in parte exprimitur; sed id tantum in illis habetur, operam dandam esse, ut, quænam illa feuda sint, cognoscatur. Peculiare etiam est, quod apud Episcopum tantum renovatio petatur hujus muneris investituræ, mutato Electore, non vero mutato Episcopo, ur ex *Knichenio* refert *Thülem. c. XX. §. 33.*

Officium Bamberg.

Privilegia.

§. IV. Gaudet Elector Brandenburgicus privilegio de non appellando, ut Elector in Electoratu vi *A. B. tit. X.* quod observantia viridi semper comprobatum fuit. *Thülem. cap. 17. §. 22. Cruger. P S. m. 2. disc. 16. §. 4.* Sed pertinet illud minime ad reliquos Marchiones Brandenbur-

burgenses, nec ad alias provincias Electoris, ratione quarum tamen ante 1702. 16. Dec. privilegium de non appellando obtinuit, hac ratione, ut summa appellabilis sit 2500. fl. Aureorum (Gold-Gülden) in petitorio; in possessorio vero nulla appellatio ad Judicia Imperii sit permissa. Constituit posthæc summum Provocationum Senatum (Ober-Appellation-Gericht) Berolini, ad quod ex omnibus provinciis appellatur in causis, ubi ad Imperii judicia appellare non licet. Occasione litium inter Cameræ Præsides & Assessores, justitiique, quod hucusque in ea fuit, prohibuit, ne causæ ex territoriis ejus hoc rerum statu per appellationem ad Cameram deferantur; sed ad Senatum Supremum provocationum *Berolinensem* devolvi jussit. Vigore *Friderici III.* privilegii gaudet facultate exigendi augendique vectigalia in suo territorio. *Limn. T. IV. Lib. 5. cap. 7. num. 136. p. 844. Schepliz, ad Consuetud. March. P. IV. §. 5. pag. 3.* Videatur *Her. Eur. T. I. pag. 281.* ubi, quænam dubia circa hanc rem orta, quando nostra ætate renovatio hujus privilegii in Aula Cæsarea petita, legi potest. Privilegio ejusdem *Friderici* potestas, de quibusvis regionibus ac territoriis ceu de bonis allodialiabus testandi est concessa *Limn. d. l. n. 139.* quod

tamen pactis confraternitatum cum Saxonibus & Hassis fraudi esse non potest.

§. V. Protector & Patronus est Ordinis *Johannitici* per *Marchiam*, *Saxoniam*, *Pomeraniam*, & *Venediam*. *J. P. art. 12.* §. *3. vid. Beckmann. de Ord. Johann. c. 4.* §. *9.* ubi hujus rei antiquitatem demonstrat. Privilegium habet, quoad feuda *Bohemica*, quod illa nec in propria persona, nec per Principem recognoscere debeat. *Limn. ad d. l. num. 140.* Quamvis & aliis Principibus potentioribus feuda habentibus a Regno Bohemiæ hæc hodie non temere denegari soleant. *vid. Muller. Annal. Sax. ad ann. 1687.* §. *577.* Protector dicitur Fabrorum ærariorum per orientales plagas ex privilegio Rudolphi II. de ann. 1582. Plura leg. apud *Limnæum III. cap. 11. & in addit.*

Variæ ejus accessi-on.

§. VI. Cæterum quam felix Electoralis hæc Domus fuerit in acquirendis latissimis possessionibus atque amplissimis terris, per pacem Westphalicam præsertim; quæ post mortem *Gvilielmi* Regis Magnæ Britanniæ novis accessionibus auctæ; quodve in Comitiis universalibus præter Electorale, in Collegio Principum sex suffragiis gaudeat, omnibus notum est. De Regio axiomate, quod nostra ætate accesſit, ratione Borussiæ, supra jam dictum *cap. IV.* §. *27.*

Imo

Imo in Africæ oris ad littora Gvineæ quoque pedem fixiſſe, atque magnum Fridrichsburgium condidiſſe ibidem Brandenburgicos, neminem fugit *H. E. T. I. pag. 280.* De terris & expectantiis quibus gaudet, in Ducatum Megapolitanum, Holſatiæ, Brunſvicenſem, Comitatum Limburg, legatur *Thülem. de Octovir. cap. 17. H. E. T. I. pag. 285.* (*) Et præcipue illud notari hic meretur, quod per feliciſſima matrimonia Sereniſſ. Regis Boruſſiæ, ejusque filii Regii, cum Principibus inita Hanoveranis ſpes & jus ſucceſſionis in Regna Britanniæ huic familiæ Regiæ & Electorali ſit quæſitum. Quin & nota ſunt pacta Confraternitatum cum domo Saxonum, & Haſſiaca.

(*) Comitatus tamen *Limburg*, extincto anno 1713. Volkratho, ultimo Comite, maximam partem a Rege Boruſſico occupatus eſt. v. El. J. Publ. Tom. VI. p. 455. Sed non niſi feuda Imperii retinuit. vid. El. Jur. Publ. T. XI. p. 875.

CAP. XXXV.

DE ELECTORE PALATINO.

§. I.

Quintus Secularium Electorum nunc eſt juxta *J. P. W. art. 4. §. Quod ad. Comes Palatinus Rheni*, vel ut Germanice dicitur Pfaltz-Graff beym Rhein, C. P. Rheni

Rhein, septimo loco sententiam in Electione dicens. Qua occasione & ratione in hunc locum pervenerit, jam supra dictum, ubi de *Bavaro c. 31.* antiquum ejus locum occupante, actum.

Com. Pal. officium. §. II. *Comitis Palatini* dignitas perantiqua est, atque sub Imperatoribus & Regibus *Francicis* nota, cujus munus inter alia plurima fuit cognoscere, & judicare de causis ad aulam Regiam delatis, vel si magni momenti essent, ad ipsum Principem deferre, ipsiusque expetere sententiam. Extat constitutio de officio Comitis Palatini *apud Goldast. T. III. pag. 403.* quæ tamen multis dubiis subjacet, ut bene monet illustr. *Ant. H. E. T. I. pag. 287.* Maximæ certe fuit auctoritatis hoc munus, & præcipuum in aula. Legantur ea, quæ *Lehm.* habet *L. II. cap. 9. & Thülem. cap. 18. §. 7. ex Eginhardo & Hincmaro.* Et quia in Palatio Regio jus dicebat, quæ vox in vernacula per Pfaltz vel Pfallentz exprimitur, nomen inde hoc ortum est, *Tollner. in hist. Palat. c. 4.*

Origo. §. III. Jam autem tempore *Caroli M.* plures Comites Palatinos fuisse constitutos, autumat *Lehm. L. II. cap. 9* Sub *Germanicis* Imperatoribus etiam *Saxonicis* plures ejusmodi Comites extitisse Palatinos, certum est, qui in variarum Regionum Palentiis jus reddiderunt; maximæ tamen

tamen auctoritatis coepit esse Comes *Palatinus* ad *Rhenum* ac *Saxoniæ*, præsertim postquam divisio illa Germaniæ in partem, quæ juris *Francici*, vel *Alemannici*, seu *Svevici* dicitur, & partem, quæ juris *Saxonici* coepit.

§. IV. Fuit vero dignitas *Comitis Palatini* personalis & temporaria, postea vero ut aliæ, *hæreditaria* facta est. Ut antiquiora nunc prætereamus, dignitas ista & *Palatinatus ad Rhenum* tempore Friderici II. Imperatoris anno 1245. ad *Ottonem Comitem Schirensem* & *Wittelsbacensem* pervenit *Heinrici Gvelfi*, Comitis Palatini generum. Penes cujus familiam cum accedente Electorali dignitate usque in hæc tempora permansit, quamvis, ut monitum, *Fridericus V.* iis exciderit, & cum familia caruerit per tempus. Dignitas fuit olim personalis.

§. V. Munus Archi-Dapiferi illum obtiisse olim, dictum supra; sed id Bavaro cessisse, pariter monitum *cap. XXXI. §. 1.* (*) In vicem tamen ejus, ne munere careat, officium Archi-Thesaurarii illi datum est, vi cujus in solennibus actibus præfert Imperatori, vel Regi auream *Conradi I.* coronam, quod a Principe quodam certo casu, si Imperator jam Romæ coronatus, olim fiebat. *A. B. cap. 26. §. 4.* In insignibus eandem nondum habet, sed clypeus rubicundus, qui olim pomum Munus Archi-Dapiferi.

continebat, vacuus cernitur. *H. E. T. I. pag. 297.* Equo vectus missilia spargit in populum, quod olim per primarios Cæsaris officiales fieri solebat. *Wagenseil. d. l. cap. XVI. Krüger. de Novemv. d. disc. 4.* §. *20.* & *22.* De ordine vero, & loco illius in processionibus & sessionibus vid. sæpe citatum decretum Electorum *apud Limn.*

(*) Rursus post proscriptionem Bavaricam Palatino cessit ; Bavaro vigore Pacis Badensis restitutum est.

Suboffi-cialis. §. VI. Consensu Imperatoris & Electorum de munere subofficialis Reichs Erb-Schatz-Meister investivit anno 1635. Comites a Sinzendorff *Wagenseil. d. l. c. 17.* De simili vero ab Episcopo Bambergensi Palatinum investitum fuisse, vel aliud quid ab eo accepisse in feudum, non constat.

Munus Bamberg.

Vicar. ejus. §. VII. Comites Palatinos ab antiquo tempore Vicariatus potestate & dignitate gavisos esse, supra dictum *cap. XXI.* quam confirmavit *A. B. c. 5.* §. *1.* Sed & quæ lis cum *Bavaro* intercedat hac parte pariter dictum est supra *d. l. in fine c. 5. A. B.* habetur, quod ex consuetudine ibidem comprobata sit judex Imperatoris seu Regis Rom. (qua talis *Thülem. cap. 18.* §. *28.*) super causis, pro quibus impetitus fuerit : quod judicium tamen exer-

Judex Imperator.

cendum

cendum in Curia Imperiali, ubi Imperator, seu Rex præsens est. *vid. Spec. Suev. L. II. cap. 43. §. 6. Sp. Sax. L. III. art. 57.* Weichb. *art. 8.* Profluxit id procul dubio ex officio & munere judicandi, quod *Comites Palatini* ab antiquissimis temporibus tenuerunt, cui judicio Imperatores & Reges salva Majestate sua sponte se submiserunt. *Freher. in Orig. Palat. P. I. c. 16. Ziegl. de Jur. Majest. L. I. 20.* Atque ex hac ratione potestatem hanc Comitivæ, vel Comitatui Palatino ad Rhenum, non muneri Archidapiferi, vel Electoris annexam, Bavaro non cessisse videtur. *Bargold. Disc. 20. n. 20.*

§. VIII. Utrum *Augusta*, vel *Rex Rom.* vivo Imperatore coram hoc judicio conveniri possit? quæri solet, & a plerisque negari: cum ipse Imperator horum judex sit, nisi fortasse ipse *Augustam*, vel *R. R.* conveniat. *Limn. ad F. d. c. §. fin. obs. 3.* De causis vero, quæ ad hoc judicium pertineant, magna semper lis fuit. Verisimilis est illorum sententia, qui tantum *civiles* causas, & quidem tales, quibus Princeps ratione communissimæ materiæ, ut quivis de populo ex contractibus cum privatis &c. obligatur, admittunt; atque adeo excludunt causas *feudales*, quæ alium habent judicem. Nec *criminales* huc spectant. Ea enim quæ habentur, *Weichb. art. 8.*

An Augusta?

Causæ huc pertinentes.

art. 8. & *Glossa ib.* ad nugas pertinent, & ab *Ambrasiano* Codice absunt. *Sihilter. de Libert. Eccl. L. 4. cap. 4. §. 6.* Nec causæ *depositionis* huc pertinent, nec aliæ, quibus Imperator tenetur, *ut Imperator*, nec etiam ab Imperatore ad Palatinum appellari potest. *Thülem. cap. 18. num. 30.* In hisce autem causis, ubi judicium fundatum est, nihil interesse puto, num actoris vel rei partes sustineat; nam licet ex verbis: *impetitus fuerit*, dispositionem A.B. ad ultimum casum restringant, non tamen video, cur non de priori idem sit sentiendum, cum eadem ratio subsit. *Conf. Thülem. d. l.* & *Vitriar. XIII. 12. 17.*

Locus.

§. IX. De loco vocabulum *Imperialis Curiæ*, quod A.B. habet, dedit disceptandi causam: quoniam nonnulli per *Curiam* secundum A. B. stylum hic intelligunt *Comitia*; alii omnem locum, ubi Imperator præsens est, alii non male vero utrumque *vid. Vitriar. III. 12. 15. ibique Pfeff. Schüz. disp. 7. th. 21. lit. G.* Exempla hujus Judicii exerciti non adeo frequentia sunt; imo vix adducetur, quod non dubium sit; quod illis præsertim contingit, quæ de *Adolpho Nassovio* & *Alberto I.* adferuntur. Nec temere casus expectandus, ubi usus hujus Judicii foret. Interim plane illud sublatum esse, ego non dixerim. *Schweder. P. S. cap. 5. §. 21. vid.*

Vitriar.

Vitriar. L. III. cap. 12. §. 14.20. ibique nota. Notabile dictum *Carol. Lud.* Elect. Palat. de hoc judicio adducitur *in H E. T. I. p. 300.* Eſt vero illud apprime obſervandum *Comiti Palatino* non eſſe datam in A. B. facultatem exequendi ſententiam a ſe dictam; ſed ſperandum eſſe, Imperatorem ſponte illi ſatis facturum eſſe. Monent etiam Dd. caſu contingente, non tam contra Imperatorem, quam ipſius Procuratorem fiſci dirigendos proceſſus.

§. X. De Jure Wildfangiatus, ſeu jure cooptandi in numerum hominum propriorum extra legitimum matrimonium natos, aliosque adventitios, qui ſua ſponte ad illa loca accedunt, in quibus hoc jus exercetur, die keinen nachfolgenden Herrn haben, und ſich da Jahr und Tag häußlich niederlaſſen, certaque inde emolumenta percipiendi, *Vitr. III. 12. 22.* quod ex privilegio *Maximiliani I.* de ann. 1588. jure Imperatorio & in alienis territoriis competit, lis fuit mota a vicinis Electoribus & Principibus, Statibus & Nobilibus Imperii circa annum 1665 1666. quæ fere in maximum bellum erupiſſet. Eſt tamen poſtea compoſita per laudum *Heilbronnenſe* a Compromiſſariis *Gallicis* & *Svecicis* anno 1667. maximam partem in favorem Palatini. Acta extant ſeorſim, & *in Diar. Europ. append. contin. XIII.*

Bavarus hoc jus etiam prætendit; nec laudum *Heilbronnense* ad illum pertinet, cum inter compromittentes non fuerit: non movit tamen ulterius litem, quantum novimus, ideo forte, quod ob distantiam territorii sui, non adeo e re ipsius sit, jus hoc in illis territoriis exercere, in quibus Palatinus id exercet. *vid. Oldenb. d. l.* Interim per tabulas *Ferdinandi III.* & sequentium Imperatorum *Palatino* hos jus asseritur. *Conf. Thülem. c. 18. §. 36.*

Jus Nobilitandi §. XI. Præterea competit ipsi jus *Nobilitandi*, & *Comites* creandi, *Thülem. cap. 18. §. 35. Pfeffing. ad Vitriar. III. 12. 31. lit. D.* Jure gaudet conducendi in quibusdam territoriis vicinis. *Vitriar. d. l. §. 29.* Facultas illi est, loca & dominia Imperii alienata & oppignorata eisdem conditionibus, & eodem pretio, redimere ac reluere. *Freher. P. I. Orig. Palat. cap. 16.* omnia feuda Imperialia in provinciis suis vacantia in liberos usus accipiendi. *Thulem. d. c. 18. §. 42.* Jus sibi vindicat insulas Rheni occupandi exclusis adjacentium terrarum dominis. *Thulem. d. l.* Protector est fabrorum ærariorum der Keßler in partibus *Rheni, Sueviæ, & Franciæ orientalis. H. E. T. I. pag. 298. Thülem. d. l.* Privilegio de non appellando, quod A. B. indulget omnibus Electoribus illimitato, per tempus non

non est usus; sed hodie usum illius revocavit & novo privilegio *Ferdinandi III. An. 1652.* id munitum est. *Thülem. cap. 18. §. 67.* Firmatum simul est privilegium A. B. de non evocando subditos; quod quidem post Capitulationes. *vid. art. 18. Leopold.* & *Joseph.* supervacuum videtur; sed solent tamen & hic Principes speciatim sibi prospicere. *vid. H. E. T. I. pag. 300.*

§. XII. De terris ad Palatinatum pertinentibus, de variis suffragiis competentibus Palatino in Comitiis Imperii, de Vasallis, Principibus, & Comitibus, de prætensionibus Palatini, de lite cum Ducissa Aurelianensi per judicium compromissarium nuper finita legatur *H. E. T. I. pag. 301. seqq. vid. supr. c.* **Terræ Palatinæ.**

CAP. XXXVI.

DE

ELECTORE BRUNSVICENSI ET LUNEBURGENSI.

§. I.

Addidit seculum superius Concilio Electorali nonum Collegam. Nam *Div. Leopoldus* multis rationibus adductus hancce dignitatem noviter concessit Serenissimo Principi *Ernesto Augusto*, Duci Brunsvicensi & Luneburgensi ab *Ottone Henrici Leonis* nepote, quem *Fridericus II.* Du- **Novus Elect. Ducis Hannoverani.**

Ducem Brunſvicenſem & Luneburgenſem creavit 1235. ortum ducenti, ejusque deſcendentibus maſculis juxta ordinem primogenituræ. Hujus rei fundamenta jacta ſunt anno 1690. in diæta Electionis. Pacta de hac re & nova unione inter Cæſarem & *Erneſtum Auguſtum* die 22. Martii 1692. inita extant, *in Tract. Hippol. a Lapide Raiſonnement* von der 9ten Chur-Würde *num 1.* ubi etiam *num. 20. ſeqq.* actus inveſtituræ factæ Viennæ d. 19. Dec. 1692. recenſetur.

Controv. de hac mota.

§. II. Cum primum hæc res ad *Collegium Electorale* deferretur in quæſtione an? plerique Electorum aſſentiebantur Cæſari; ſed diſſentiebant tamen *Trevir*, *Colonienſis & Palatinus*, qui religioni Catholicæ ne quid ex hac promotione Principis Evangelici metuendum periculi, verebantur. *vid. Cap. XVIII. §. 13.* Sed in *Collegio Principum* tum *Catholici*, tum *Evangelici* reperiebantur, qui novo huic Electoratui acerrime contradicebant, edita contra inveſtituram iſtam declaratione nullitatis *die 14. Febr. 1693.* Potiſſimæ & legales cauſæ tactæ ſunt ſupra *cap. VII. §. 13.* quibus variæ Politicæ addebantur. Arguebant ſcil. non defore alios Germaniæ Principes, qui idem ſint exacturi, & ſic actum fore de Collegio Principum, ſi hoc potentioribus membris privetur, nec

deeſſe

deesse etiam alios, qui similia merita allegare possint, atque sic si non præ Hannoverano, æque tamen, ac illum dignos esse hac promotione. Præsertim vero Domus *Gvelferbytana*, metuens ne *jura Familiæ*, & *Senii* turbarentur, graviter adversus conatus Agnati protestabatur. Quibus reponebatur, Principibus non invideri, si Collegium illorum augeatur: æquali ergo jure eos uti debere erga Electores: Cæsaris esse, & Electorum æstimare, cui sit conferenda dignitas hæc Electoralis, nec tangere illam domestica jura Senioratus &c. Quæ omnia latius excutiuntur in scriptis publicis, collectis sub nomine Miscell. Jurispubl. de Novemvir. *Raisonnement* von der 9ten Chur-Würde, & *in Elect. Jur. Publ. Thucelii*, *H. E. T. I. pag. 315.*

§. III. Ob hancce causam non tantum introductio novi Electoris non facta, sed etiam tanti motus secuti, ut deliberatio, & negotia publ. per aliquot annos Ratisbonæ fuerint impeditæ. Nonnulli etiam ex Principibus illis, qui *Correspondentes* se vocabant, varios congressus ob eam rem *Goslariæ*, *Norimbergæ*, *Francofurti* instituebant, ac Garantiam Regis *Galliæ*, tanquam Sponsoris pacis *Westphalicæ*, implorabant, qui etiam istam suscepit. Imo non verebantur *Catholici* apud *Pontificem* Nondum sopita.

ficem de hac re queri. De qua re videantur illa, quæ habentur, in *Spec. Stat. M. Febr. 1700. pag. 37. M. Mart. pag. 48. M. Jul. pag. 6. M. Sept. pag. 25. M Oct. pag. 15. M. Decembr. pag. 22. seqq. It. anno 1701. M. Mart. pag. 46. M. April pag. 2.* Postquam tamen bellum præsens incidit, hanc controversiam seponi tantisper, & de securitate publica agi, necessitas coegit: atque ita coventum est tandem de inchoandis & continuandis publicis deliberationibus. *vid. Spec. Stat. de anno 1702. M. Febr. pag 48.* Spes nunc vero est, rem mox exitum consecuturam esse, dum extincta familia *Zellensi* Hannoverana cum *Guelferbyta-na* in gratiam rediit, & Sacratissimus Josephus, ut supra *c. 26. §. 3.* dictum, declarare jussit, collationem hujus dignitatis sine præjudicio fore, monuitque Ordines, ne introductioni novi Electoris ulterius obessent. *Spec. Stat. 1706. M. Jul. p. 64* (*)

(*) Introductio novi hujus Electoris in Collegium Electorale consensu omnium Statuum Imp. anno 1708. facta, vid. El. Jur. Publ. T. 1. pag. 1. seqq. & novus hic Electoratus in Capitul. Caroli VI. art. 3 specialiter confirmatus est.

Officium ejus. §. IV. Cæterum ne novus Elector *Archiofficio*, & *Insigni* careat, in pactis illis, quorum §. 1. mentio facta §. 4. conventum, munus *Archi-Banderesii*, des Reichs Ertz-Banner Herrens, & insigne *vexilli* Imperii impertiendum esse, sed ita, ut si fortasse

tasse, extincta familia *Wilhelmina Bavarica*, octavus Electoratus extingueretur, munus & insignia *Archi-Thesaurarii* huic novo Electori concederentur. Sed hæc res nondum confecta est, nec novus Elector, nec filius ejus isto axiomate, & insigni hucusque usi: neque etiam in investitura illius facta mentio. *vid. Krüger. de Novemvir. pag. 238.* & *Oratio Comit. a Waldstein*, ubi tantum mentio facta der Chur-Würde, mit allen was derselben anklebet. *vid. Raisonnem. pag. 168.* Nam intercessere *Duces Würtenbergici*, ad se munus & insigne pertinere, affirmantes, de qua re scripta publica in *Elect. J. P. Thücelii & Kulpis. ad Monzamb.* legi possunt. Imo prudenter novus Elector arbitratus est, non vana esse, quæ Elector *Saxoniæ* pro tuendo jure *Vexilliferatus* allegare posset. Interim non desunt, qui existimant, salvo Electoralis *Saxoniæ*, & *Würtenbergicæ* domus jure, novum Electorem titulo, & munere *Archi-Banderesii* in actibus solennibus uti posse, & Imperatori vexillum præferre, quum hæc fraudi non sint illi muneri, quod in expeditionibus bellicis *Vexillifer*, vel *Banderesius* Imperii subire solet. *vid. H. E. T. I. pag. 320. & 487.* Cum itaque Archiofficium hujus Electoris nondum in actum deductum sit, nullum etiam adhuc habet *Subofficialem:* nec, quan-

tum notum, simile officium apud Ecclesiam Bambergensem recepit. (*)

(*) Cum Bavarus in Bannum declaratus, ac Palatinus de Officio & dignitate Archidapiferi investitus esset, Archithesaurarii officium per solennem investituram d. 12. April. 1710. peractam, Electori Brunsvico-Luneburg. cum Statuum consensu fuit collatum. vid. Pfeffing. ad Vitriar. T. I. p. 792. Eleß. Jur. Publ. T. II. p. 55. sqq. eaque collatio denuo in Capitul. Carol. VI. art. 3. confirmata. Restituto vero per Pacem Badensem Bavaro, Officium Archidapiferi ad illum rediit; ad Palatinum autem pristinum Archithesaurarii munus, quod ægre tandem dimisit Hannoveranus, denuo pervenit, ac proinde de novo Archiofficio constituendo in Comitiis hactenus actum est. vid. El. J. Publ. T. VII. p. 459. T. XV. p. 529. 770. T. XVI. p. 250. 332. 502 849. 910. Tom. XVII. pag. 667. Notandum præterea est, non ita pridem de extendenda dignitate Electorali ad lineam Gvelpherbytanam, in casum, si lineam Electoralem extingui contigerit, consilia agitata esse. vid. El. Jur. Publ. Tom. XV. p. 991. T. XVI. p. 55. Quantum tamen constat, res nondum ad exitum perducta est.

Partes Elect.

§. V. Cæterum huic Electoratui per dicta pacta §. 1. non tantum Principatus *Calenbergensis*, & *Grubenhagensis*, sed etiam *Zellensis* cum consensu *Ducis Georgii Wilhelmi*, tunc temporis adhuc vivi, una cum Comitatibus *Hoya* & *Diepholden*, aliisque illuc pertinentibus innexus est. Atque ideo *Hannoverana* Domus voto *Calenbergensi*, & *Grubenhagensi* jam dudum abstinuit, in Collegio Principum: *Dux*

Zellen-

Zellensis tamen, quoad vixit, suo usus. *H. E. T. I. pag. 823.* Quid nunc futurum sit, dies docebit. (*)

(*) Assertum Auctoris in h. §pho, quasi *Hannoverana Domus voto Calenbergensi & Grubenhagensi dudum abstinuerit in Collegio Principum*, dubio non caret. Nam 1) contrarium asseritur expresse in El. J. Publ. T. VII. p. 994. & docetur: Domum Electoralem Brunsvicensem in Comitiis quatuor hucusque voca virilia habuisse, unum videlicet in Collegio Electorali, tria vero, nimirum *Zellense, Calenbergense & Grubenhagense* in Collegio Principum. 2) Quoties in Electis & alibi Schemata votorum Comitialium exhibentur, trium semper votorum mentio fit, quæ Serenissimæ Domui Hannoveranæ in Collegio Principum competunt. e. g. in Elect. Jur. Publ. Tom I. p. 758. T. II. p. 197. quæ schemata post introductionem Hannoverani in Collegium Electorale confecta sunt. 3) Anno 1715. votum Grubenhagense Ludovico Rudolpho, Duci Brunsvico Blanckenburgensi a Rege & Electore Hannoverano, cum consensu Collegiorum superiorum concessum est, & quidem ad dies vitæ, vid. El. Jur. Publ. T. VII. p. 954. seqq. manifesto indicio, Domum Electoralem non abstinuisse hoc voto.

§. VI. Privilegiis & juribus communibus cum aliis Electoribus uti potest & hic Elector: alia autem illum, qua talem, acquisivisse, non constat. De juribus ejus in Episcopatum *Osnabrugensem vid. art. 13. J. P. O.* De terris ejus, ac prætensionibus legatur *H. E. pag 320. seqq.* Præsertim vero illud maximam auctoritatem huic Electori conciliat, quod non tan- *Jura & Privilegia.*

tum acceſſione *Zellenſi*, cujus quidem portio ad Gvelferbytanam Domum per transactionem nunc venit, potentia illius aucta, ſed etiam ſucceſſio in Regnum *Angliæ* ſolenni Regis *Gvilielmi & Parlamenti Anglici* decreto anno 1701. Sereniſſimæ matri ejus *Sophiæ Eliſabethæ*, & ejus deſcendentibus delata. Si unio Angliæ & Scotiæ ſperatum exitum nanciſcitur, & hujus regni ſceptra domus hæc incluta ſuo tempore tenebit. (*)

(*) Jam omnibus conſtat, Georgium Ludovicum, Electorem Brunsvico-Luneburgicum, defuncta anno 1714. d. 12. Auguſt. Regina Angliæ Anna regnum hoc propitio fato obtinuiſſe, & in hunc usque diem feliciter conſervaſſe. Acquiſivit ille præterea in pacificatione, cum Suecis an. 1719. inita, Ducatum Bremenſem & Principatum Verdenſem cum juribus annexis. De Ducatu Lauenburgico pariter inveſtitus eſt.

CAP. XXXVII.

DE PRINCIPIBUS.

§. I.

AGendum nunc eſt de *illis Statibus*, qui ſunt Non-Electores. Inter quos eminent, qui Principes vocantur, Germanice Fürſten, und Fürſtenmäßige. Vox Principis primum qui obtinet locum ſignificat, eadem ratione ac Fürſt a Föderſt, vel Fürſtehen, derivatur. Imperatorem tum

tum Rom. jure, tum usu nostri Juris Publici, Principem vocari, dictum *cap. XVI. §. 8.* Scil. observandum est, Principis nomen dignitatis titulum esse, non *officii*, vel *muneris*, qualis *Ducum*, *Comitum &c.* Quo vero tempore Proceres, qui hoc titulo insigniuntur, illum acceperint, vel assumserint, difficile erit indicare. Eodem usu publici nostri Juris variis significatibus gaudet, quos ex Autoribus d. §. 8. supra allegatis, petere licet. Hoc loco eo sensu capitur, quo continet omnes *dignitates Electorali dignitate minores, majores tamen dignitate Comitum, & Baronum. Bæcler. L. VII. c. 1.*

§. II. Jura hæc Principum excellentia sunt, & dignitas eorum magna, sed tamen in multis Electoribus cedunt; quorum prærogativas recensuimus cap. 25. §. 4. Horum nonnullæ controversia non carent, & passim in Comitiis audiuntur querelæ Principum, & illorum, qui partes eorum tuentur, quasi Electores nimium, ac par esset, jura & prærogativas suas extenderent; quarum querimoniarum plenus est liber, alioquin optimus, die Grundfeste des Heil. Röm. Reichs. E contrario Electores sæpe queruntur, Principes cum illis per omnia fere paria facere velle, & sic officere Electorali dignitati. *vid. Discurs* von Reichs-Tage de Jura Principum.

 anno

anno 1696, ſubjunctus Inſt. J. P. Schilteri. Ex quo intelligere licet circa res, quæ minutiores videntur, lites ſæpe illas verſari. Quæ cum non poſſunt non detrimento eſſe publicæ rei, optandum foret, ut illæ tandem extirpari poſſent radicitus.

§. III. De juribus Principum in regimine univerſi, & in Comitiis alio loco eſt agendum. Facultas illis eſt, ſeorſim congrediendi, & inſtituendi conventus Principum Fürſten-Täge *art. 6. Cap. Leop. & Joſeph.* Tegunt caput coram Imperatore. vid. Grundfeſte *L. I. P. 6. pag. 54.* De illorum potentiorum ſcil. & ſuprematu gaudentium Legatis, qui jura miniſtrorum primi ordinis prætendunt, dictum eſt ſupra 25. §. 12. De jure vehendi ſex equis in Comitiis circularibus, ſuperioris Saxoniæ Lipſiæ anno 1683. illorum legatis ab Electoralibus lis mota eſt, quæ turbavit iſtam diætam, atque poſthæc in hoc circulo nulla hucusque fuit inſtituta.

§. IV. Quia vero Principes alii ſunt Eccleſiaſtici, alii Seculares: de utrisque ſigillatim eſt agendum.

CAP. XXXVIII.

DE PRINCIPIBUS ECCLESIASTICIS.

§. I.

§. I.

PRincipes *Ecclesiasticos* illos dicimus, qui *cum dignitate Principis & Ecclesiastica dignitate pollent, & sacra Ecclesiæ ministeria subeunt.* Constituuntur Ecclesiastici, & quidem Catholici per electionem, vel postulationem Capitulorum, confirmanturque a Pontifice, & consecrantur solenni ritu, accepto etiam interdum pallio. *Vitr. l. 15. 30.* Evangelici per solam electionem & postulationem, *J. P. O. a. 5. §. Si quid ann. §. Elect.* Quatenus Principes vero & territoriorum domini (mit der Weltlichkeit) ab Imperatore investiuntur, cum sceptro olim; hodie plerumque cum gladio. *J. P. Feud. c. 3. §. 17.* Ecclesiastici constit.

§. II. Qualitas vero Ecclesiastica illa est *Primatum, Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, & Prælatorum Principali dignitate gaudentium.* Primatum gessit olim in universa Germania Archi-Episcopus *Magdeburgensis*, ut dictum supra *cap. XIX. §. 7.* cui hoc jus per *Ottonem I.* quæsitum dicitur. Fuit huic Primatui tribunal in Germania, ne ob causas Ecclesiasticas Romam appellare, vel supplicare opus. *Stephani de Jurisdict. L. IV. cap. 5. num 32.* Postquam vero illi, qui præfuere isti Archi-Episcopatui, Sacra Evangelica amplexi, titulum quidem retinuerunt, sed potestas illa non amplius potuit locum Primates.

invenire. Imo & hodie, poſtquam Archi-Epiſcopatus in Ducatum commutatus eſt, *P. W.* & titulus ille defecit. *Salisburgenſi* autem Archi-Epiſcopo fuiſſe axioma hoc quæſitum, ut aliqui volunt, non conſtat. *vid. Schuz. Vol. I. diſp. 8. th. 5. pag. 403.* In Belgica Provincia Trevirenſis Primas olim fuit. *Beker. in Synopſ. J. P. L. 3. cap. 3.* ſed axiomate illo hodie non utitur.

Archi-Epiſc. §. III. Sicuti autem *Primates*, qui & *Patriarchæ* interdum dicuntur, præſunt integræ nationi; ita *Archi-Epiſcopi* quaſi *Principes Epiſcoporum* certæ alicujus Provinciæ ſunt, & dicuntur, atque alias *Metropolitani* audiunt, & Eccleſiæ illorum Metropolitanæ. *Ziegl. ad Lauterb. lib. I. tit. 5.* Tales *Archi Epiſcopi in Imperio R. S.* ſuperſunt quinque: *Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis*, de quibus inter Electores actum: deinde *Salisburgenſis, & Veſontinus:* quorum primus ſimul eſt *Legatus natus* Romanæ Eccleſiæ in *Germania*, de quo axiomate legatur *Ziegl. ad Lancellot. I. 27. 9.* Secundus adhuc gaudet ſuo voto & ſeſſione in Comitiis, licet *Veſontina* civitas Gallis ceſſa. *P. W art. 4. §. 6. Magdeburgenſis* vero, ut dictum, pariter ac *Bremenſis* ſecularem qualitatem Ducatuum hodie acceperunt juxta *J. P. art. 10. §. 7. & art. 11. §. 6.* Rigenſes vero Archi-Epiſco-

piscopi, mutato *Livoniæ* statu, de quo supra *cap. IV. §. 28.* post annum 1561. separatas rationes ab Imperio nostro habere cœperunt. *Pragensis*, quicquid olim fuerit, a multis seculis ad Imperii Status relatus non est. Nostra ætate actum fuit de concedenda, vel restituenda (circa annum 1690. seqq.) dignitate Archi-Episcopali Ecclesiæ, & Episcopatui *Passaviensi*, vel saltem eximendo eo a Metropolitanatu Salisburgensi tum in aula Cæsarea & Pontificia, tum in Comitiis. Sed res ob contradictionem Archi-Episcopi *Salisburgensis*, & reliquorum Principum Ecclesiasticorum, ad exitum non est deducta. Acta legi possunt in Elect. Jur. Publ. quæ edidit *Pierre Marteau ann. 1691. cap. 3. Conf. Pfeffing. ad Vitriar. l. 15. 12.*

§. IV. Inter Archi-Episcopos & Episcopos locum occupat Magister Ordinis Teutonici, qui & hodie *Administrator supremi Magisterii* in Borussia dicitur. Hic ordo cœpit seculo XII. atque a *Cælestino III.* Papa, intercedente *Heinrico VI.* Imp. anno 1192. confirmatus, licet quidam ad seculum XI. initia rejiciant. *vid. Imhof. not. Proc. Imp. Lib. 3. cap. 18.* Venit seculo XIII. in *Borussiam*: quæ fata expertus, dictum supra *cap. IV. §. 28.* Magister vero ille ab Equitibus, cui hoc negotium datum, Rathgebürtigen eligitur Mergentheimii in — Magister Ord. Teut.

Franconia, ubi etiam ſedem habet. *vid. Megiſerus pecul. Tract. de hoc Ord. Dn. Rhetius* de eo agit *l. 16.27.* Sed quæ hoc §. a verbis *Antiquitus & ſeqq.* §. usque ad 32. incl. habentur, omnia, exceptis ſolum ultimis lineolis, §. 27. ad *Ordinem Johanniticum* ſpectant, ut adeo omnino certum, omiſſa quædam ibidem eſſe, quæ nec in recentioribus editionibus addita.

Epiſcopi. §. V. Sequuntur Epiſcopi, ſeu Antiſtites, illi *frequentioribus civitatibus & circumjacentibus locis* olim præfecti, quorum Eccleſiæ *Cathedrales* dicuntur, diſtrictus autem quos regunt, *Diœceſes.* Subſunt illi *Archi-Epiſcopis*, atque illorum *Suffraganei* dicuntur. Dantur tamen qui exempti ſunt, atque nulli Archi-Epiſcopatui ſubordinantur, qualis eſt *Bambergenſis*, & olim *Miſenenſis* quoque fuit. Horum Epiſcopatus *ingenui* dicuntur.

Numerus Epiſcoporum. §. VI. Præter *Bambergenſem*, qui cum Magiſtro Teutonico de præcedentia competit, & ſingularia axiomata habet, de quibus *vid. Hermes Faſcic. cap. 26. num. 12.* & ea quæ ſupra dicta *c. 30. 7.* Epiſcopi qualitate Status gaudentes ſuperſunt ex Catholicis; *Herbipolitanus, Wormatienſis, Spirenſis, Eichſtædenſis,* (*) *Argentinenſis, Conſtantienſis, Auguſtanus, Hildesheimenſis, Paderbornenſis, Friſingenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis, Tridentinus, Brixienſis, Baſilien-*

liensis, *Leodiensis*, *Osnabrugensis*, (quem *juxta J. P. W. art. 13. §. 5. & 6.* nunc Catholicus Princeps *Carolus Josephus* Lotharingus tenet, quo defuncto Evangelicus iterum ex familia Gvelphica sufficiendus) (**) *Monasteriensis*, *Curensis*. Qui Evangelicum Episcopum semper habet, solus est Episcopatus *Lubecensis*, qui & solus hodie scamno transversali juxta J. P. insidet. Quæ nunc de hoc Episcopatu lites sint inter fratrem Regis *Daniæ Carolum*, & *Christianum Augustum Ducem Holsatiæ*, notum est. *Spec. St. 1705. M. Octobr. pag. 80.* De singulis prolixe agere non licet, conferri potest *Imhof. in Not. Proc. Imp.* & *Vitriar. l. 15.* & novissime *Illustr. A. H. E. T. I. pag. 339.* Cæterum per *P. W. Episcopatus Halberstadiensis*, *Verdensis*, *Mindensis*, qualitatem Ecclesiasticam exuerunt. Dantur etiam multi Episcopatus, qui licet olim forte immediati fuerint, jamdudum tamen ab Electoribus & Principibus Imperii exemti, & ad Status mediatos Provinciales relati sunt, quales sunt, *Misenensis*, *Martisburgensis*, *Numburgensis*, *Brandenburgensis*, *Havelbergensis*, *Lebusiensis*, *Caminensis*, de quibus videatur *Vitriar. d. l.* & *Pfeffing. Strauch. J. J. P. L. II. § 9.*

Secularisati.

Exempti.

(*) Episcopum *Eichstadtensem* Episcopo *Spirensi* præponendum esse verius videtur, quoniam lis illa, quæ

tum notum, simile officium apud Ecclesiam Bambergensem recepit. (*)

(*) Cum Bavarus in Bannum declaratus, ac Palatinus de Officio & dignitate Archidapiferi investitus esset, Archithesaurarii officium per solennem investituram d. 12. April. 1710. peractam, Electori Brunsvico-Luneburg. cum Statuum consensu fuit collatum. vid. Pfeffing. ad Vitriar. T. 1. p. 792. Elect، Jur. Publ. T. II. p. 55. sqq. eaque collatio denuo in Capitul. Carol. VI. art. 3. confirmata. Restituto vero per Pacem Badensem Bavaro, Officium Archidapiferi ad illum rediit; ad Palatinum autem pristinum Archithesaurarii munus, quod ægre tandem dimisit Hannoveranus, denuo pervenit, ac proinde de novo Archiofficio constituendo in Comitiis hactenus actum est. vid. El. J. Publ. T. VII. p. 459. T. XV. p. 529. 770. T. XVI. p. 250. 332. 502 849. 910. Tom. XVII. pag. 667. Notandum præterea est, non ita pridem de extendenda dignitate Electorali ad lineam Gvelpherbytanam, in casum, si lineam Electoralem extingui contigerit, consilia agitata esse. vid. El. Jur. Publ. Tom. XV. p. 991. T. XVI. p. 55. Quantum tamen constat, res nondum ad exitum perducta est.

Partes Elect. §. V. Cæterum huic Electoratui per dicta pacta §. 1. non tantum Principatus *Calenbergensis*, & *Grubenhagensis*, sed etiam *Zellensis* cum consensu *Ducis Georgii Wilhelmi*, tunc temporis adhuc vivi, una cum Comitatibus *Hoya* & *Diepholden*, aliisque illuc pertinentibus innexus est. Atque ideo *Hannoverana* Domus voto *Calenbergensi*, & *Grubenhagensi* jam dudum abstinuit, in Collegio Principum: *Dux Zellen-*

Zellensis tamen, quoad vixit, suo usus. *H. E. T. I. pag. 823.* Quid nunc futurum sit, dies docebit. (*)

(*) Assertum Auctoris in h. §pho, quasi *Hannoverana Domus voto Calenbergensi & Grubenhagensi dudum abstinuerit in Collegio Principum*, dubio non caret. Nam 1) contrarium asseritur expresse in El. J. Publ. T. VII. p. 994. & docetur: Domum Electoralem Brunsvicensem in Comitiis quatuor hucusque voca virilia habuisse, unum videlicet in Collegio Electorali, tria vero, nimirum *Zellense*, *Calenbergense* & *Grubenhagense* in Collegio Principum. 2) Quoties in Electis & alibi Schemata votorum Comitialium exhibentur, trium semper votorum mentio fit, quæ Serenissimæ Domui Hannoveranæ in Collegio Principum competunt. e. g. in Elect. Jur. Publ. Tom I. p. 758. T. II. p. 197. quæ schemata post introductionem Hannoverani in Collegium Electorale confecta sunt. 3) Anno 1715. votum Grubenhagense Ludovico Rudolpho, Duci Brunsvico Blanckenburgensi a Rege & Electore Hannoverano, cum consensu Collegiorum superiorum concessum est, & quidem ad dies vitæ, vid. El. Jur. Publ. T. VII. p. 994. seqq. manifesto indicio, Domum Electoralem non abstinuisse hoc voto.

§. VI. Privilegiis & juribus communibus cum aliis Electoribus uti potest & hic Elector: alia autem illum, qua talem, acquisivisse, non constat. De juribus ejus in Episcopatum *Osnabrugensem vid. art. 13. J. P. O.* De terris ejus, ac prætensionibus legatur *H. E. pag 320. seqq.* Præsertim vero illud maximam auctoritatem huic Electori conciliat, quod non tan- *Jura & Privilegia.*

tum acceſſione *Zellenſi*, cujus quidem portio ad Gvelferbytanam Domum per transactionem nunc venit, potentia illius aucta, ſed etiam ſucceſſio in Regnum *Angliæ* ſolenni Regis *Gvilielmi & Parlamenti Anglici* decreto anno 1701. Sereniſſimæ matri ejus *Sophiæ Eliſabethæ*, & ejus deſcendentibus delata. Si unio Angliæ & Scotiæ ſperatum exitum nanciſcitur, & hujus regni ſceptra domus hæc incluta ſuo tempore tenebit. (*)

(*) Jam omnibus conſtat, Georgium Ludovicum, Electorem Brunsvico-Luneburgicum, defuncta anno 1714. d. 12. Auguſt. Regina Angliæ Anna regnum hoc propitio fato obtinuiſſe, & in hunc usque diem feliciter conſervaſſe. Acquiſivit ille præterea in pacificatione, cum Suecis an. 1719. inita, Ducatum Bremenſem & Principatum Verdenſem cum juribus annexis. De Ducatu Lauenburgico pariter inveſtitus eſt.

CAP. XXXVII.
DE
PRINCIPIBUS.
§. I.

Agendum nunc eſt de *illis Statibus*, qui ſunt Non-Electores. Inter quos eminent, qui Principes vocantur, Germanice Fürſten, und Fürſtenmäßige. Vox Principis primum qui obtinet locum ſignificat, eadem ratione ac Fürſt a Föderſt, vel Fürſtehen, derivatur. Imperatorem tum

tum Rom. jure, tum usu nostri Juris Publici, Principem vocari, dictum *cap. XVI.* §. *8.* Scil. observandum est, Principis nomen dignitatis titulum esse, non *officii*, vel *muneris*, qualis *Ducum*, *Comitum &c.* Quo vero tempore Proceres, qui hoc titulo insigniuntur, illum acceperint, vel assumserint, difficile erit indicare. Eodem usu publici nostri Juris variis significatibus gaudet, quos ex Autoribus d. §. 8. supra allegatis, petere licet. Hoc loco eo sensu capitur, quo continet omnes *dignitates Electorali dignitate minores, majores tamen dignitate Comitum, & Baronum.* *Bæcler. L. VII. c. 1.*

§. II. Jura hæc Principum excellentia sunt, & dignitas eorum magna, sed tamen in multis Electoribus cedunt; quorum prærogativas recensuimus cap. 25. §. 4. Horum nonnullæ controversia non carent, & passim in Comitiis audiuntur querelæ Principum, & illorum, qui partes eorum tuentur, quasi Electores nimium, ac par esset, jura & prærogativas suas extenderent; quarum querimoniarum plenus est liber, alioquin optimus, die Grundfeste des Heil. Röm. Reichs. E contrario Electores sæpe queruntur, Principes cum illis per omnia fere paria facere velle, & sic officere Electorali dignitati. *vid. Discurs* von Reichs-Tage de

Jura Principum.

 anno

anno 1696, subjunctus Inst. J. P. Schilteri. Ex quo intelligere licet circa res, quæ minutiores videntur, lites sæpe illas versari. Quæ cum non possunt non detrimento esse publicæ rei, optandum foret, ut illæ tandem extirpari possent radicitus.

§. III. De juribus Principum in regimine universi, & in Comitiis alio loco est agendum. Facultas illis est, seorsim congrediendi, & instituendi conventus Principum Fürsten-Täge *art. 6. Cap. Leop. & Joseph.* Tegunt caput coram Imperatore. vid. Grundfeste *L. I. P. 6. pag. 54.* De illorum potentiorum scil. & suprematu gaudentium Legatis, qui jura ministrorum primi ordinis prætendunt, dictum est supra 25. §. 12. De jure vehendi sex equis in Comitiis circularibus, superioris Saxoniæ Lipsiæ anno 1683. illorum legatis ab Electoralibus lis mota est, quæ turbavit istam diætam, atque posthæc in hoc circulo nulla hucusque fuit instituta.

§. IV. Quia vero Principes alii sunt Ecclesiastici, alii Seculares: de utrisque sigillatim est agendum.

CAP. XXXVIII.

DE PRINCIPIBUS ECCLESIASTICIS.

§. I.

§. I.

PRincipes *Ecclesiasticos* illos dicimus, qui *cum dignitate Principis & Ecclesiastica dignitate pollent, & sacra Ecclesiæ ministeria subeunt.* Constituuntur Ecclesiastici, & quidem Catholici per electionem, vel postulationem Capitulorum, confirmanturque a Pontifice, & consecrantur solenni ritu, accepto etiam interdum pallio. *Vitr. l. 15. 30.* Evangelici per solam electionem & postulationem, *J. P. O. a. 5. §. Si quid ann. §. Elect.* Quatenus Principes vero & territoriorum domini (mit der Weltlichkeit) ab Imperatore investiuntur, cum sceptro olim; hodie plerumque cum gladio. *J. P. Feud. c. 3. §. 17.* Ecclesiastici constit.

§. II. Qualitas vero Ecclesiastica illa est *Primatum, Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, & Prælatorum Principali dignitate gaudentium.* Primatum gessit olim in universa Germania Archi-Episcopus *Magdeburgensis*, ut dictum supra *cap. XIX. §. 7.* cui hoc jus per *Ottonem I.* quæsitum dicitur. Fuit huic Primatui tribunal in Germania, ne ob causas Ecclesiasticas Romam appellare, vel supplicare opus. *Stephani de Jurisdict. L. IV. cap. 5. num 32.* Postquam vero illi, qui præfuere isti Archi-Episcopatui, Sacra Evangelica amplexi, titulum quidem retinuerunt, sed potestas illa non amplius potuit locum Primates.

invenire. Imo & hodie, postquam Archi-Episcopatus in Ducatum commutatus est, *P. W.* & titulus ille defecit. *Salisburgensi* autem Archi-Episcopo fuisse axioma hoc quæsitum, ut aliqui volunt, non constat. *vid. Schuz. Vol. I. disp. 8. th. 5. pag. 403.* In Belgica Provincia Trevirensis Primas olim fuit. *Beker. in Synops. J. P. L. 3. cap. 3.* sed axiomate illo hodie non utitur.

Archi-Episc. §. III. Sicuti autem *Primates*, qui & *Patriarchæ* interdum dicuntur, præsunt integræ nationi; ita *Archi-Episcopi* quasi *Principes Episcoporum* certæ alicujus Provinciæ sunt, & dicuntur, atque alias *Metropolitani* audiunt, & Ecclesiæ illorum Metropolitanæ. *Ziegl. ad Lauterb. lib. I. tit. 5.* Tales *Archi Episcopi in Imperio R. S.* supersunt quinque: *Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis*, de quibus inter Electores actum: deinde *Salisburgensis, & Vesontinus:* quorum primus simul est *Legatus natus* Romanæ Ecclesiæ in *Germania*, de quo axiomate legatur *Ziegl. ad Lancellot. I. 27. 9.* Secundus adhuc gaudet suo voto & sessione in Comitiis, licet *Vesontina* civitas Gallis cessa. *P. W art. 4. §. 6. Magdeburgensis* vero, ut dictum, pariter ac *Bremensis* secularem qualitatem Ducatuum hodie acceperunt juxta *J. P. art. 10. §. 7. & art. 11. §. 6.* Rigenses vero Archi-Episco-

piſcopi, mutato *Livoniæ* ſtatu, de quo ſupra *cap. IV. §. 28.* poſt annum 1561. ſeparatas rationes ab Imperio noſtro habere cœperunt. *Pragenſis*, quicquid olim fuerit, a multis ſeculis ad Imperii Status relatus non eſt. Noſtra ætate actum fuit de concedenda, vel reſtituenda (circa annum 1690. ſeqq.) dignitate Archi-Epiſcopali Eccleſiæ, & Epiſcopatui *Paſſavienſi*, vel ſaltem eximendo eo a Metropolitanatu Salisburgenſi tum in aula Cæſarea & Pontificia, tum in Comitiis. Sed res ob contradictionem Archi-Epiſcopi *Salisburgenſis*, & reliquorum Principum Eccleſiaſticorum, ad exitum non eſt deducta. Acta legi poſſunt in Elect. Jur. Publ. quæ edidit *Pierre Marteau ann. 1691. cap. 3. Conf. Pfeffing. ad Vitriar. l. 15. 12.*

§. IV. Inter Archi-Epiſcopos & Epiſcopos locum occupat Magiſter Ordinis Teutonici, qui & hodie *Adminiſtrator ſupremi Magiſterii* in Boruſſia dicitur. Hic ordo cœpit ſeculo XII. atque a *Cæleſtino III.* Papa, intercedente *Heinrico VI.* Imp. anno 1192. confirmatus, licet quidam ad ſeculum XI. initia rejiciant. *vid. Imhof. not. Proc. Imp. Lib. 3. cap. 18.* Venit ſeculo XIII. in *Boruſſiam:* quæ fata expertus, dictum ſupra *cap. IV. §. 28.* Magiſter vero ille ab Equitibus, cui hoc negotium datum, Rathgebürtigen eligitur Mergentheimii in Magiſter Ord. Teut.

liensis, *Leodiensis*, *Osnabrugensis*, (quem juxta *J.P.W. art.13.§.5.& 6.* nunc Catholicus Princeps *Carolus Josephus* Lotharingus tenet, quo defuncto Evangelicus iterum ex familia Gvelphica sufficiendus) (**) *Monasteriensis*, *Curensis*. Qui Evangelicum Episcopum semper habet, solus est Episcopatus *Lubecensis*, qui & solus hodie scamno transversali juxta J. P. insidet. Quæ nunc de hoc Episcopatu lites sint inter fratrem Regis *Daniæ Carolum*, & *Christianum Augustum Ducem Holsatiæ*, notum est. *Spec. St. 1705. M. Octobr. pag. 80.* De singulis prolixe agere non licet, conferri potest *Imhof. in Not. Proc. Imp. & Vitriar. l. 15.* & novissime *Illustr. A. H. E. T. I. pag. 339.* Cæterum per *P. W. Episcopatus Halberstadiensis*, *Verdensis*, *Mindensis*, qualitatem Ecclesiasticam exuerunt. Secularisati. Dantur etiam multi Episcopatus, qui licet olim forte immediati fuerint, jamdudum tamen ab Electoribus & Principibus Imperii exemti, & ad Status mediatos Provinciales relati sunt, quales sunt, *Misenensis*, *Martisburgensis*, *Numburgensis*, *Brandenburgensis*, *Havelbergensis*, *Lebusiensis*, *Caminensis*, de quibus videatur *Vitriar. d. l. & Pfeffing. Strauch. J. J. P. L. II. § 9.* Exempti.

(*) Episcopum *Eichstadiensem* Episcopo *Spirensi* præponendum esse verius videtur, quoniam lis illa,

quæ

quæ de præcedentia olim inter eos intercesſit, jam anno 1662. d. 3. Maji ab Imperatore in favorem Eichſtædtenſis deciſa eſt, referente Auct. des Europ. Herolds T. I. p. 347.

(**) Defuncto anno 1715. *Carolo Joſepho*, Erneſtus Auguſtus, Dux Brunsvicenſis, Regis Angliæ frater natu minimus, anno 1716. in Epiſcopum Oſnabrugenſem electus fuit, licet frater ejusdem Maximilianus, Catholicæ Religioni addictus, eundem Epiſcopatum, irrito tamen conatu, affectaret. vid E. Jur. Publ. Tom. IX. p. 521. ſeqq.

Abbates Principales. §. VII. Poſt Epiſcopos Principibus adhuc Eccleſiaſticis accenſentur *Abbates* & *Prælati gaudentes Principali dignitate*, Gefürſtete Aebte. Primatum inter hos obtinet *Abbas Fuldenſis*, qui titulum *Primatis* per *Germaniam* & *Galliam* inter Abbates ſcil. gerit, & Auguſtæ *Archi-Cancellarius* eſt. *vid. Bruſch in Chron. Monaſt. cap. 19. ſupra* §. 5. Sequebatur *Hirſchfeldenſis*, cujus Abbatia per *art. 15. J. P. O.* in Principatum verſa eſt, & *Haſſiæ* Landgraviis ceſſa, inter Principes ſeculares ſententiam in Comitiis dicit. Superſunt *Campidunenſis* Auguſtæ Archi-Mareſchallus, *Elvangenſis*, *Murbacenſis*, *Luderenſis*, *Berchtolsgadenſis*, *Weiſenburgenſis*, *Prumenſis*, *Stabulenſis*, *Corbcjenſis*, inter quos nonnulli non *Abbatum*, ſed *Præpoſitorum* nomen gerunt, ut *Elvangenſis* & *Berchtolsgadenſis*, *Prumenſis*, de quibus ſingulis *Imhof. & Vitriar. cum ſuo Commentatore, ac H. E.* legi poſſunt.

§. IIX.

§. IIX. Inter hosce Abbates post *Luderensem*, licet non sine controversia, locum etiam habet *Magister Ordinis Johannitici per Germaniam*. Scil. *Ordo Johanniticus*, qui etiam *Hierosolymitanus*, & ab hodierna sede *Melitensis* dicitur, cujus privilegia a Leopoldo confirmata leguntur, *apud Becman. de Ord. Joh. c. 3.* seculo XI. cœpit, & in octo, ut vocantur, linguas dividitur: ex quibus *Germanica* lingua in quatuor *Prioratus* divisa, *Germanicum*, *Bohemicum*, *Hungaricum & Danicum*. Istum vero Prioratum Germanicum Magister hic regit, qui *Heidershemii in Brisgovia sedem* habet, & ad Circulum Rheni superiorem refertur. Huic prioratui subest alioquin & *Bajulagium Brandenburgicum*, das Herren-Meisterthum vulgo dictum, quod quidem peculiarem habet Magistrum, & nunc quidem Regiæ Maj. Boruss. fratrem Principem *Albertum*, cujus sedes est *Sonneburgi* in nova Marchia, Protectorem autem Electorem Brandenburgensem. *vid. Christ. ab Osterhausen & Christ. Becmanni Comment. de hoc Ordine. Imh. Not. Proc. L. III. cap. 19. App. Jpr. Feud. Long. II. num. 5.*

Magister Ordinis Johannitici.

§. IX. Hi omnes Principum dignitate gaudent, atque nomine Fürsten comprehenduntur; quemadmodum & territoria ipsorum *Principatus*, Fürstenthümer vocan-

cantur, præter illam appellationem Ecclesiasticam, qua Stiffter dicuntur: atque id nomen Principatuum Episcopatus secularisati quoque retinuerunt: quamvis Archi-Episcopatus Ertzstiffter secularisati nomen *Ducatuum* per *J. P. W.* adepti sint. Quod axioma Principum quo tempore his Ecclesiasticis datum fuerit, non adeo constat. Sunt qui ad *Pipinum* Francorum Regem id referunt: certioribus vero fundamentis innituntur, qui ab *Ottonis M.* ævo id derivant. *vid. Vitriar. l. 1. 5. seqq.* Episcopus vero *Herbipolensis*, Ducis *Franconiæ* axiomate gaudet: quod Childerico Regi Francorum acceptum fertur. *vid. Imhof. Not. Proc. 3. cap. 3. § 3.* Imperator titulum Ehrwürdig illis largitur, & *Tuæ Dilectionis.* Ab aliis vero (*) axiomate Fürstl. Gnaden, si non sint Principes nati, insigniuntur. Cum vero antiquitus receptum sit, clericalem dignitatem seculari præferri, factum est, ut Principes Ecclesiastici occupent dextrum latus in Collegio Principum, atque omnes & singuli etiam præferri velint omnibus ac singulis Principibus Secularibus, ita, ut infimus ex Scamno Ecclesiastico præferri postulet illis, qui in Seculari prima subsellia occupant, quod non caret contradictione. *vid. Discurs. de Comit. junctus Schil-*

Schilter. Inst. pag. 125. Kulpis. ad Monz. cap. 2. §. 10.

(*) Inter familias Ducum antiquorum & Principes Ecclesiasticos anno 1712. mutuo conventum fuit, ut illi his titulum, Hochwürdigste tribuerent, ac vicissim ab his titulum, Durchlauchtigste / acciperent, ejusque rei initium a 1. Sept. 1712. fieret: quæ conventio tamen ad solos Episcopos, non vero ad Abbates Principali dignitate fulgentes pertinet. vid. Elect. Jur. Publ. Tom. VI. p. 110. sqq.

CAP. XXXIX.

DE PRINCIPIBUS SECULARIBUS.

§. I.

DEveniendum nunc ad Principes est, *qui nulla ecclesiastica gaudent dignitate, sed seculari Principum axiomate solo*, & ob id Principes *Seculares*, Weltliche Fürsten vocantur, atque veteri more certis muneribus inter se distinguebantur. Quales sunt *Archi-Duces*, *Duces*, *Comites Palatini*, *Landgravii*, *Marggravii*, *Burggravii*, *Principes in specie sic dicti*, & *denique Comites Principali dignitate gaudentes*.

§. II. Inter hos primas tenent illi, qui vocantur *Duces*, die Herzoge. Nomen hoc apud *Romanos* illum significabat, qui exercitui præerat, & illum ducebat, quo sensu *Tacitus* ad *Germanorum* instituta id applicat, quos *Duces ex virtute sumsisse* Duces.

dicit.

dicit. Postea apud eosdem Romanos illi *Duces* appellati, qui præerant rei militari in Provinciis limitaneis, quorum potestas etiam extendebatur ad res civiles *L. 2. C. de offic. Præt. Afr.* Superata Germania *cis-Rhenana*, eam per *Duces & Comites* regebant. *Lehm. Lib. I. cap. I.* *Franci*, cum expulsis Romanis summam tenerent, omnes terras in Provincias redigebant, illisque præficiebant *Duces*, sub quibus Comites munere suo fungebantur, ut dictum supra *cap. 24. §. 4. Lehm. Lib. II. cap. 16.* Quem morem *Longobardi* in Italia secuti, qui *Ducatus* a se erectos sub Rege *Authari* in Feuda concesserunt, & ad filios venire passi sunt. *Sigon. de Regn. Ital. Lib. I. pag. 8. 13.* unde Dux illis dictus, qui de *Ducatu investitus. 2. Feud. 10.* Apud *Francos* vero munia hæc hereditaria non fuisse, sed personalia, jam dictum supra *d. c. 24 §. 4.* quamvis filii, si non indigni, haud facile negligerentur. Terræ vero, quas regebant *Duces*, tanquam *officiales*, vel *Magistratus*, ad Regem pertinebant. Sed sub ultimo Carolingici stemmatis Imperatorum tempore mutatio hac in parte contigit. Nam sub *Conrado* Imperatore *Henricus* Saxo Ducatum jure proprio possidere cœpit, & hereditarium fecit. *Wittekindus Lib. I.* quod exemplum alii secuti, quorum jura invesitu-

Longobardor.

ſtituræ poſtea Cæſareæ muniverunt. Sequentibus temporibus novi Ducatus erecti ex terris, quas Imperatores conceſſere novis Ducibus; quale exemplum eſt in *Hermanno Billingo*, Duce Saxoniæ, creato ab *Ottone I.* vel ex terris, quas poſſeſſores Cæſaribus in feudum obtulerunt; quale quid contigit tempore *Friderici II.* intuitu Ducatus *Luneburgici*, *Meibom. T. III. p. 203.* & *Caroli IV.* intuitu *Ducatus Megapolitani. J. P. F. Long. App. II. R. II. num. 1.* Hinc Dux hoc loco eſt & dicitur, qui de *Ducatu immediato eſt inveſtitus*, *ſesſioneque & voto in Comitiis gaudet.* Alioquin & Duces ſine territoriis dari, qui vel ex tali Duce ortum ducunt, & jus ſuccedendi in Ducatum habent, vel quibus titulus ab Imperatore ſaltim conceſſus; & mediatos notum, & alibi dicendum. Quod idem circa reliqua axiomata obſervandum.

§. III. Inter Duces eminent *Archi-Duces*, quo axiomate tamen in Germania ſolenni & Curiali ſignificatione nemo utitur, niſi Domus Auſtriaca, quod *Rudolphum I. Alberto* filio, imo & *Fridericum II. Auſtriæ* Ducibus lineæ *Babenbergicæ*, indulſiſſe traditur. Sed ante Maximilianum I. ex Auſtriacis eo nemo uſus eſt. *Limn. ad Capit. Caroli V. proœm. voce* Ertz-Hertzog ꝛc. Inſignia Privilegia horum Archi- **Archi-Duces.**

 chi-

chi-Ducum legi possunt *apud Limn. V, cap. 2. num. 30. & Add. Schweder. P. S. S. II. cap. 7. §. 5.* Interdum tamen stylo Oratorio, vel arbitrario *Palatinos Comites*, a nonnullis Archi-Duces dictos fuisse, constat: uti & *Bruno Coloniensis Præsul in Chronico Belgico* magno *Archi-Dux Lotharingiæ* vocatur. In *Italia Magnus Hetruriæ* Dux est, de quo actum *cap. IV. §. 6.* Extra Rom. Imperium *Reges Poloniæ Magni Ducis Lithuaniæ*, Reges Seciæ *Magni Ducis Finniæ* titulo utuntur. *conf. Becm. not. Dignit. Diss. VII. cap. 3. §. 2.* Et Elector Brandenburgicus supremi, vel absoluti Ducis Borussiæ nomine honoratus est, antequam Regium axioma assumsit. *Becman. d. l. §. 3.*

Burgundiæ Duces. §. IV. Post Archi-Duces Austriæ inter Principes Imperii seculares primas tenent *Burgundi.* De *Burgundiæ* Regno, vel *Arelatensi* actum est supra *cap. II. §. 26. & cap. IV. §. 14. & 15.* Qua ratione Ducatus Burgundiæ erectus, passim historici tradunt. *vid. H. E. T. I. pag. 413.* Etsi vero familia *Burgundiæ* Ducum mascula anno 1477. defecit cæde *Caroli Audacis*, atque ipsum Ducatum Galli tunc occuparunt: reliquæ tamen ejus Provinciæ per nuptias *Maximiliani I.* & *Caroli* filiæ *Mariæ*, in *Austriacorum*, & ex his in *Hispaniæ* Regum potestatem transierunt, qui propter eas

eas, circuli Burgundici nomen adepti, ſententiam in Comitiis dicunt. *vid. ſupra cap. IV.* Quis hodiernus ejus ſtatus, omnibus notum. Cæterum illud apprime obſervandum hic eſt, *Auſtriacos* & *Burgundicos* a ſecularibus Principibus in ſcamnum Eccleſiaſticum conceſſiſſe in Comitiis, atque ibidem primos locos occupaſſe; quod vel ſingularem præeminentiam eorum præ ſe fert, vel propter lites de proedria cum aliis factum eſt. Grundveſte *P. II. cap. 5.* Atque eorum uti & Salisburgenſis Archi-Epiſcopi Legati in Collegio Principum, jus proedriæ ante Principes in perſona vindicant, qui tamen extra Senatum illis cedere nolunt. G. B. *P. II. c. 5.*

§. V. *Duces* qui inter Imperii noſtri Status ſuperſunt alii, ſunt *Bavariæ, Saxoniæ, Brunſvicenſis & Luneburgenſis, Pomerani, Megapolitani, Wurtenbergici, Holſati, Sabaudiæ*, quibus per P. W. acceſſit *Ducatus Magdeburgicus & Bremenſis.* Ducem *Lotharingiæ* Imperio ſubeſſe diximus *cap. IV. §. 21.* ſed monuimus etiam ibidem, non ratione hujus Ducatus, ſed ratione *Marchionatus Nomeni* in Comitiis ſententiam dicere.

§. VI. De ſingulis his Ducibus multis agere hic, inſtitutum non patitur. Noti ſunt ſcriptores, qui de iis egere, quos in-

indicant *Schweder. P. S. Sect. 2. cap. 7. & Giovanni in Germ. Princip.* Ex novissimis scriptoribus *Imhof. Not. Proc. Imp.* legi meretur, *& H. E. T. I.* De præsenti Saxonicorum & Bavarorum familia jam actum est supra. Hic monendum, jus præcedendi *Saxonibus* esse *Bavaros* & *Comites Palatinos* Rheni, licet utrique hactenus de facto, magis quam de jure possessionem proedrias sibi arrogaverint: quod tamen Saxonibus, quorum jura solide demonstrantur *apud Herold. Eur. T. I. pag. 434.* fraudi esse nequit. *vid. R. Noviss.* § *196. conf. Cœlist. H. A. conf. T. I. pag. 100.* *Pomerania* Ducum extincta familia quidem est, sed Ducatus in potestatem Regis & Regni Sveciæ atque Brandenburgicæ Domus, tanquam feuda Imperii concesserunt per *art. 10. & 11. J. R. 10.* Quoad *Holsatos* id observandum est, eos Ducatum *Schlesvicensem Dania* olim feudum, absoluto Imperio, vi *Pacis Roschildensis*, & vi transactionis de ann. 1658. 1660. 1679. 1689. 1700. novis pactis munitæ possidere: quale quid nunc quidem nullis aliis Principibus Imperii datum. *Lond T. VIII. L. 9 cap. 159. 288. vid supr. cap. 4. §. 25.* Qua ratione Archi-Episcopatus *Magdeburgensis, & Bremensis* in Ducatus commutati *art. 10. & 11. J. P.* satis notum. De quorum loco in scamno Principum Secularium, *vid. Schilter. T. II. tit.*

II. tit. 19. pag. 122. seqq. Ducatus *Julii, Cliviæ & Montium*, itemque Saxo Lauenburgicus litigiosi sunt, atque ideo possessores ad exercitium Juris suffragii in Comitiis haud admittuntur.

§. VII. *Duces* sequuntur *Comites Palatini*, quos illi dignitate præcedunt. *Schilt. l. 21. 6.* *Comes* quis dicatur, infra videbimus *cap seq.* Et qui *Palatini Comites*, ac unde dicantur, supra dictum *cap. XXXV. §. 2. 3.* Sub Germanicis Imperatoribus plures Comites Palatini fuere, & in quolibet quidem Ducatu unus, qui causas civium privatas & rem judicariam curaret, cum Duces rem Provinciæ publicam. In *Speculo Svevico Lib. 1. art. 19. & Sax. Lib. 3. art. 53 Weichb. art. 7.* quatuor recensentur, *Saxonicus*, *Bavaricus*, *Francicus*, sive *Rhenensis*, & *Svevicus*. De quibus singulis agit *D. Coccejus J. I. P. cap. 15. §. 17.* Memorantur alibi & alii. In *H. M. S. Rerum Carinth.* quæ *Diplom. Æneæ Sylvii Hist. Vitæ Frid. III.* juncta *p. 60.* Comites *Palatini* in *Ducatu Carinthiæ* allegantur. Et in dipl. *Maximil. I.* quod ibidem *p. 29.* Imperator his dicitur Pfaltzgraff zu Henigau. Memoratur etiam Thuringiæ Palatinus passim. Qui num idem ac Saxoniæ fuit, ut putat Coccejus *c. 15. S. 2. §. 18.* num alius, ut tradunt communiter; vel utrum primum unus postea in duos ramos familiæ Com. Palat.

miliæ divisus, ut existimat, *Spen. de Insign. Sax. S. 1. §. 14.* non est in aprico, & indagare id nunc non licet. Inter omnes eminuit *C. P. ad Rhenum*, cui absente Rege vel vacante Regno vicaria potestas in Imperio, excepta Saxonia, & terris ei accensitis, competiit, atque Electoralis dignitas accessit. Quæ omnia Familiæ *Schirensi* cessisse, supra dictum. Quorum posteri, qui a linea Ducum *Bavariæ* eandem habentium originem distinguuntur, soli hodie *Comitum Palatinorum* axiomate utuntur, licet Electoratus dignitate non gaudeant, illudque axiomati Ducum Bavariæ anteponunt; uti Duces *Bavariæ* titulum *Ducatus Palatinatui* præponere solent. De *Saxonico Palatinatu* supra dictum *cap. 22. §. 3. & cap. 33. §. 10.* monitumque, adhuc hodie illum ab Electoratu distingui, & Ducatu Saxoniæ, licet nec Duces Saxoniæ, nec Elector hoc titulo utantur. Reliqui interierunt, nec ullus Germaniæ Princeps hoc axiomate, exceptis quos dixi, uti solet.

Com. P. Rhen.

Landgravii.

§. IIX. Habuit tamen etiam Germania Comites Provinciales, sive *Landgravios*, quibus pars Provinciæ, non limitanea, commissa fuit, quorum origo incerta est. Antiquissimi, quos novimus, & qui celeberrimi fuere ex *Landgraviis* sunt illi, qui *Thuringiæ*, & *Hassiæ* unum corpus sub nomi-

nomine Thuringiæ constituentibus, olim præfuerunt. *Lotharius II.* Cæsar genero *Ludovico III.* Comiti Thuringiæ axioma Comitis Provincialis, seu Landgravii primum largitus est. *Sagittar. de antiquiss. Stat. Thur. pag. 59.* Defuncto vero *Heinrico Raspone* 1247. improle de successionis jure inter *Henricum* Illustrem Misniæ Marchionem ex *Rasponis* sorore prognatum, & *Sophiam Henrici Brabantiæ Ducis* uxorem, *Ludovici Landgravii* Thuringiæ ex *Elisabetha Hungarica* filiam, lis orta, quæ tandem per transactionem, fraterni fœderis de mutua successione pacto inter utramque domum inito, ita 1263. composita, ut *Thuringiæ* pars orientalis, *Thuringia* proprie sic dicta, in *Henrici* Misnensis, & *occidentalis* sive *Hassia*, ad filium *Sophiæ*, *Henricum Infantem Hassiæ* vulgo dictum, pervenirent. *Fabr. de Or. Sax. Lib. VI. pag. 584.* Quod vero jus suffragii tunc temporis *Hassiæ* cesserit soli, *Thuringia* autem proprie sic dicta id amiserit plane, quod legitur *ap. Dn. Coccejum c. XV. Sect. 2. §. 23.* id nescio quibus rationibus innitatur; nec apud *Reinkingium* allegatum tale quid reperio. Imo monumenta testantur quam plurima, æque ac Hassos, Landgravios Thuringiæ Comitiis interfuisse. *vid. Monach. Erfurt. ad ann. 1290. ap. Pistor. T. I. p. 260,* ubi Comitiis a *Rudolpho I.* ha-

Thuringiæ.

Hassiæ.

habitis 1290. inter alios Principes interfuisse dicitur, & *Landgravium* (Thuringiæ) *Albertum*, & *Henricum Landgravium Hassiæ*. Præter hos Landgravius *Leuchtenbergensis* in *Bohemiæ* finibus situs hodie superest, qui ad *Bavaros* pervenit, & morte *Maximiliani Philippi* Ducis Bavariæ ejus possessoris pauco abhinc tempore vacare cœpit. Fertur ejus nomine suffragium in scamno Principum *Imhof. Not. Proc. L. II. cap. 6. §. 12.* (*) Landgraviatus *Alsatiæ J. P. Monast. Gallis* cessus, salvo tamen titulo *Austriacis*, quem tamen Landgraviatum cum aliis quibusdam *Saufenbergico*, *Nellenbergico*, *Baarensi*, & *Stülingensi*, qui ad *Furstenbergicos* Principes spectat, haud videtur ad Principatus Imperii pertinuisse, sed tantum inter Comites habuisse semper locum. *vid. Reink. L. XI. IV. cap. 13. num. 20. & Coccej. c. 15. Sect. II. §. 23.*

Leuchtenbergensis.

Alsatiæ.

(*) Bavaro proscripto, Princeps Lambergensis *Leopoldus Matthias*, non obstante contradictione Ducum Megapolitanorum, de quorum jure vid. El. Jur. Publ. T. I. p. 354. sqq. de Landgraviatu Leuchtenbergensi investitus, ejusque ratione ad votum ac sessionem in Comitiis anno 1709. admissus fuit. El. Jur. Publ. T. V. p. 62. Restituto vero Electore Bavariæ hic Landgraviatus una cum voto ad eundem rediit. vid. El. Jur. Publ. T. IIX. p. 431. & 686. sqq.

§. IX.

§. IX. *Marchiones*, seu *Marggravii* a *Marca* dicti sunt. *Marca*, vel *Marchia* autem hic non *forum*, seu *locum*, ubi jus dicitur, sed *limitem*, vel territorium *limitaneum* significat: quamvis alias non abnuerim τὸ *Marc* non solum limitem, sed etiam totum territorium, vel fundum intra suos limites significare. Prima origo *Marchionum* ex *Italia* petenda, ubi non tantum Romani *Duces & Comites limitaneos* babuerunt, sed & *Longobardi Marchias* condidere, de iisque *Marchiones*, cum jure succedendi, investiverunt, *2. F. 10.* ubi tamen male a *Mari* derivatur *Marchia*. *Francico* Imperio illos non fuisse ignotos, non dubito. Marchiones.

§. X. *Marchiæ*, quæ hodie supersunt, *Henrico Aucupi* in *Germania* ortum debent, qui *Misnensem* & *Lusatiam* contra *Slavicam* gentem, *Miltenios*, *Bohemos*, *Ungaros*, & *Polonos*; *Schlesvicensem* contra *Danos*, *Brandenburgensem* contra *Henetos* & *Obotritas* condidit. *Fabr. in Orig. Sax. Lib. II. pag. 115. Schurzfleisch. de Marchia Misn. 4. & de Lusatia.* Ab eodem Henrico Aucupe & Marchia *Badensis* instituta creditur adversus incursiones *Francorum Occidentalium*, seu *Gallorum*. *D. Schurzfleisch. de R. Badens. §. 11. lit. 6.* De aliis *Marchionibus vid. Schweder. P. S. S. 11. cap. 7. §. 6.* Neque negaverim *Marchiones* fuisse, qui non in Marchiæ Germaniæ.

 Prin-

Principum, sed Comitum classem relati, aeque ac de *Landgraviis* dictum. Quorsum fortasse pertinuere Marchiones *S. J. Antwerpiae*: imo & mediatos fuisse docet *Coccej. J. J.P. XV. 3. 39.* Caeterum *Misniae Marchiones* Juris *Slavici* fuisse, & haud participes Comitiorum Imperii a quibusdam traditur, quod miror. *vid. D. Coccej. Jur. P. P. cap. 3. pag. 71. seqq. cap. 15. §. 25.* Quam sententiam nuper ostendi peculiari scriptione monumentis rerum adversari. Quod vero hodie nullum propter hanc Marchiam pariter, ac Thuringiam suffragium diserte feratur, causa haec est, quod postquam hae Provinciae ad eosdem Dominos cum *Saxoniae* Ducatu delatae, satis hi putarunt, si sub digniore nomine *Ducum* sententiam dicant: fuitque olim fere solitum, suffragia ferri non secundum pluralitatem territoriorum, sed numerum personarum.

Misn. Marchiones an Cives Imperii.

§. XI. Praeficiebantur etiam *Burgis* seu *Castris* Comites quidam, qui exinde *Burggravii* dicti, quorum officium erat illud, ut adjacentes Ecclesias, atque earum bona, interdum etiam alias terras jure, & armis defenderent, & jus etiam ibidem dicerent. Qui Burggravii ad classem Principum relati sunt. De *Magdeburgico* jam supra dictum *c. 32. §. 11.* De *Norimbergensi v. Limn. V. c. 7.* qui in familia hodie Brandenburgica est. Fuere olim & Burg-

Burggravii.

gravii Misnenses inter Status Imperii Reichs-Abschied *1548. §.74. 1551. 1557 1559. in subscript. Albin. Chron. Misn. tit. 8. pag. 97.* Burggraviatus hic ad Electores Saxoniæ pervenit, qui & de illo adhuc hodie investiuntur. *vid. Boecler. Stemm. Ruth. pag. 184. Müller. Annal. ad ann. 1687. pag. 562.* Ratione Burggraviatus *Strombergensis* Episcopum *Monasteriensem* prætendere in scamno seculari votum ac sessionem, notum est, *Schwed. d. l.* Sed nondum, quantum novimus, exercet. Uti & hodie nullus Burggravius, qua talis voto & sessione actu gaudet, nisi Marchiones *Brandenburgenses*, non qua *Marchiones*, sed tanquam *Burggravios* in Senatu Principum hoc jure uti, dicere velis. Fuere, & adhuc sunt Burggravii, qui Principum dignitate non gaudent, & mediati fuere, ut videre est *apud Albin. d. l. Coccej. d. l. §. 26.* Cæterum quod de *Ducibus* est supra dictum, illorum munia hereditaria successu temporis fuisse facta, & jure proprio eos cœpisse possidere regiones, & terras, illud idem & quoad reliquos omnes repetendum est, qui æque ac Duces regulariter successione feudali, & investitura hodie devolvunt territoria, ac acquirunt.

§. XII. Supersunt illi, qui *Principes* specialissimo sensu dicuntur, & de feudis Principes.

cum

cum hac dignitate principali investiti nullis e superioribus titulis gaudent. Quales sunt *Anhaltini*, qui ex *Bernhardi* Ducis Saxoniæ filio, *Henrico* Seniore, originem suam deducunt, quem a *Friderico II.* Principem Anhaltinum creatum esse, dicitur. *vid. Sagitt. in Orig. Anhalt.* Præterea Duces *Megapolitani* Principes *Vandalorum* se dicunt, uti olim Pomeraniæ *Principes* Rugiæ appellabantur, quo titulo Sveciæ Rex hodie uti solet. Hoc axiomate Episcopatuum secularisatorum possessores utuntur, ceu jam supra dictum. Eo etiam gaudent Principes *Arenbergii*, *Hohenzollerenses*, *Eggenbergenses*, (*) *Lobkowizii*, *Salmenses*, *Dietrichsteinii*, *Nassovii*, *Auersbergii*, *Frisiæ orientalis*, *Furstenbergii*, *Schwarzenbergii*, *Ottingenses*. Quibus novissime accessit Dux Anglicus *Marleburgicus*, cui Imperator propter insignia merita ex patrimonio Bavarico Comitatum *Mundelheim* in *Principatum* commutatum, titulo feudali concessit. (**) Cujus novi Principis introductio, ex Decreto Cæsaris consensu Electorum, & Principum Collegii, (nam Civitatum expetitus non fuit.) *vid. Spec. Stat. 1706. M. Aug. p. 51.* in Senatum Principum solenniter nuper facta est. *vid. Spec. Stat. M. Nov. & Dec. 1705. p. 4. & M. Majo 1706. pag. 54.* Tabulis cavit novus Princeps, ne

ne hæc introductio fraudi sit iis, qui antiquius jus hanc petendi susceptionem habent *Spec. Stat. M. Aug. 1706. pag. 51.*(***) De Principibus Non-Statibus & mediatis alibi agitur.

(*) Principes *Eggenbergenses*, quoad Lineam Masculinam cum Johanne Christiano anno 1717. extincti sunt vid. El. Jur. Publ. T. X. p. 652.

(**) Votum Mundelheimense an 1715 post restitutionem Bavaricam iterum cessavit. vid El Jur. Publ. T. IIX p. 414. sqq.

(***) Antonius Florianus, Princeps Lichtensteinius, anno 1713 in collegium Principum fuit introductus, cujas introductionis Acta exstant apud Pfeffing. ad Vitriar T. II. p. 549 seqq & in El Jur. Publ. T. IV. p. 500 Tom V p. 99. 165 sqq.

§. XIII. Cum hisce Principibus paria faciunt Comites Principali dignitate gaudentes, Gefürstete Grafen: nisi hanc differentiam præter titulum admittere velis, quod hi soli Principes Principali dignitate ornati, non etiam territoria ipsorum in Principatus erecta, ut opinatur *D Coccejus cap. 15 p. 2 § 28.* Tales fuere olim *Hennebergici*, quorum Tabulæ apud *Meibom.* extant *T. III. R. G pag. 208.* Quibus extinctis, Domus *Saxonica* & *Hassiaca* vi pacti Confraternitatis Comitatum istum occuparunt. Ejus generis porro sunt Comites *Montpelgartenses, Gradischenses*, qui idem sunt ac *Principes Eggenbergii. vid. Subscr. R. J. noviss. vid. Coccej. cap. 15. Sect. II. §. 28.* In titulis Imperatoriis

Comit. Principali dignitat. gaudentes.

Gefür-

Gefürsteter Graff zu Habspurg, Tyrol, Kyburg und Görtz habetur, quorum tamen Comitatuum nomine nullum fertur in Comitiis in Principum Senatu votum. Principes Auersbergios etiam se dicere, Gefürsteter Graff zu Thengen und Mitterburg disces ex *H. E. T. I. pag. 570.*

CAP. XL.

DE STATIBUS IMPERII NON-PRINCIPIBUS, ET IN SPECIE DE PRÆLATIS, COMITIBUS ET BARONIBUS.

§. I.

SEquuntur nunc Status Imperii, qui carent dignitate Principali, atque hi sunt duplicis generis. Alii enim Collegio Principum adsunt, licet separatis a Principum scamnis sedeant subselliis, & curiata saltim vota ferant; alii vero peculiari concilio congregantur. Prioris generis sunt vel Ecclesiastici vel Seculares. Ecclesiastici personæ sunt, quæ *Monasteriis præfecta*, atq; Prælati. *Abbates* dicuntur, vel etiam *Prælati*: quamvis hæc vox interdum tam late pateat, ut omnes, qui ordinariam in Ecclesia jurisdictionem habent, seu Episcopi, sive alii fuerint, ea comprehendat. *Ziegl. ad Lancellot. L. 28. 1.* Hi *Abbates*, vel *Prælati* jam-

jamdudum in duo Collegia, seu scamna divisi sunt, *Suevicum* & *Rhenanum*: quorum unum in desuetudinem cum abiisset fere, in Comitiis superioribus res ad pristinum statum reducta est, accedente tamen lege alternationis. *Suevici* sunt *Reichenavienſis, ſeu Divitis Augiæ, Marienthalenſis, Elchingen, Saalmansweiler, Weingartenenſis, Ochſenhuſanus, Jrſingenſis, Petershuſenſis, Urſpergenſis, Rodenſis, Roggenburgenſis, Weiſenauvienſis, Schuſſenridenſis, Wettenhauſenſis, Gengenbachenſis, Ottenbeurenſis, Zwiefaldenſis.* Rhenenſes ſunt: *Keiſersheimenſis, Odenheimenſis, Werdenſis, SS. Udalrici & Afræ, Monaſterienſis in valle Gregorii, S. Georgii in Jsnia, S. Cornelii Monaſterii ad Indam, S. Emerani in urbe Reginoburgenſi.* De quibus omnibus uti & *Ballivius*, ac *Commendis* huc pertinentibus *vid. H. E. T. I. & Imhof. N. P. L. III. cap. 21.*

§. II. Hiſce Abbatiſſæ etiam junguntur, quæ per legatos in Comitiis ſententiam dicunt. Ipſæ enim ut inter tot mares compareant, parum verecunde haberetur. Et licet nonnullæ ex illis *Principali axiomate* gaudeant, ſedes tamen poſt Prælatos & Abbates occupant in Comitiis. *Suevicis* accedunt Abbatiſſa *Lindavienſis, & Rotenmonaſterienſis, Heggenbachenſis, Guttenzellenſis, ac Baindtenſis:* **Abbatiſſæ.**

sis: Rhenensibus assident *Essensis, Buchaviensis, Quedlinburgensis, Andlaviensis, Herfordensis, Gernrodensis*, utriusque Monasterii *Ratisbonensis*, Nieder=und Ober=Münster, *Burgscheidensis, Gandersheimensis, S. Johannis Lubecæ*, de quibus omnibus ac singulis agere institutum vetat, legi potest *H. E. T. I. pag. 504. Imhof. Not. Pr. L. III. cap. 22.*

Comites. §. III. Seculares sunt Comites & Barones, Graffen und Herren. *Comitis* vox proprie quid significet ex *L. 15. §. 10. ff. de Injur. constat.* Transiit postea ad illos, qui Præsides ac Pro-Consules, ac Legatos Cæsaris comitabantur, itemque & Magistratuum Provincialium Assessores *L. 16. ff. de offic. Præs. L. 41. §. 2. ff. de Excus. Tut.* Applicabatur etiam iis, qui in Comitatu Imperatoris erant, præsertim illis, qui officia obibant, *Tit. C. de Comit. Consist. seq.* Postea & illi *Comites* dicti, qui *Ducibus* subordinati in regendis Provinciis *Germanicis*, ut supra dictum *cap. XXIV. §. 4.* Qui apud *Germanos Principibus* jura reddentibus per pagos vicosque consilii & auctoritatis causa aderant, *Tacitus de M. G. Comites* vocat. Sub *Francicis* Imperatoribus partim sub *Ducibus*, partim solos certis districtibus, vel pagis (Gauen) præfuisse Comites, jam supra dictum: cui axiomati vocabulum Gravii, Graffe re-

respondet, quorum utrumque judicem significat, quæ significatio etiam in Jure Feudali habetur *1. F. 20. 2. F. 10.* Utrum autem vox Graff a *fossa*, vel a *canitie*, vel a *gravitate* descendat, res levis est momenti, in qua quilibet ingenio sine damno publicæ rei potest indulgere. Hæc autem Comitum munia pariter, ac alia hereditaria facta esse, jam supra monitum. Concessere etiam postea noviter Imperatores Comitatus a se erectos in feuda. Sæpe etiam terræ Imperatoribus oblatæ a possessoribus, & in Comitatus erectæ, in feudum iterum concessæ. Quale exemplum est in Comitibus Frisiæ Orientalis *H. E. T. I. pag. 578.* Imo dantur etiam terræ *Comitatus* axiomate exornatæ, qui titulo allodiali possidentur, ut *Comitatus Moeurs*, (*) *Saarwerden*, item Comitatus, hodie Principatus *Zollerensis. vid. Stryk. de Allod. Imp. Tit. 3 §. 58. seqq.* Qualis etiam fuit olim *Waldeccius*, antequam Hassis in feudum oblatus. *conf. Jpr. Feud. cap. II. §. 4.* ut adeo Comes sit h. l. qui dignitate Comitis & Comitatu immediato, seu titulo allodiali, seu feudali gaudet, sessioneque & suffragio in Comitiis. Alioquin Comites etiam sine Comitatu esse possunt, ut ex Comitum familia orti, & spem succedendi in Comitatus habentes, vel etiam sine Comi-

tatu Comites creati, uti etiam mediati Comites, & Landsassii ignoti non sunt. *conf. D. Schilter. de Comit. Imp. progat.*

(*) Comitatum *Moers* in Principatum jam erectum esse, notum est. vid. Fabri Staats-Cantzeley T. XII. p. 308.

Barones §. IV. *Comitibus* accensentur qui *Barones*, quod nomen a vocabulo *Bar* quod idem est, ac Frey, etiam Tüchtig, Tapfer *D. Eyben. Elect. Feud. cap. IX.* § *1.* vel Domini, Germanice Herren, Edle Herren, semper Freyen vocari solent, quorum omnium dignitas quoad jura & privilegia nihil vel parum inter se differt. Atque dignitas illorum *Comitum* quidem minor ratione ordinis habetur: illi tamen, qui antiquitate pollent, novis Comitibus præferuntur. Inter illos, qui Herren vocantur *Rhuteni*, seu Russi fuerunt, qui tamen nostra ætate pristinum axioma *Comitum* receperunt 1673. *H. E. T. I. pag. 637. Bæcler. Stem. Ruth. pag. 1.* itemque Schönburgii, qui quidem etiam dignitate Comitum a *Leopoldo* sunt exornati, quamvis Aula Electoralis Saxonica ob certas causas deneget illis hunc titulum. Legi merentur, quæ de illorum statu in relatione ad potentissimum Electorem Saxoniæ disserit Autor *H. E. Tom. I. pag. 643.* Edle Herren Mansfeldii audiunt; semper Freyen Limburgii, cujus denominationis ratio non

adeo

adeo liquet. Sunt vero, qui putant, ita dictos esse, quod quousque memoria extat, liberi *Barones*, vel *Domini* fuerint. *Rhet. L. 1. c. 17. in f. conf. Schilter. J. J. P. 1. 21. 4. Schweder. P. S. Sect. 2. c. 8.* Cæterum *Barones*, vel Domini ad exemplum *Comitum* definiri possunt, & repetenda & hic reliqua sunt, quæ *supr. §. 3.* de Comitibus dicta. Hodie *Comites*, & *Barones* in quatuor scamna nempe *Wetteravicum* & *Svevicum*, quæ invicem alternant, *Francicum* & *Westphalicum* dividuntur. Ex Comitibus *Wetteravicis* sunt *Bergenses*, *Kriggingenses*, *Hanovienses*, *Hazfeldensis propter Comitatum & Dynastiam Gleichen & Kranichfeld*, quorum tamen immedietas & qualitas Status Imperii intuitu Blanckenhayn, & Nieder-Kranichfeld a Domo *Saxonica* in dubium vocatur, lite hac de re in Camera pendente; superioritatis territorialis exercitio vero Electori Saxoniæ per Recessum Lipsiensem de anno 1695. tanquam sequestro interim delato. *Isenburgenses*, *Leiningenses*, *Mansfeldenses*, *Nassavienses*, *Ortenburgenses*, *Wild- & Rheingravii*, *Rhuteni*, *Shœnburgii*, *Saynenses*, & *Wittgensteinenses*, *Sollmenses*, *Stollbergenses*, *Waldeccenses*. Quibus anno 1704 accessit in Collegium Francofurti in diæta Comitum receptus illustrissimus Johannes *Casimirus Colbe* comes a *Wartenberg*,

ſub certis conditionibus, quæ legi poſſunt *H. E. T. I. pag. 661.* Utrum in Comitiis universalibus admiſſus, nondum mihi conſtat. *Weſtphalici* ſunt, *Bentheimenſes, Teklenburgenſes & Steinfortenſes, Bronchorſtenſes & Grœnfeldenſes, Lippenſes, Mandersheitenſes, Marcanus, Metterningenſes, Ranzovienſes, Reckhemenſes, Riedbergenſis, Salmenſes & Reiferſheitenſes, Villenſes, Waldbothii a Baſſenheim, Wiedenſes. Svevici*, Barones a Freyberg zu Juſtingen, Comites a Fugger, Comites Furſtenbergii, Grafeneggii, Hohenemſii, Königseggii, Kronbergii, Maxelrainenſes, Montfortenſes & Thungenſes, Rechbergii, & Pappenheimii, Schlikii, Sinzendorfii, Sulzenſes, Tillenſes, Traunenſes, Trautmansdorfii, Truchſeſſii a Waldburg, Waldſteinii, Weiſſenwoolfii, Wolkenſteinii, & Eberſteinii, Wolfſteinii. *Franconici* Comites *Caſtellæ, Therenbachii, Erbachii, Geyerenſes, Hohenloënſes, Domini Pincernæ a Limburg, Comites Lœwenſteinenſes & Wertheimenſes, Noſtizenſes, Barones Schœnbornii, Comites WindiſchGrazii.*

CAP. XLII.

DE

CIVITATIBUS IMPERII.

§. I.

§. I.

C*Ivitatem* accipimus hoc loco eo ſenſu, quo dicitur perfecta domorum ac familiarum ſocietas iisdem legibus ordinata ad vitam perfectam, & per ſe ſufficientem degendam. Quæ ſocietas alias *urbs* vocatur; quamvis proprie loquendo *civitatis* vox ad ſenſum formalem; *urbis* vero ad materialem pertineat. Etſi vero appellatio ad loca moeniis munita relata fuit, coepit tamen etiam diffundi ad loca non munita, modo majorum ædium frequentiam conjunctam, & ſic aptam, quæ muniri poſſit, comprehendat. Atque hac ratione differt a pago, & vico, *vid. diſſ. de Confirm. Statut. municipal.* §. 6. 7. Civit. quid hic ſignificet?

§. II. Romani, cum provincias, quas *Cis-Rhenanas* vocabant, occupaſſent, urbes ibidem condiderunt, quod & in tractu *Danubio* atque Alpibus interjecto ab illis factum. *Trans-Rhenana* vero, ſeu *Germania magna*, de qua *Tacit. c. 16. de M. G.* loquitur, ejusdem tempore, & poſtea diu caruit urbibus, atque ante ſeculum V. nullas omnino habuiſſe, certum eſt. *Conr. de Urb. Germ.* §. 24. quamvis nonnulli velint vicos quosdam Burgis, vel Caſtellis exornatos fuiſſe. *Rhet. de Stat. Roland. II. 28.* Sequentibus annis usque ad ſeculum VII. pauca, vel prope nulla extructa ſunt a Germanicis populis, atque ætate Origo Civitatum Germanicarum.

Caroli M. in omni Saxonia urbes fuisse nullibi legitur, nisi quod Westphali legantur duobus castellis *Herisburg*, & *Sigeburg* se defendisse. *Conr. d. l. Peiff. in reb. Lips. Lib. I. pag. 112.* De Thuringia tamen etiam proditur, circa annum 524. urbem munitam *Schidingam* ad Unstrutam a Saxonibus occupatam. *Wittek. Lib. I.* Plane historiæ testantur *Venedos*, qui circa seculum Christianum VI. omnem tractum inter *Salam* & *Vistulam*, ad mare *Balticum* usque in *Holsteinios Saxones* occuparunt, in exstruendis oppidis feliciores fuisse, atque iam tempore *Caroli M.* insignes habuisse urbes. *Conr. d. l. num. 29.* *Henricus* Auceps cum videret præsidii quid esse in urbibus, novas urbes condere coepit, & dilatare antiquas, atque nonum quemque virum, cum tertia parte frugum e pagis in civitates adegit, ac necessariis privilegiis ad politiam, mercimonii, & annonæ commoditatem has urbes exornavit. *Wittek. Lib. I. Conr. de Urb. §. 82.* Quo tempore discrimen inter plebem urbanam, & rusticam Bürgern, und Bauren ortum. Secutæ postea plures, & incrementa ceperunt, postquam & mercimonia aucta, & opificia accessere *Conr. d. l.*

Status Civitatum.

§. III. Civitates vero istæ & sub Francicis & sub Saxonicis Imperatoribus eodem

dem modo, ac Provinciæ ipsæ, in quibus sitæ, per Duces & Comites in civilibus, per Episcopos autem in Ecclesiasticis regebantur: aliquæ ab Imperatoribus accipiebant Advocatos, seu Præfectos, qualem Præfecturam aliquando & Episcopi gesserunt in Civitatibus. *Lehm. L. IV. cap. 3. Conr. d. l. §. 107.* Omnes autem ad Imperatorem & Imperium pertinebant. *vid. Lehmann. L. IV. cap. 2.* quamvis & ex Civibus quasdam Magistratus jam eo tempore habuisse *Conr.* velit §. 75. Postquam vero Duces, atque Comites Provincias suas hereditario jure possidere cœperunt, urbes etiam illis comprehensas ejusdem juris factæ sunt; novæ etiam ab iisdem Ducibus aliisque Principibus & Comitibus conditæ. *Conr. d. §. 80.* Quæ *immediatæ* permansere, aucta potentia vel ex liberalitate, vel ex negligentia Imperatorum majorem libertatem consecutæ a Præfectis sese liberarunt. Quod circa tempora *Henrici IV. & V.* quibus etiam nova forma regiminis in illis coepit, contigit, ubi potestatis illius territorialis, Stadt. Oberherrligkeit fundamenta poni coeperunt, quæ pedetentim vires accepit. Mansere tamen apud quosdam Præfecti, diverso tamen jure; imo rediitus quamplurimi Imperatoribus. *Vitriar. l. 18. 11.* Nonnullæ etiam mediatæ Prin-

cipibus suis vel pretio dato, vel alia ratione se subduxere. *Vitriar. d. l.* & immediatæ factæ, quamvis aliquæ certa ratione Episcopis, vel Principibus suis obnoxiæ manserint. Præsertim vero exauctoratio *Henrici Leonis*, cujus amplissimæ terræ in varias partes divulsæ, interitus *Sveviæ* & *Franconiæ Ducum*, & fatale interregnum plurimas ad immedietatem, & libertatem majorem deduxit. Qua ratione *Altenburgum*, *Zwikavia*, *Chemnitium Friderico* Forti Marchioni *Misniæ* cesserint, *vid. apud Fabr. O. S. Lib. VI. pag. 618.* De quibusdam adhuc sub judice lis est. *vid. Strauch. L. I Inst. 19. §. 11.* Multæ quoque ab Imperatoribus venditæ, vel oppignoratæ, quod eo tempore Imperatoribus licebat; quam ob causam nonnullæ etiam privilegia contra talem alienationem obtinebant. *Vitriar. l. 18. 16.* Sed tamen post illa tempora multæ iterum Principibus sunt subjectæ, & ab immedietate exemtæ jure partim, partim etiam de facto.

Divisio Civitatum. §. IV. Hinc vero factum est, quod Civitates in Imperio sitæ, in *immediatas*, *seu Imperiales* Reichsstädte & *mediatas*, seu Provinciales, vel *municipales* Land und Fürsten, Herren Städte, dividantur, quarum tamen hæ etiam suis gradibus distinguuntur. Addunt alii tertium genus,

quas

quas *mixtas* vocant. Sed revera illæ *mediatæ* ſunt, licet inſignibus ſæpe privilegiis ab Imperatore etiam conceſſis, atque juribus gaudeant. Illæ, quæ Imperiales dicuntur, eæ ſunt, quæ adhuc hodie Imperatori & Imperio immediate ſubſunt, & ſeſſionem ac votum in Comitiis habent. Etſi vero quædam interdum ſe dicunt Freye Reichs=Städte aliæ Reichs=Städte ſimpliciter, atque in monumentis publicis civitatum ordo interdum Freye, und Reichs=Städte exprimatur, reapſe tamen nihil intereſt, inter has vel illas; atque verba der Freyen Reichs=Städte, und Reichs=Städte pro ſynonymis habenda, terminusque Freye und Reichs=Städte ita explicandus, ut duplex eorum qualitas exprimatur, non ut diverſa ſpecies conſtituatur. De occaſione autem, cur freye nonnullæ ſe dicere coeperint, agit *Lehmannus Lib. IV. cap. 4. & 5.* Uti vero non uno tempore ad libertatem pervenere, aut immedietatem, ita etiam affirmari non poteſt, omnes uno tempore ad qualitatem Status Imperii perveniſſe; ſed & hoc diverſis temporibus factum. Illi vero errant, qui exiſtimant, urbes in univerſum demum *Caroli IV.* tempore jura Comitiorum habuiſſe. Nam longe hoc jus antiquius eſt, atque ad tempora *Friderici I.*

referendum. Imo temporibus Ottonum & sub Francicis Imperatoribus sub populo missi etiam ab urbibus comprehendebantur. *Lehmann. Lib. II. cap. 19. 37. L. IV. cap. 3. pag. 282. & L. V. cap. 17. Vitriar. I. 18. 15. lit. K.* Tempore vero *Sigismundi* peculiare Collegium assignatum illis dicitur. Atque jus illis est, Diætas Städte=Tage instituendi. *cap. 6. Cap. Leopold. Joseph. Schw. P. Sp. S. 2. cap. 9.*

Catalogus Civitatum Rhenensium.

§. V. Quæ hodie supersunt civitates, in duo scamna *Rhenense* & *Suevicum* dividuntur. Nostra ætate scamnum *Rhenense* occuparunt sequentes; Cöln, Aach, Straßburg, Lübeck, Wormbs, Speyer, Franckfurth, Hagenau, Colmar, Schletstadt, Mühlhausen, Nordhausen, Weissenburg am Rhein, Landau, Ober=Ebenheim, Keysersberg, Münster in S. Gregorien Thal, Roßheim, Türckheim, Dortmund, Friedberg, Wetzlar, Gelnhausen. Ad quas civitates referri etiam volunt, *Brema, Hamburgum, & Herfordia.*

Brema.

Bremæ quæstionem status movet Rex *Sveciæ*; postquam Archi-Episcopatus Bremensis sub nomine Ducatus ad illum pervenit. Post varias lites, de quibus legi potest *Gastelius de Statu publ. cap. 32. pag. 1051. seqq.* tandem per Recessum de dato 15. Nov. 1666. qui apud *Gastelium dict. loc.* habetur, *pag. 1088.* conventum, ut urbs hæc post comitia, quæ

quæ eo tempore jam cœperunt, ſeſſione & voto in Comitiis abſtinere debeat usque ad annum 1700. poſtea vero, ſi interea transactione, vel re judicata lis hæc non finita, jure ſeſſionis & voti iterum uti. Sed Comitia iſta nondum finita ſunt, nec quicquam circa iſtam litem contigiſſe, novimus. *Hamburgum* a domo *Holſatica* vindicatur, quæ intercedit, ne ad ſeſſionem, & jus ſuffragii admittatur. Quæ noſtra ætate acta ſunt, hac in parte, in recenti ſunt memoria. conf. *Oldenburg. in Limn. enucl. Lib. 4. cap. 25. ibique in addition. pag. 225. Gaſtel. in dicto loco p. 1092. ſqq.* Hamburg. *Herfordiæ* jus ſuum dubium facit Elector Brandenburgicus, & Abatiſſa ob cauſas, quas exhibet *Limnæus T. V. L. 7. c. 25.* Herfordia.

§. VI. Ad Svevicum ſcamnum ſpectant: Regenſpurg, Augſpurg, Nürenberg, Ulm, Eßlingen, Reutlingen, Nördlingen, Rotenburg an der Tauber, Schwäbiſchhall, Rothweil, Uberlingen, Heilbron, Schwäbiſch Gemund, Memmingen, Lindau, Dünckelſpiel, Biberach, Ravenſpurg, Schweinfurth, Kempten, Winsheim, Kaufbeuern, Weil, Wangen, Jßny Pfullendorff, Offenburg, Leutkirchen, Wimpffen, Weiſſenburg im Nordgau, Gingen, Gengenbach, Zell an Hammerbach, Buchhorn, Aalen, Buchau an Federſee, Bopfingen. De quibus omnibus ac ſingulis *Knipſchildius*, *Gaſtelius*, Svevic.

us, & noviſſime *Heroldus Europæus* legi poſſunt.

Argentinæ & X. Civ. Alſatiæ alienatio. §. VII. Sed & hic numerus civitatum imperii imminutus eſt, quæ ad ſcamnum *Rhenenſe pertinent*, cui *Galli* non tantum decem *Alſatiæ* civitates, quæ olim ſuberant Landvogtiæ Hagenovienſi, Hagenau, Collmar, Schletſtadt, Weiſſenburg, Landau, Ober-Ehenheim, Keiſersberg, Münſter in S. Gregorien Thal, Roßheim, Türckheim; ſed etiam *Argentoratum* ſubtraxerunt, quæ & pace *Ryſvvicenſi* eidem plane ceſſa. Quas hoc bello *Landavium*, Landavium. quod ſacratiſſimus Joſephus 1704. denuo Gallis eripuit, viciſſitudines expertum, notum. Forte & reliquas fata ſecunda reducent. Qua occaſione ſub initio ſeculi ſuperioris urbs *Donavverda* proſcripta in manus executoris *Bojoari* ceciderit, atque ob belli ſumtus retenta, annales docent. Donawerda reducta. vid. Hiſt. P. W. *lib. 1. 8.* Quæ *art. V.* §. *12 J. P. O.* ejus cauſâ conventa ſunt, exitum non habuere, ſed expectarunt felicia auſpicia *Joſephi*, qui inter primas curas habuit, ut hæc civitas ad priſtinum ſtatum, locumque ſuum in ſcamno *Svevico* rediret. Decretum Commiſſionis Cæſareæ hac de re de dato 9. Junii 1705. legi poteſt *in Sp. St. M. Jun.* ejusdem anni, quod jam idem facere decreverat *D. Leopoldus*, ſi morte præventus non fuiſſet.

vid.

vid. dicta in d. *Spec. p. 14.* & *Menſ. Dec. 1704. p. 12. 13.* (*)

(*) Circulus quidem Svevicus, concluſa pace Raſtadienſi, eo vehementer allaboravit, ut civitas illa *Donawerda* in ſtatu, quem noviter receperat, conſervaretur, de qua re vid. Pfeffing. ad Vitriar. T. II. p. 1116. ſeqq. ea tamen nihilominus Bavaro nunc paret. Dn. Struv. Synt. J. Publ. c. 23. §. 18.

§. VIII. Cæterum non omittenda hic mentio *Civitatum Hanſeaticarum*, quæ a *Hanſa*, quod idem eſt ac *fœdus*, nomen acceperunt. Origo hujus foederis commerciorum cauſa primum initi ad *Vandalicas* Civitates referenda, unde & caput omnium eſt *Lubeca*. Quo tempore vero initum, incertum eſt. Probabilis eſt conjectura *Conringii de Urb. Germ.* §. 95. 96. qui originem Hanſæ Teutonicæ poſt medium ſeculi XIII. ponit, quo ora *Baltica* dominatum *Danicum* excuſſit. Plures poſtea ex mediterraneis, etiam mediatis acceſſere, quas ipſi earum Principes interdum petiere recipi. Privilegiis etiam ab exteris in *Anglia* præſertim, & *Norvvegia* ornatæ ſunt, atque tanta incrementa ſumſere, ut Regibus & Principibus hæc ſocietás formidabilis eſſet. Quia vero Principes *Germaniæ* experiebantur, civitates ſibi ſubjectas ac fœdere hocce comprehenſas, illius fretas auxilio, obſequium detrectaſſe, jam XVI. ſeculo in *R. J. 1544.* §. *33. 1545.* §. *47. 1566.* §. *50.* civita-

Hanſa Teutonica.

vitatibus hac in parte modus positus, atque postea opera data, ut hæ civitates mediatæ ab isto fœdere avellerentur. *Vid.* §. 8. *Cap. Leop.* & *Joseph.* Quo facto amissisque apud exteros privilegiis, fœdus hodie istud valde imminutum, nec spes est, ad pristinum statum illud redire posse. Quænam autem illæ civitates sint, vid. apud *Horn. in Orb. Polit. p. 277. item Commentatorem Vitriarii post finem c. 18. L. 1.* ubi alios *Autores* præsertim *Werdenhagen* allegat.

CAP. XLII.
DE
POTESTATE IMPERANTIUM INTUITU TOTIUS IMPERII, ET IN SPECIE DE POTESTATE IMPERATORIS, ET ORDINUM CIRCA SACRA.

§. I.

Connexio. POstquam recensuimus *Imperantes independentes* totius Imperii, nunc de potestate illorum intuitu illius, plenius dispiciendum. Ubi quidem præsupponendum est, quod jam *C. XIII.* & *XIV.* præstructum, unam esse in hac una republica majestatem, vel summam potestatem, quæ, uti in aliis civitatibus, ex variis facultatibus, secundum diversitatem obje-

objectorum, consistit, quæ regalia vel jura majestatis dicuntur; atque per *jura* definiri solent *ei, vel eis competentia, qui superiorem non recognoscunt, ad salutem, & decus Reipublicæ tuendum.* Illa autem *majestas, seu summa potestas* inhæret tanquam subjecto proprio *Imperatori*, sed non quoad omnes partes soli, verum quoad partes quasdam simul *Electoribus*, quoad quasdam *Ordinibus omnibus*. Vid. *Schilter. 13. 15. I.*

§. II. Jura illa, quæ soli Cæsari inhærent, indepedentia, quæve solus secundum leges fundamentales exercet, *Reservata* dicuntur, Hohe Kayserliche *Reservat.* quæ appellatio legibus publicis & stylo Curiæ familiaris est. *A. B. c. V.* §. *1. ibi* Reservamus *R. I. 1574.* §. Weiter sind *J. P. art. 5.* §. *53. ibi Imperatoris præsentationi reservatis.* His aliqui prudentiores esse volunt, qui *relicta* potius dicenda esse existimant. Sed meo judicio, res eodem recidit: & perinde erit, si dicam Cæsarem acceptantem Imperium, quædam sibi soli *reservasse*, nec ratione illorum in consortium admisisse ordines; vel Electo soli quædam fuisse relicta, nec ab illis, qui capitulationem præscripsere, postulatum, aut ab electo constitutum, ut Status in communionem venirent. Solent Reservata.

lent

lent etiam Keyserliche Hoheiten κατ' ἐξοχὴν dici.

Index eorum. §. III. Index horum reservatorum omnium ac singulorum perfectus, nec in legibus publicis nec alibi habetur, nec tempore tractatuum Westphal. enarratione ista Cæsarei legati voluere defungi. *Londorp. T. V. L. 2. cap. 113. 120.* Neque etiam in Capitulationibus Catalogus illorum reperitur, cum illæ ostendant magis id, quod Imperator non habeat, vel in quo *Ordines* concurrant; quam quid *Cæsari* soli relictum sit, vel reservatum. Interim tamen, si omnia jura majestatica excutiamus, atque illa cum Capitulationibus, aliisque LL. publicis scriptis, & non scriptis conferamus, nec reperiamus tamen vel Electores, vel ordines in consortium admitti: existimandum est, ea arbitrio solius Imperatoris relicta & reservata esse. Atque hoc vult regula *Jacobi Lampadii : Omnia imperandi jura esse Cæsaris propria, in quorum communionem Ordines per Capitulationes, Recessus, aliasque Imperii Constitutiones non concesserunt. De Rep. P. III. c. 13. §. 5. & cap. 16.* §. 1. quam probat *Kulpis. ad Monzamb. P. II. cap. 5. §. 28.* Cæterum licet ista reservata adeo soli Cæsari competant, ut, si cum Ordinibus communicentur, reservata amplius dici nequeant: Potest tamen

men & solet exercitium illorum interdum Statibus & non-Statibus concedi, qualia exempla passim occurrent infra, ubi de singulis quæ potiora sunt, & indubia agendum. *Jpr. Feud. c. XII. §. 6.*

§. IV. Jura Imperii seu Majestatica non tantum circa *civilia*, sed etiam circa *sacra*, versari nemo negat, qui Doctrina civili est imbutus, & intelligit quantum opus sit religionis cura in Republ. Etsi enim non propter religionem civitates sunt institutæ, nec ideo in societates civiles coiverunt homines, ut religionem & divinum cultum, quod non minus commode a paucis, quam multis hominibus fieri potest, exercere queant: causæ tamen sunt, propter quas civitas curam religionis suscipere debet, curareque, ut cœtus civilis Deum colat, & revereatur. Hoc enim si fit, quilibet & imperans & parens munere suo recte fungetur, & officii partes explebit, vinculumque inter utrosque erit firmissimum, totaque societas beatitudinem civilem, quam intendit, felicissime consequetur. Quod si vero reverentia erga Deum metusque vindictæ divinæ abest a societate civili, cives, viribus confisi præsertim, facillime in omnia scelera ruent, quæ exitium conciliant toti civitati. Quanquam vero negandum non sit, beatitudinis illius

Jura Majest. versantur circa sacra & profana.

civilis obtinendæ intuitu, sufficere religionem illam, quæ ex lumine naturæ innotescit, atque sine religione revelata florentissimas fuisse Romanam, & Græcas, aliasque civitates: certum tamen est, revelatam a Deo religionem dilucidius officia erga Deum & homines proponere, & fortius operari in animis civium, ut ordinem civilem observent, quam omnem gentilium superstitionem. Nam & illa ipsa docet, Deum autorem & originem Majestatis esse, imperantesque Dei Vicarios, quibus qui adversantur, divinæ ordinationi resistunt. *Rom. 13. vid. Grot. de Imp. Sum. Pot. circa sacra cap. 1. & 2. conf. Ziegl. Lib. I. cap. 13. Henniges de Sum. Pot. Imp. circa S. cap. 1. & 2.*

Regimen circa sacra. §. V. Quoniam vero circa religionem plurima se objiciunt offendicula, ut in multos errores dilabi homines queant, non solum ipsis, sed etiam toti societati nocivos, regimine quodam opus est, quod curet, ut *partim* homines doctrina religionis imbuantur, recteque Deum colant, *partim* etiam actiones illorum circa res ad religionem pertinentes, ita dirigantur, ut ne fini, qui intenditur, contrarientur.

Sacerdotium. Illud regimen *Sacerdotium*, vel *potestas Ecclesiastica interna* vocatur, & absolvitur docendo & exponendo voluntatem divinam, arguendo, exhortando, Sacramenta

menta administrando, remittendo & retinendo peccata, qua qui funguntur, in N. T. modo *praesse* dicuntur gregi vel ecclesiae, *1. Thess. 5. 12. 1. Tim. 5. v. 17.* modo etiam *pascere* illam *Act. XX. 28.* non tamen *dominari 1. Petr. 5. 3.* Atque hoc regimen secundum principia religionis revelatae, non tantummodo ad finem naturalem salutem in hac vita, sed etiam ad spiritualem & supernaturalem in altera vita ordinatur; ac eidem Imperantes quoque in civitate suo modo subsunt, quatenus nempe & ipsi membra coetus, qui ecclesia dicitur, sunt, & Auditorum vicem subeunt.

§. VI. Alterum regimen *jus Majestaticum circa sacra, vel jus sacrorum, vel potestas Ecclesiastica externa* dicitur, & facultatem continet normam subiectis praescribendi, secundum quam circa sacra, & religionem actiones componant, ac coercendi illos, qui refractarii deprehenduntur. Hanc vero potestatem partem esse Majestatis summae, & adeo ad principem summum, vel illos, qui τὸ Κύριον in Civitate tenent, pertinere, recta ratio, & indoles summi imperii satis docet. Quod si enim cives actiones suas, quantum ad obtinendum Reipubl. finem opus, Principis, vel τὸ Κύριον habentis ar- Civib.

bitrio subjecere, etiam circa religionem actiones illi subjacent, nec alii ultimatim sabjacere possunt, nisi præter rationem duo summa in una civitate admittere velis. Et cum τὸ Κύριον habens rationem patrisfam. præ se ferat, cujus prima cura esse debet, ut soboles pietati assvescat, quæ est fundamentum probitatis & morum, rectorem illum summum civitatis præcipue etiam oportet curare, ut reverentia erga Deum vigeat inter suos, & omnia recte & ordine hac in parte agantur. Plane nec verbum revelatum, quod omnem animam subjectam esse vult civili potestati *Rom. 13. Tit. 3.* hancce partem excipit negotiorum scil. circa religionem; quin potius illos ipsos etiam illi subjicit, qui Sacerdotio funguntur.

An in una persona consistere possit?

§. VII. *Utrum vero duplex hoc regimen in una persona consistere possit?* disputari solet. Si ex sola recta ratione hæc quæstio decidenda, non dubito illam affirmandam esse. Nam rectæ rationi non repugnat, duplici functione quem defungi, & imperium, & sacerdotium gerere. Et primis sane temporibus Patresfam. qui suis regio jure imperabant, liberis ac familiæ pie vivendi rationem monstrasse, & sacrificiis functos esse, legimus. Docet etiam Sacer codex *Melchisedecum* &

Re-

Regnum obiisse, & *Sacerdotium*. Imo & *Moses* & imperantis & sacerdotis munus primum obiit, donec Divino Numini placuit, sacerdotium separare a civili imperio, selecto ad illud *Aarone*, & *Levitico* cultu instituto. Ut adeo, licet religio *Judaica* statui innexa, licet etiam regibus *Israelitis* circa religionem potestas fuerit quaedam concessa, *Deut. 17. 18. 2. Sam. 6. v. 10. 11. 2. Reg. 12, 5. 1. Chon. 16, v. 4. seq. 2. Chron. 29. 30.* male tamen cesserit *Sauli*, & *Usiae*, quod Sacerdotum munus involare ausi sunt. Placuit etiam divinae Sapientiae, ut sub *Christianismo* haec distincta sint, & maneant. Nam nullibi legimus, Christum imperium aliquod civile condidisse, vel gessisse personam Principis, aut ipsum aliquid imperii exercuisse civilis, sed quicquid secularis est regni, a suo, & Apostolorum munere separasse, *Joh. 18. v. 36.* officiumque Doctoris explevisse, & ad propagandam doctrinam a se traditam, ad baptizandum, remittenda peccata, vel retinenda emisisse suos, nec voluisse, ut hi instar Principum hujus mundi regant, vel imperent, *Matth. 20. 25.* aut se rebus & negotiis seculi immisceant, *2. Tim. 2. 4. Luc. 10. 4.* Uti etiam e contrario ea, quae Apostolis suis collata, haud voluit ab humana po-

testate dependere, sed a se solo, qui missus a patre, eos misit, *Joh. 20. 21. Matth. 28, 18. Luc. 10, 16.* quæ omnia latius exequitur *Pufendorf in Nob. Tract. de Habitu Relig. Christ. § 13. sqq.*

Finis Imperii circa sacra.

§. VIII. Observandum tamen maximopere, illam civilem potestatem suis limitibus includi, qui recte definiendi sunt. Et primo quidem, quoad actiones hominum, notandum est, illas duplicis generis esse, sive circa sacra, sive profana versentur, *internas* sc. & *externas*. *Illa*, quæ in solo animo & interiori cogitationis recessu nascuntur; hæ, quæ in sensus externos incurrunt, & ex actibus vel signis, seu necessariis vel probabilibus intelliguntur. Quod ad illos attinet, aliæ sunt *intellectus*, aliæ *voluntatis*. Priores non subjacent imperio civili, atque adeo huc non spectant: quoniam nulla humana potestas imperio suo & vi efficere potest, ut intelligam, vel non intelligam, rem ita, vel aliter capiam, credam, vel non credam, sed opus est rationibus, quibus ad assensum quis inducatur. Atque hoc est, quod a *Cassiodoro* dictum, *religionem imperari non posse; & a Bernhardo: fidem suadendam esse, non imperandam:* atque *Lactantio: quis mihi imponat necessitatem, vel credendi, quod nolim, vel quod velim, non credendi? Posteriores* non sunt ab imperio

Actiones humanæ aliæ sunt internæ; aliæ, externæ.

perio civili exclusæ, sed omnino ad voluntatem Principis componendæ. Nam qui subjectus est potestati, totus subjectus est, & sic etiam non corpore solum, sed animo quoque obtemperare debet. Ita si Princeps jubeat, e. c. ut subditus Deum colat, adoret, vivat sobrius, caste, expleat officia erga alios, non expetat rem alieni juris, omnino peccat ille adversus Principem quoque, cujus leges in conscientia obligant, *Rom. XIII. v. 5.* si voluntatem reluctantem habeat, licet externe nullum actum legi contrarium committat, vel etiam reluctante animo, & voluntate legi obtemperet, *C. L. 4. C. Fin. reg.* Interim tamen hic non negandum, ob tales actiones internas *solas* neminem pœnam in foro externo pati: tum quod suapte natura incognitæ, tum etiam, quod licet casu aliquo ad notitiam perveniant, incongruum tamen esset, & nimis durum, propter illas pœnas pati, cum apud quemlibet facillime oboriri possint, & illæ solæ non adeo noceant publicæ saluti. Quatenus autem actiones *internæ* in externas erumpunt, eas & *externas* ipsas potestati civili subjacere, nullum dubium est. Atque huc LL. pertinent, ne quis sententias suas aliis tradat, vel seditiose tueatur, ne blasphemias

in Deum evomat, & qua ratione cultus divinus externus se habere debeat.

Aliæ sunt definitæ; aliæ indefinitæ.

§. IX. Sed circa has porro monendum est, quasdam actiones esse jure divino, vel naturali, vel revelato *definitas*, & sic secundum illius præscriptum vel bonas, vel malas, vel *liberas* adhuc, & *indefinitas*, seu *indifferentes*, quæ antequam humanum imperium aliquid de iis constituerit, fieri & omitti possunt. Hæ actiones procul dubio objectum civilis potestatis sunt, atque ab hac determinari possunt: in illas nulla hominum potestas est, ut aliquid, quod voluntati divinæ contrarietur, statuere queat, quamvis *pro* illis actibus, & *circa illos* aliquid disponi possit. Ad *definitas*, intuitu hujus argumenti, spectant e. c. Deum colere, amare, parentes honorare, ac omnia illa, quæ ex voluntate revelata ad fidei substantiam pertinent, & in sacris oraculis divinæ gratiæ consequendæ causa traduntur, quæ *internæ religionis* vocari solent. Quoad hæcce omnia civilis potestas nihil immutare potest, nec aliquid illis contrarium statuere. *Pro illis* tamen utique etiam dare leges, ac constituere potest, e. g. jubere, ut subditi Deum colant, ne eundem blasphemiis & dejerationibus irritent, ut inter eos doctrina cœlestis tradatur & propagetur, ut etiam infi-

infideles dissentientes audiant verbum Dei, sacramenta secundum ordinem divinum administrentur &c. Quæ si fiant, præter obligationem, quæ ex jure divino immediate nata est, nova obligatio in subditis nascitur, quamvis subordinata, conscientiam etiam tamen stringens. Poterit & *circa* illas quoad externa, vel externum cultum constituere, quæ ad **εὐταξίαν** pertinent, atque jussu actiones subditorum indefinitas atque liberas hactenus dirigere, ut omnia εὐσχημόνως fiant, & **κατὰ τάξιν.** Quibus omnibus sanctiones pœnales addere potest, quæ pœnas illis minantur, qui his decretis contrariantur, ac turbant societatem. Quibus tamen pœnis, ut antea dictum, ob solas actiones internas, si in externas haud erumpant, nemo subjacet.

§. X. Sufficiant hæc ita in genere de potestate imperantium & illius finibus dicta, paucis de partibus potioribus videamus. Quarum prima est definire, *quænam sacro publice habenda, quæ toleranda, quæ fugienda.* *Postquam* nempe a vera doctrina de Deo genuinisque institutis circa cultum divinum descivere homines, & varias de Numine, ejusque cultu sententias excogitarunt, imo inter illos, qui Christi nomen profitentur, quampluri- Ius introducendi religionem.

 mæ

mæ sectæ exortæ: utique fieri potest, ut imperantes & parentes, vel hi inter se circa religionem dissentiant, atque ideo definiendum, quænam religio, vel ratio Deum colendi arripienda, vel retinenda, vel repellenda, aut ejicienda. Quod, quæso, a quo alio id fieret, quam a summa potestate? Equidem id nemo negabit ex vero, & de jure, nullam aliam religionem quam veram, & hodie Christianam, eamque orthodoxam, & quidem solam, admittendam esse. Nam & jussus Divinus & obligatio hominum erga Deum id exigit: atque ista religio non tantum beatitudinem civilem promovet, sed etiam ad salutem post mortem ducit, cujus quoque curam bonus imperans, quantum in ipso est, haud debet negligere; licet ejus causa civitates non sint constitutæ. Verum etiam est, veritatem religionis reapse a nulla humana potestate pendere, nec intellectui hominum imperari posse, ut credant hoc vel aliud. Quoniam tamen in tali dissensione nullus alius exitus dari potest, necessarium est, ut standum sit, hac parte judicio, & jussui summæ potestatis, quibus quæ sententiæ publicæ proponendæ, & qua ratione sacra tractanda, definitur, licet maxime judicium illud revera erroneum sit, vel a subditis pro erroneo habeatur. Interim

terim tamen etiam interdum fieri poteſt, ut exercitium hujus poteſtatis imperantium in uſum deduci non queat, ac magiſtratus revera orthodoxus ſine peccato tolerare poſſit, ac debeat heterodoxos, ſi ſcil. periculum violentæ ejectionis ex civitate ipſi Eccleſiæ orthodoxæ, aut everſionis totius Reipubl. metuendum, aut pactis ob easdem cauſas initis, adſtringatur, quæ licita ſunt, ac omnino ſervanda vid. *Matth. XIII. 29. Cap. Duo mala* Diſt. 13. *Conring. de Pace civili inter Proteſtantes. vid. ſupr. c. IX. §. 18.*

§. XI. Ut autem ille, cui ſummum rerum arbitrium in civitate datum, imperium recte & ordine hac in parte exerceat, nec temere aliquid ſtatuatur, judicio opus eſt, quo vera a falſis diſcernantur, atque decernatur, quænam ſententia voluntati, & verbo divino conveniat, nec ne. Equidem judicium hocce circa religionem illis maxime competit, qui Paſtores Eccleſiæ ſunt, & ſenſus in rebus divinis, & ſcriptura exercitatos habent, quorum officium eſt aliis tradere doctrinam cœleſtem, illisque explicare, quæ in ſcripturis difficilia videntur, errantes redarguere, atque ad veritatis deducere ſemitam. *Act. XX, 28. 1. Cor. IV, 1. 2. Tim. II, 2. 15. Tit. I, 9.* Cave tamen putes alios homines a judicio hocce excluſos

Jus judicandi de rebus ſacris.

clusos esse, & cœco impetu credere debere, quod Ecclesia, vel Doctores Ecclesiæ credunt, aut, ut Bellarminus loqui non veretur, *instar brutorum in causis fidei esse omnes homines, extra Clericorum ordinem.* Nam uti quisque sua fide vivit *Habac. II. v. 4.* ita ipsius maxime interest, ut sciat, num in recta ambulet via, nec in devia decurrat. Neque etiam existimandum est, divina testimonia pro certo saltem hominum genere scripta esse, & adeo obstrusa, ut non a quolibet, qui vel ipse linguas sanctas intelligit, vel versiones idoneas legit, & animum intendit, divinum auxilium implorat, capi possint, quantum nempe ad salutem necessarium est. Nec impossibile est, hominem, qui Doctor vel Pastor ecclesiæ non est, etiam de difficillimis quæstionibus judicium ferre posse, si dilucide proponantur, terminique omittantur Scholastici, vel si omnino adhibendi, vis illorum perspicue explicetur: uti JCti sæpius judicant super rebus, quæ ad artem ipsorum alias non pertinent, quarumve nullam exactam habent cognitionem, e. c. de metallicis, nauticis, mercatoriis. Sane Christus omnes homines scrutari jubet scripturas *Joh. V. 39.* & *Joh. I. Ep. c. IV. 1.* omnibus Christianis præcipit, ut ne cuivis spiritui credant, sed ut eos pro-

probent, num ex Deo ſint. Quorſum etiam pertinet locus *1. Theſſ. V. 21.* & inſtitutum Berhoënſium, quod laudatur *Actor. XVII. 11.* Quam ob cauſam etiam in primitiva Eccleſia, ſi controverſiæ circa religionem ſuborirentur, non ſolum Apoſtoli & Presbyteri convenerunt, ſed & cœtus auditorum, & ſic tota eccleſia, admiſſaque parte diſſentiente, diſceptatio tamdiu habita, donec nemo ulterius contradiceret, ubi tandem ex communi conſenſu concluſio facta. Quod apertiſſime traditur in *Act. Apoſt. c. 15.*

§. XII. Equidem ibidem non legimus ullius hac in re civilis poteſtatis partes fuiſſe. Sed id aliter fieri non potuit, quia tunc religionem Chriſtianam imperantes nondum agnoverant, nec curabant, intermittebantq; ea, quæ ad jus & officium illorum pertinebant. Quod ſi vero eo uti volunt, neutiquam prohiberi hoc judicio poſſunt, non tantum eo reſpectu, quatenus ipſi ſe membra eccleſiæ profitentur, ſed quatenus imperantes etiam, quorum maxime intereſt, noſſe, quæ vera, vel falſa, quæ admittenda, quæ repellenda ex Civitate ſint, ut his diſcretis imperium ſuum recte exercere queant. Nec etiam dubitandum, & Principem rerum ſacrarum intellectu ſufficienter inſtructum, quo ut ſit, operam dare debet

Deut.

Deut. XVII. 19. & Spiritus Sancti auxilio gratioso invocato, hac re optime defungi posse. Ut taceam Principem, ut alium quemlibet, etiam incredulum, atque impium de controversiis sacris suo modo judicium ferre posse, quod variis argumentis, & exemplis probat *Grot. c. V. §. 12. de pot. circ. sacr.*

Origo Conciliorum. §. XIII. Ut autem in hac re minus fallatur Princeps, utique ejus est, audire illos, eorumque expetere sententiam, quibus Sacerdotium commissum, & qui omnem operam in cognitione rerum sacrarum collocant; imo non hos solum, verum etiam omnes, quorum interest, hoc est totam Ecclesiam, de cujus salute agitur. Quia vero difficile est, ecclesia dilatata, omnes omnino convenire, atque de hac re cum illis agi, ea ratio adinventa fuit, qua per personas repræsentantes ejusmodi conventus haberi possint. Qui conventus Concilia, vel Synodi ab antiquitate sunt dicti. In quibus ad legitimam summæ potestatis imperio factam convocationem a missis ex omnibus ordinibus ecclesiarum, de fidei controversiis, & disciplina ex verbo Dei disquiritur ac judicatur. Uti vero nullæ coitiones in civitate fieri possunt, nulla collegia licita habenda, nisi quæ jussu summæ potestatis congregantur. *vid. t. t. ff. de*

ff. de Colleg. & Corp. ita invita ea, nec hi conventus institui possunt, nec ab illis ea excludi potest. Sed est ejus convocare *Synodum* vel *Concilium* tale, definireque locum & tempus, præsidere & moderari rem omnem, causasque tractandas & modum tractandi præscribere, tandem etiam judicium ferre de illis, quæ acta sunt, atque decreta concilii confirmare, posteaque leges condere, quibus necessitas imponitur obsequendi, quæ omnia ex natura imperii, & antea dictis fluunt. Nolim tamen negare, & extra concilium summam potestatem in sacris judicare posse, modo illos audiat sufficienter, inter quos controversia quædam orta, nec pactis & mutuis conventionibus aliud constitutum. *vid. Conring. diss. de Conciliis* §. *20. Henniges c. IIX.* §. *21.*

§. XIV. Ex hisce autem facile intelligimus, quale jus sit summæ potestati adversus dissentientes a doctrina, quam publice profiteri jussit, qui si extra Christianismum sunt, *infideles*; intra eum vulgo *hæretici* vel *schismatici* vocantur. Et quidem jam supra monuimus, imperium Principis non eo se extendere ut intellectui imperet, h. e. vel vi, vel promissionibus honorum, & divitiarum compellat subditos ad suam sententiam amplectendam, vel ut etiam ob internam vo- Potestas quæ in dissentientes competit.

lunta-

luntatis actionem pœnas sumat a subdito. Ex quo consequens est, quod ille, qui non assentitur, vel non vult recipere, quod Principi hac parte placuit, licet maxime recte sentiat Princeps, nulla pœna affici possit, impiumque sit habendum, ferro & igne persequi dissentientes. Si tamen externæ actiones haud conveniant legibus a Principe latis, si e. c. conceptus suos in vulgus contra prohibitionem proferant, & aliis scandalum præbeant, si seditiose propugnent sententiam suam, vel turbulente oppugnent eam, quæ publice recepta, vel seditiones concitent, aut blasphemias erga Deum evomant, vel palam Numen ejusque providentiam negent: utique potest & debet Princeps jubere exire eos e civitate, imo etiam aliis pœnis, ultimo quoque supplicio pro re nata afficere, qua tamen in re prudens Princeps ita temperabit clementia & æquitate rigorem, ne in tyrannidem incidere videatur *Ziegl. de J. M. L. 1. c 16 §. 8.* Sicut etiam decernere potest & debet, ne temere admittantur in Republ. qui dissentientes sunt in fide propter mala, quæ inde suboriri possunt. *Tit. 3. 10. Ziegl. L. l. c 16. de Jur. Maj.* Quæ tamen omnia, si pactis & legibus fundamentalibus tolerantia dissentientium placuit, secundum ea dijudicanda erunt.

Quod

Quod si vero subditi recte sentiant & civilis potestas erret, vel juxta conscientiam suam hucusque nondum convictam veritate, se ipsos non errare existiment, licet revera errent, non debent tamen & possunt contra conscientiam aliquid facere, vel ea probare, agereque, aut omittere, quæ verbo DEI, & mandato ejus adversantur, prohibita vel jussa; vel ita se habere saltem putant. Nam tunc locum habet illud, quod *Act. V. 29. Petrus* dicit: *Deo magis esse obediendum, quam hominibus*, & quod *Rom. XIV. v. ult.* habetur. Et si quidem precibus adducere non possunt imperantem, ut eos rationes sententiæ suæ exponentes audiat, vel toleret, vim debent deprecari, emigrare, aliaque patienter ferre, atque de cætero Deo rem committere. Ut enim resistere possint propterea summæ potestati, nec natura subjectionis, & relationis ad Imperium, nec jus ullum permittit: quod tamen aliter se habet intuitu ordinum alicujus reipubl. quia a summa participant majestate.

§. XV. His positis nemo in dubium vocabit, Rectorem civitatis & illa parte *νομοθεσίας* gaudere, qua facultas est leges condendi ad cultum externum, atque decorum, bonum ordinem & disciplinam facientes, quæ ecclesiasticæ vocantur. Potestas LL. Ecclesiasticas condendi.

Quorſum pertinet poteſtas recipiendi in veteri eccleſia uſitatos canones utiles, *indictio feſtorum*, & per conſequens etiam directio *Calendarii*, jus *precum ordinandorum*, & univerſum jus ceremoniarum, & rituum eccleſiaſticorum, omnesque illæ res, quæ *adiaphora* vulgo vocari ſolent. Etſi vero circa has a multis liberrimum arbitrium Principi conceditur, negandumque non eſt, ea, quæ jure divino non ſunt definita, ad arbitrium ſummæ poteſtatis pertinere: non tamen opus eſt, ceu bene monet *Pufend.* §. 7. *de Hab. Rel.* ut circa illud anxie ſatagant Imperantes, quod iſtorum diſcrepantia religionem non tollat, nec per ſe animos civium ad diſcordiam & pugnas inter ſe diſponat, adeoque non interſit imperantium, diſcrepantes ritus circa ſacra adhiberi; atque ex illa imperativa circa *adiaphora* diſpoſitione conſcientiis infirmorum facile vis inferri poſſit. Ob quam cauſam etiam bene facit, ſi Eccleſiam aut illam repræſentantes audiat, atque & in Concilio vel Synodo, uti & ſæpius olim factum, de his rebus agat, eaque definiat; vel extra Concilium, vel Synodum Doctores eccleſiæ, & miniſtros in conſilium adhibeat; non ut legem ipſi faciant, vel in ea facienda concurrant, ſed quid eccleſiæ expediat, ſuppeditent.

Ziegl. L. I. c. 17. §. 5. Cæterum ubi ordines participant a poteſtate publica, vel alias pacta hac de re inter Principes conſentientes, vel diſſentientes a ſubditis circa religionem adſunt, ſecundum illa res ſe habere debet. Plane tempore perſecutionis illis, qui veritati adverſantur, nec in rebus *adiaphoris* cedendum eſſe, Eccleſiæ noſtræ docent *Form. Conc. p. 615. & 791.* Quod ſi tamen ſumma poteſtas omnino de his rebus quid ſtatuere velit, nec precibus in aliam ſententiam flecti queat, nil video, quid ſuperſit ſubditis, quam ut vi majori cedant, & in re vere indifferente Superioris ſui voluntati obſequantur. Dixi *vere indifferente*, nam ſi talis non eſt. e. c. ſi Princeps prohibet, quæ cum officio ſacro pugnant, e. gr. vitiorum taxationem, diſſentientium modeſtam refutationem, &c. eo caſu illa locum habent, quæ dicta ſupra §. 14.

§. XVI. Legislationem ſequitur *judiciaria ſumma poteſtas Eccleſiaſtica*, quæ ſecundum leges examinat actiones ſingulares hominum, ſive in eccleſia rationem Doctorum ſive auditorum habeant, easque corrigit, & vindicat, quæ adverſus leges facta. Competere hanc τὸ κύριον habentibus iterum natura ſummi imperii ſecum fert, & a regula, quæ ad *Rom. XIII. & ad Tit. III, 1.* nullibi clericos, ut vocan- Poteſtas conſtituendi judicia eccleſiaſtica.

tur, legimus exceptos. Quin potius exempla Christi, Apostolorum, & Doctorum ecclesiæ docent, se agnovisse lubentes judicia Magistratuum etiam ethnicorum *Matth. 27, 11. Act. 24. [illegible] 11.* Quoniam vero Imperantes ipsi non semper his rebus operam dare possunt, atque æquum videtur, non promiscue causas circa sacra, & præsertim personas sacri ordinis, quibus reverentia debetur, ad omnia judicia trahi, peculiare *forum* constitui cœpit, ubi ejusmodi causæ dijudicantur. Cujus negotii pars Episcopis, quibus alioquin ex Jure div. nulla jurisdictio, nullum judicium proprie sic dictum competit *vid. Ziegl. de Episc. L. 3. c. 30. num. 9.* fuit commissa, *l. 25. C. de Episc. & Cler. l. 12. C. de Episcop. & Cler. Henniges c. VI. d. l. §. 33.* qui tamen, ut infra videbimus, illa abusi, plane imperantibus hanc jurisdictionem eripuere *Ziegl. de Episc. L. III. c. 30.* Ad illud vero forum vel judicium etiam pertinet cognitio de injungendis pœnis ecclesiasticis, & inprimis de excommunicatione. Nam licet potestas clavium, quæ fundamentum est excommunicationis, a Deo ministris ecclesiæ tantum commissa, non vero potestati civili: quoniam tamen Ministri Ecclesiæ ea abuti possunt, & omnes omnino actiones externæ moralis bonitatis, vel vitii capaces ad summæ potestatis

ſtatis judicium vocantur, inſpectio & cognitio circa exercitium juris clavium utique etiam ad Principem, vel judicia ab eo conſtituta eccleſiaſtica pertinebunt. *Grot. cap. IX. §. 22. Ziegler. l. 21. 4.* Pertinet huc quoque jus viſitandi Eccleſias, eo fine, ut cognoſcat, utrum miniſtri cum auditoribus officia recte ſubeant.

§. XVII. Sequitur jus circa vocationem miniſtrorum Eccleſiæ. Suprà diximus, eſſe opus circa religionem aliquo regimine interno, quod *ſacerdotium* dicitur, vel miniſterium eccleſiaſticum, de cujus neceſſitate adverſus Fanaticos, qui ejectum illud ex eccleſia mallent, paſſim Theologi noſtrates agunt, & ex JCtis *B. noſter Zieglerus de Superintend. c. I.* ubi ex *Rom. X 14. 1. Cor. XII. 29. Eph. IV. 11.* illam oſtendit. Poteſtas autem illius regiminis, jus concionandi ſcil. Sacramenta exhibendi, clavibus utendi, procul dubio a Deo ſolo eſt, atque hoc intuitu nihil conferre ad rem poteſt civilis poteſtas. Alia tamen quæſtio eſt: a quo perſona eligatur, quæ talem poteſtatem gerat? immediate aliquando a divina poteſtate id factum eſſe notum eſt omnibus, qui norunt, qua ratione in Veteri Teſtamento Prophetæ a Deo, & in Novo a Chriſto Apoſtoli miſſi ſint. De qua miſſione ſi certi ſimus, res ſalva eſt, nec opus hu-

Jus circa conſtitutionem miniſtrorum Eccleſiæ.

Vocatio immediata.

mana aliqua electione. Quoniam vero Deo placuit cessare hodie istam immediatam vocationem, ecclesia tamen non potest carere ministris, & doctoribus: non potest aliter fieri, quam ut ab hominibus eligatur, & sistatur talis persona, quæ accipiat a Deo eam potestatem.

Mediata. Si rem hanc ex recta ratione judicare velis, conveniens illi quidem est, cœtum illum, qui ecclesia vocatur, ipsum constituere posse, qui istud regimen subeat. Sed quia tamen iste potestati civili subest, utique hæc suas partes interponere potest, atque istius electionis statuere modum, prohibereque, ut ne quid fiat, quod ipsius voluntati contrarietur: cujus maxime interest nosse, qui vel quales alios quacunque ratione in civitate regant, atque judicium de illis ferre, cavereque ne ex his hominibus, qui multam apud auditores auctoritatem habere solent, atque facile turbas concitare possunt, eorumque regimine sacro malum aliquod Civitati suboriatur.

Praxis Ecclesiæ primævæ. §. XVIII. In jure divino positivo nullum præceptum disertum hac de re extat. In veteri tamen testamento Regem Israelis etiam partes suas in hac re obiisse legimus *1. Reg. 2, 35. 2. Paral. 8, 14.* Et prodita est in divinis monumentis praxis primitivæ ecclesiæ Christianæ, quæ exemplum

emplum nobis proponit imitandum, qua ratione ecclesiæ ministri constituendi. Scilicet legimus, totam Ecclesiam, quatenus ex doctoribus, & auditoribus consistebat, elegisse illos, qui sacro ministerio debebant defungi. Patet id ex *Act. I. 15.* ubi in locum Judæ duo a tota turba constituti, atque postea post preces unus per sortem electus. Eodem modo etiam postea Diaconi electi. *Actor. VI. 2. seqq.* Atque licet legamus in multis locis, Doctores ab Apostolis constitutos, *Act. XIV. 23.* & *Paulus Tit. I. 5.* hanc rem *Tito* deleget, neutiquam tamen existimandum, citra consensum Ecclesiæ cujusvis loci id factum esse. Aliud enim, ut alia taceam, vis vocis χειροτονεῖν *Act. XIV. 23.* evincit. *Ziegl. de Episcop. L. II. c. I. §. 36.* Etsi vero summarum potestatum nullibi mentio fit, atque illi eo tempore, ut supra dictum, nec Ecclesiæ membra fuerunt, nec illam curarunt, sed passi sunt, cœtus illos, qui Ecclesiæ dicebantur, solos doctores sibi præficere; non tamen ideo sequitur, id semper ita esse debere, aut illos omnino esse ab hoc negotio excludendos. Quin potius omni tempore suo jure uti poterunt, atque his rebus se immiscere, non tantum ut membra Ecclesiæ, atque potiora, si talia sint, sed & quatenus imperantes, quorum jus

circa hanc rem nullibi Christiana religio abrogavit. Imo si subditi adhuc infideles sunt, & convertendi, solus etiam sine illorum consensu prædicantes ad illos mittere potest. *Ziegl. l. 18. 1.* Uti itaque juxta dicta nemo sine Principis consensu ad hocce munus eligi potest: ita etiam par ratio postulat, ut sine ejus voluntate nemo etiam tali muneri impositus, eo abire jubeatur. Quæ omnia ad eos quoque pertinent, qui juventutem in scholis docent, atque in præceptis instruunt religionis & virtutum.

An jure divino ordo sit inter Doctores ecclesiæ?

§. XIX. Huic observationi illud addendum, jure divino juxta praxin ecclesiæ primitivæ nullam pastorum & doctorum ecclesiæ, quos promiscue *Presbyteros*, & *Episcopos* Scriptura vocat *Act. XX. 28. Tit. I. 5. 7. Ziegler. de Episc. L. I. c. 3. §. 7. & 8.* esse differentiam, nec unum alteri subordinari, sed omnium æqualem esse potestatem. Sed tamen dilatata ecclesia consultum fuit visum quibusdam ὑπεροχὴν quandam in alios dari, & certos ordines ac gradus ministerii *Metropolitanorum*, *Episcoporum*, *Presbyterorum* &c. constitui, ut omnia melius & bono ordine in ecclesia tractari possint. Quæ res uti non plane improbanda, nec tamen præcise necessaria, cum mandato divino careat speciali, & absque tali subordinatione ecclesia regi

gi possit: ita nulla causa est, cur tantæ in Anglia, & Scotia alantur lites inter illos, qui juxta veterem liturgiam Episcopos agnoscunt, & illos, qui Presbyteriani dicuntur, ac præfracte Episcopalem ὑπεροχὴν agnoscere detrectant. De qua re elegans extat epistola *Bochardi ad Morleyum* annexa Geographiæ Sacræ. Sciendum itaque omne illud, quicquid uni Doctori Ecclesiæ in alterum juris vel potestatis competit, ex nullo alio fonte, quam ex concessione, vel permissione summæ potestatis fluere posse, sine cujus voluntate nemo in alium potestatem ullam in civivate exercere potest. '*Ziegl. de Superintend. c. II. & IV.*

§. XX. Datur & aliud jus summi imperantis quod circa res versatur, quæ in jure nostro *sacræ* dicuntur, & ad cultum divinum destinatæ immediate, vel *ecclesiasticæ* quæ ad sustentationem ministrorum ecclesiæ pertinent, quod tum in illis *acquirendis*, *tum conservandis*, *dispensandis*, vel *alienandis* occupatur. Namque cura ejus esse debet, ut res eæ non deficiant, quæ ad cultum divinum, bonum ordinem, & sustentationem ministrorum Ecclesiarum ac Scholarum requiruntur, saltem non impedire, si alii id faciant. Atque ideo pii Principes ecclesias, oratoria &c. ædificarunt, dotarunt, ut in iis

Jus circ res sacras & Ecclesiasticas.

cultus publicus peragi possit, aliisque rebus ad usum sacrum necessariis, vel aptis exornarunt, atque permisere, ut ab aliis quoque bona in illarum usum conferantur *L. 1. C. de SS. Eccles.* Uti etiam e contrario, si videat non necessarium esse nimis conferri, vel profusam liberalitatem illam nocivam esse reipubl. prohibere eam potest. Potest vero & debet de conservandis rebus hisce esse sollicitus, ut recte scil. administrentur, immunitatibus gaudeant, atque oeconomi, & defensores earum constituantur, damna praecaveantur, nec alienentur aut dissipentur, de quibus omnibus latius agit *Henniges d. l. c. IX. §. 2.* Curam porro obit in *dispensandis* illorum bonorum fructibus ad sustentationem scil. docentium in ecclesiis, & scholis, alimenta exulum, aegrotorum, ac egenorum, captivorum redemtionem, & aedium sacrarum reparationem. Imo si videat usum illum, cui fortasse destinata sint, non adeo bonum vel etiam superstitiosum esse, in utiliorem vel meliorem eum convertere potest. Atque licet alias quod semel DEO dicatum, in usus profanos converti non debeat, ejusmodi res etiam dominio privatorum; imo quoque ex parte commercio omni exemptae: non tamen exemptae sunt dispositione summae potestatis, quae vicem

Nu-

Numinis in civitate ſubit, ſed illi, ut in alias res, ita in haſce id relictum, ut pro ſalute reipublicæ, & quæ in ea eſt, eccleſiæ, de iis ſtatuere poſſit; atque ita etiam illas res alienare neceſſitate exigente, & in uſum ſecularem convertere, (quale quid factum etiam legimus in veteri teſtamento. *2. Reg. XII 17. c. XIIX. 14.*) vel etiam deſtruere templa, ſi forte defenſionis neceſſitas id exigat. Sane Deo magis gratum eſt, ſi per alienationem ejusmodi bonorum ſuperfluorum, conſulatur paci, & tranquillitati publicæ, & ſaluti piarum animarum, quam ſi eccleſia divitiis, non niſi ad pompam facientibus, & luxum, abundet. *vid. D. Rhet. de Seculariſatione.* Atque huc etiam pertinet poteſtas tributa exigendi, ſi opus, ex bonis eccleſiaſticis, permittendi facultatem uſacapionis, de quibus agit *Hennig. d. l. c. X. n. 19. ſeqq.*

§. XXI. Ultimum quod hic memorari debet, eſt *jus tuendi & defendendi eccleſiam*, quod vulgo *jus Advocatiæ* dici ſolet, quod jus abſolvitur propulſatione omnis violentiæ, quæ vel ipſi cultui, vel rebus ac perſonis ad eum ſpectantibus, intenditur ab exteris, & aliis. Quod jus ex natura majeſtatis fluit. Nam uti ideo ſumma poteſtas civilis imperanti ſummo conceſſa, ut tueatur illos, qui in ſocietatem

Jus Advocatiæ.

tem coivere; ita & Ecclesia, quæ in republ. est, id postulare potest. Quod tamen non eo pertinet, ut statim gentes extraneas ad nostram religionem amplectendam cogere, & ideo bello petere liceat. *vid. Ziegl. l. 22. & Lib. I. c. 33. §. 55. Henniges d. l. c. IX*

Usus Romani Imperii

§. XXII. Hæc ita in thesi dicta sufficiant: jam ad hypothesin deveniendum est Imperii nostri Romano-Germanici. Et quidem, quod ad Imperatores Romanos Gentiles attinet, neminem fugit, eos quoque curam circa sacra gessisse, & ipso etiam Pontificatu maximo functos esse. Sed postquam religioni Christianæ *Constantinus* & successores ejus nomen dederunt, *res Ecclesiæ ab ipsis*, ut *Socrates* ait *præl. L. V. H. Eccles. pependerunt*, atque curam illius susceperunt strenue, deque ea in toto Romano Imperio introducenda, tollendo paganismo, supprimendisque hæresibus operam collocarunt. Ob quam rem concilia convocarunt, quorum nonnulla, cum ex toto Romano Imperio, quod potissimam orbis Christiani partem tunc continebat, vocarentur Episcopi, *Oecumenica* dicta sunt, quale fuit *Nicænum* primum sub *Constantino* habitum, *An. 325. Constantinopolitanum* primum sub *Theodosio M.* An. 380. *Ephesinum primum* sub *Theodosio Jun.* An. 431. & *Chal-*

& *Chalcedonense sub Martiano 451. Can. II. & IV. dist. 15. l. 7. C de Summa Trinit.* Quibus in conciliis omni illa potestate usi sunt, quam supra Imperantibus competere dixi, prout historiæ Conciliorum satis testantur. Conf. *Grot. d. l. c. VII. & Hennig. cap. IIX. Conring. de Concil. §. 9. seqq.* Usi porro sunt legislatoria potestate circa sacra, atque eorum quamplurimæ notæ sunt leges *de recto de Deo sensu juxta Sacræ Scripturæ normam habendo, de confirmatione conciliorum in tit. C. de Summa Trinit. de Scripturarum lectione & versione. Nov. 133. c. 2. Nov. 146. cap. 3. de Coërcitione hæreticorum t. t. de hæreticis, de Statu, Vita & officiis ministrorum Ecclesiæ t. t. de Episcop. & Cler. de Diebus feriatis, de liturgiæ ritibus. Nov. 137. c. 6.* & quam plurimis aliis, quæ congesta leges apud *Hennig. d. l. c. V.* § *70 seqq.* Pariter juris dicendi & statuendi potestatem adversus dissentientes singulos, exercuisse illos, notum, quamvis interdum nimii rigoris accusentur. Porro jam a *Constantini M.* temporibus peculiare forum apud Episcopos Clericis adsignatum est, causæ quædam etiam laicorum ad Episcopos ablegatæ fuere, qua de re in *tit. C. de Episc. audientia* & in *Nov.* multa leguntur. Atque licet sæpe plus, quam decet, indulgentes hac in parte fuerint

Romani

Romani Imperatores, ipsos etiam Episcopos aliorum Episcoporum judicio subjecerint, *L. 12. C. Theod. de Episc.* atque provocationum gradus in his judiciis Ecclesiasticis constituerint *l. 29. C. de Episc. audient.* neutiquam tamen *omnem clerum*, aut etiam *summos Episcopos*, suo atque totius Reipubl. judicio exemerunt. Quod exacte comprobant *B. Ziegler. in L. III. de Episcop. cap. 30. §. 47. Hennig. d. l. cap. 6. §. 33.* Porro etsi quoad constitutiones ministrorum ecclesiæ variæ mutationes contigerunt, atque populus interdum plane, de facto magis quam de jure exclusus, interdum honoratioribus ex civibus, repræsentantibus populum una cum clericis hoc negotium commissum, *vid. l. 42. C. de Episc. & Cler. Nov. 123. cap 1.* Principes Romani tamen jus etiam, quod summum imperium illis tribuit, vindicarunt sibi, atque de electionibus Episcoporum judicia sua interposuerunt, illosque instituerunt, id quod item variis exemplis evincunt *Ziegler. L. II. de Episc. c. 2. seqq.* atque *Hennig. c. VII. §. 9.* Quin & ipsi ut dictum de modis circa electionem Episcoporum varias leges condiderunt, *l. 37. C. de Episc. & Cler. Nov 123. c. 17. Hennig. c. V. §. 70. d. l.* atque præter ea ecclesias exornaverunt immunitatibus, omnibusque necessariis rebus, quamvis interdum etiam superfluis,

is, instruxerunt, itemque de rebus sacris & ecclesiasticis ex summæ potestatis arbitrio disposuere, prout ex variis textibus Juris *Civ. l. 1. C. de SS. Eccles. L. fin. eod. l. 20. C. Theod. Nov. 7. c. II. Nov. 120. c. 7. l. 14. C. de SS. Eccles.* aliisque locis apparet, quæ congessit *Henniges d. l. cap. IX. §. 13.* Nec iis ullum dubium esse potest, qui historiæ periti, defensionem ecclesiæ magno studio illos suscepisse.

§. XXIII. Sed vero hæc omnia pariter etiam de Imperatoribus Romanis, qui Francico & Germanico regno strictim sic dicto præfuere, vel *Regibus Francicis* & *Germanicis* dicenda sunt. Testes sunt hujus rei *Capitularia Francorum*, quorum non minima pars in constituendis sacris occupatur; tum præsertim *Caroli M.* & ejus successorum actus summæ potestatis in clericos, in ipsam etiam ecclesiam *Romanam*. Testes sunt Concilia, quæ auctoritate *Caroli M.* sub quo *Francofurtense* celebre est, celebrata, nec non *Ludovici* & *Lotharii* aliorumque, de quibus Annales Francici loquuntur, & Acta Conciliorum. It. *Concilium Erfurtense* sub Rege *Henrico Aucupe*, *Romanum* sub *Ottone I.* quo Johannes XII. sede motus est, ac *Leo* in ejus locum subrogatus. *vid. Lehm. in Chron. Spir. L. II. c. 41.* It. Ingelheimense sub eod. *Ottone*, sub *Henrico II.* *Fran-*

Francici & Germanici Regni.

Francofurtense, *Moguntinum* ſub *Henrico IV.* & *Lothario Saxone*. *Ziegl. de Epiſc. L.III. c.30.* §.*98.* In quibus conciliis multa adverſus diſſentientes in fide definita, ſimiliter ac ea, quæ ad diſciplinam eccleſiaſticam, ritus, aliaque externa pertinent. De quibus etiam, uti de *ferus*, leges condiderunt. *Lehm. Lib. II. c. 41. p. 169.* Modum præſcripſere Epiſcopis circa diſciplinam eccleſiaſticam, & excommunicationem. *Lehm. d. l. L. II. c. 34.* Imo ſub Francicis Imperatoribus, Rectores Eccleſiarum circa lites clericorum nulla poteſtate fungebantur, niſi, quoad pacificationem, ſed omnes vel ad Regem, vel quibus hoc commiſſum erat, deferebantur. *Lehm. Lib II. c. 41. p. 170.* Præſertim vero a temporibus *Caroli M.* uti antea, *Francici* & *Germanici* Reges, & Imperatores haud paſſi ſunt in *Epiſcopum* vel *Abbatem*, ſub quorum cura etiam *Scholæ* erant *Lehman. Lib. II. c. 23.* promoveri quenquam ſine ſua auctoritate & confirmatione. Ipſi etiam interdum non invito clero & populo, Epiſcopos conſtituerunt *Lehm. Lib. III. c. 13. & 21.* Quin & Hadrianus Romanus Pontifex, in Synodo, quam Carolus conſtituit cum eo, cum ſe pariter ac Senatus Populusque Romanus Carolo M. ſubjicerent, tradiderunt etiam diſerte Carolo jus & poteſtatem eligendi Pontificem

ficem & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Inſuper, Archi-Epiſcopos & Epiſcopos, per ſingulas provincias, ab eo iuveſtituram accipere, definivit, *ut niſi a Rege laudetur & inveſtiatur Epiſcopus, a nemine conſecretur, & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & niſi reſipiſceret, bona ejus publicari, praecepit. Can. XXII. diſt. 63.* Idem vero agnovit *Leo IIX.* in *Synodo* Romana tempore *Ottonis I.* ut ſcil. Imperatori jus ſit eligendi ſibi ſucceſſorem, atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archi-Epiſcopos ſeu Epiſcopos, ut ipſi ab eo inveſtituram accipiant, & ut nemini deinde jus ſit, Pontificem eligendi, aut quemcunque Epiſcopum ordinandi facultas, absque conſenſu ipſius Imperatoris. Idem, quod ſi a clero & populo quis eligatur Epiſcopus, niſi a Rege laudetur, & inveſtiatur, non conſecretur. *Can. XXII. diſt. 63.* Quarum rerum fidem, quam multi Romanæ aulæ addicti everſam maximopere vellent, egregie vindicant poſt alios, etiam Catholicos, *Ziegl. de Epiſc. cap. II. §. ſeqq. Conring. de Conſt. Epiſc. Germ. §. 20. ſeqq. Hennig. C. 7. §. 21.* Inveſtitio vero illa, vel confirmatio Imperatoria fieri cœpit per baculum & annulum, quæ ſigna erant deſponſatæ Eccleſiæ & poteſtatis paſtoralis, atque E-

piſcopo mortuo ad Regem remittebantur poſſeſſori tradenda *Meibom. de Jure in-*.*T.III.p.172.Ziegl.L.II.c.I.§.25.* qui jujurando ſolenni obſtringere ſe debebat Imperatori & Regi *Lehm.d.l.L.II.cap.41.*.*166.* Erat etiam Jus Imperatoribus et Regibus Epiſcopos indignos munere movendi, licet ſine conſilio Epiſcoporum ſuorum haud temere illud facerent. Exemplum Ottonis ſupra allegavimus; & alia proſtant. *Henn. d. c.7. §.22.* Præter ecclesias & clericos, & plus quam s, dotarunt & immunitatibus frui paſſi ſunt; ſed ita tamen, ut ex illis bonis interdum etiam cenſus ac tributa exegerint. Itidem de adminiſtrandis bonis ſolliciti fuere, atque Advocatos & Vice-Dominos conſtituere, qui tum eccleſias ab injuriis tuerentur, tum etiam bona illarum curarent, ne clerici à divinis miniſteriis abſtraherentur. *Lehm. L II. c. 35. 36.41. pag.175. Hennig. c.IIX.§.9.* Atque denique non tantum jure Imperii tutelam ſuſceperunt eccleſiæ in regnis ſuis, verum etiam tanquam primarii Principes univerſalis Chriſtianæ eccleſiæ viſibilis, quæ per omnia regna mundi diſperſa eſt, quantum fieri potuit. In ſpecie vero a temporibus Caroli M. Imperatoris, quod & Carolus Martellus & Pipinus fecerunt, ſpecialibus pactis tutelam eccleſiæ Romanæ

næ

næ receperunt, atque se illius *Advocatos* dici passi sunt. *Can. 23. dist. 63. Lehm. Lib. II. Chr. Spir. c. 40. vid. Henniges c. X.*

§. XXIV. Sed ista omnia proh! magnam cum tempore metamorphosin passa sunt, cui nimia & profusa liberalitas ac indulgentia Imperatorum erga clericos occasionem dedit. Postquam enim a temporibus *Constantini M.* potestatem quandam civili similem in ecclesia nacti sunt, atque divitiis abundare, terrisque variis, ut seculares Principes, imperare cœperunt, subduxere se pedetentim summæ potestati Principum, & artificiose partim astutia, partim vi extructa illa Hierarchia ecclesiastica, cujus caput Romanus Episcopus, post varias cum *Constantinopolitanis* de primatu altercationes, quas *Phocas* in gratiam Romani Præsulis, quem oecumenicum salutavit, definivit, se fecit, jus omne fere circa sacra ad se rapuerunt, imo ipsos Imperatores, ac alios Reges sibi subjicere sunt conati. Longa est historia, quam referre hic non licet: apud multos tamen alios legi potest. Rem vero totam εἰς ἀκμὴν deduxit seculo XI. *Gregorius VII. Hildebrandus* alias vocatus, ab Germanis vero *Hellebrandus* dictus. Is nulla Imperatoris Henrici IV. interposita, aut expectata auctoritate Pontificatum assumsit anno 1073. Mutatio horum.

atque occasione usus, quam mores non optimi Henrici ejusque nundinatio circa Sacerdotia præbebat, ac odium Saxonum, & aliorum Ordinum Imperii erga Cæsarem, aggressus est, & perfecit, quod sæpius Antecessores exoptarunt. Convocata vero Synodo Romæ Canones quosdam edidit, quos *Dictatus* appellavit, quibus se reapse *Vice-Deum*, & supra omnes Imperatores, Reges & Principes constituit, atque etiam potestatem sibi asseruit Imperatores deponendi: quod a nemine ipse judicari debeat, quod nulla Synodus absque præcepto ejus generalis vocari debeat, quod illi soli liceat, novas leges condere, Clericos ordinare, deponere, transmutare, nec ulli seculari potestati investituram Episcopatuum, vel alicujus Ecclesiasticæ dignitatis dare &c. Dictatus illos post *Baronium* recenset *Dn. Ziegler. Præf. ad Lancellot.* §. *37.* quibus jungi debet *Can. 12. cap. 16. quæst. 7. Extrav. Com. c. 1. Unam Sanctam de Majorit. & obedient.* Atque ut reapse illa quæ sanxerat, in usum deduceret, misere afflixit Imperatorem, semel atque iterum fulmine excommunicationis percussit, submittentem se propudiose ludibrio habuit, ac subditos ab obedientia absolvit. Qua de re legi merentur, quæ *Lehmannus* ex optimis auctoribus congessit *L. V. Chr. Spir.*

Spir. cap. 25. seqq. Ziegler. de Episcop. L. II. cap. 2. §. 47. seqq. Dn. Rechenberg. dissert. de Tot. Hildebrand.

§. XXV. Non meliora fata fuere filii Henrici V. qui his ausibus Pontificum se opponere quidem conatus est, atque recuperare amissa; eo tamen tandem adactus fuit, ut in Comit. Worm. MC XXII. solenni transactione cum *Calixto II.* cederet jure investiendi per baculum & annulum, permitteretque, ut Canonica electio a populo & clero, (quam postea circa Seculum XII. Canonici, præsertim in Cathedralibus Ecclesiis, connivente Pontifice, cujus interest a paucioribus hæc curari, ad se solos, imo etiam, Pontifices inventis provisionibus, gratiis, expectativis, reservationibus *Ziegl. de Episcop. L. II. c. 7.* ad se pertraxerunt) fieret, ac postea libera consecratio: Papa vero vicissim spondente, ut electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni in præsentia Cæsaris absque Simonia & violentia fierent, & si in electione discordia oriretur, Cæsar vel Rex eam componere ac meliori parti assensum & auxilium præbere possit Metropolitani & Provincialium consilio vel judicio; electus autem regalia per sceptrum a Cæsare recipiat, & quæ ex his jure illi debet, faciat. Addit *O. Fris.* id quo-

quoque cautum esse, ne Electi tam Cisalpini, quam Transalpini prius ordinentur Episcopi, quam de manu Imperatoris regalia per sceptrum suscepissent, *L. 7. c. 6. vid. Gold. C. J. Imp. T. 1. p. 258. Ziegl. de Episc. L. 2. cap. 2. §. 13.* Fassus est *Onuph. Panvin* *dimidiam potestatis Cæsareæ* ita *amissam* fuisse, quæ tum vi Imperii, tum etiam ex jure patronatus, quod propter ædificationes, dotationes in Ecclesia in usu esse coepit, competebat. *Ziegl. de Episc. L. 2. cap. 3. § 11.* Atque sic cum omnes clerici ab autoritate Papæ penderent, conciliaque ipsi suo haberent arbitratu, facile fuit accedente barbarie temporum, nescio quid non ratione credendorum, ac faciendorum persuadere hominibus, præsertim cum legum Ecclesiasticarum lationem *Gregorius IX.* edito Decretalium libro sibi afferuerit, quas in causis ecclesiasticis in Germania quoque observandas esse *Fridericus II.* ann. 1236. & *Rudolphus I.* 1291. comitiis *Moguntinis* & *Herbipolitanis* jusserunt; atque jus dispensandi intuitu LL. divinarum, hæreticos declarandi, anathematizandi, & excommunicandi, sibi & clero solis attribuerint, cum universa jurisdictione in clericos, & res ecclesiasticas, cui etiam aliquas Laicorum causas, e. gr. matrimoniales, juramentorum &c. tribuerunt. E-

ripue-

ripuere etiam Imperatoribus jus capiendi bona mobilia Episcoporum & Prælatorum, ac proventus anni emortualis vel quousque sedes vacabat, de quo jure legi potest differt. *Meibomii* elegans *T. III. pag. 185.* operamque dederunt, ut per sumtus confirmationum, ac redemptionem palliorum, annatas &c. ecclesiæ pecunia emungerentur, atque dispositionem omnem circa res sacras, & ecclesiasticas sibi adrogarent. Quæ omnia fatali isto interregno incrementa cepere. Et licet interdum Imperatores præsertim *Fridericus I. & II. Ludovicus IV.* multam operam collocaverint, quo res in pristinum statum reduceretur, vel mitigaretur saltem; frustranei tamen plerumque conatus hi fuere. Nota sunt *avisamenta Constantiensia* a *Goldasto P. I. Const.* inserta, quibus in Concilio Constantiensi natio Germanica gravamina sua exposuit; & *avisamenta Moguntina*, quæ concilio exhibuit Basiliensi, ob eandem causam proposita *ap. Gold.* Reichs-Satz. *P. II. p. 146.* Nota etiam sunt concordata Germanicæ nationis cum Rom. Pontificibus in Concilio *Constantiensi*, & *Basiliensi* inita, ac præsertim concordata *Friderici III.* cum *Nicolao V.* quæ An. 1447. lucem aspexerunt; quibus quidem aliquid fuit datum justis Germanorum querimoniis; reapse tamen,

præſertim ultimis, ægre id ferentibus pleriſque Principum, denegantibusque aſſenſum, nihil aliud actum, quam ut Dominatus Pontificis ſtabiliretur. Legi illa concordata poſſunt *apud Leibniz Cod. Jur. Gent. n. 154. 155. ſeqq. conf. Linckii differt. de Concordat. nation. Germ.* Atque ſic eo res devenit, ut magna pars Jurium Majeſtaticorum in Romanos Pontifices translata, qui tantum executores decretorum ſuorum in his rebus eſſe volebant Imperatores & Principes, hique ea quibus Pontifices patiebantur uti, licet jure debita, privilegia interpretarentur, & ſatis haberent, ſi modo Romani Præſules concordata illa ſervarent. Quoniam tamen iſta omnia inſtitutis divinis repugnant, atque maximam partem dolo & perſuaſionibus ſunt extorta, ipſique Pontifices concordata bona fide non ſervarunt, de qua re jam *Maximilianus 1510.* conſcriptis gravaminibus *Goldaſt. T. I. pag. 420. Tr. II. Conſt. Imp. pag. 119.* & *Carolus V. 1522. Hortleder T. II. L. IV. cap. 9. num. 30.* queſti ſunt *Seckend. H. L. L. I. §. 144. ſeqq.* non injuſte imperantes ab iſtis concordatis recedere poſſunt, atque jus ſuum vindicare. Quod ex parte factum eſt poſt reformationem religionis, quæ divino inſtinctu ſeculo XVI. contigit. Sed dum Catholici partes Pontificis deſerere omnino noluere; inter-

intereſt ipſorum interim ſervari a Pontificibus concordata. Et hanc ob cauſam ea de re in capitulationibus agitur. *vid. art. 16. Cap. Caroli V. 19. Leop. 18. Capitul. Caroli VI. art. 14. Joſ. Rhet. l. 2. 130.* Ac licet Evangelici illa non, nec ullam Papæ autoritatem agnoſcant, nec dictis articulis capitulationum Imperatorem adſtringi, vel ſibi præjudicium fieri velint, juxta *a. l. dd c.* ipſorum tamen intereſt, ne Conſtatus Catholici contra Concordata graventur, & pecunia emungantur, & ideo interdum apud Imperatorem id agunt, ut operam locet, quo Concordata a Papa ſerventur. Notabile exemplum in cauſa Monaſterienſis Præpoſituræ legi poteſt *in Spec. Stat. M. Majo 1703. pag. 77. v. §. 32.* intra.

Intereſt Germaniæ Concordata ſervari.

§. XXVI. Videamus ergo nunc, qui Status præſens harum rerum ſit ſecundum leges publicas Imperii Romano-Germanici noſtri. Ex quibus diſcimus, poteſtatem circa Sacra Majeſtati Imperii vindicari, licet multis modis imminutam, ſed ita tamen, ut illa poteſtas, in quibusdam *ſoli Imperatori*, in quibusdam vero *Cæſari & Statibus* ſimul vindicetur. Et quidem quod primo attinet ad poteſtatem *legislatoriam*, quæ ab antiquo tempore Imperatori & Statibus communis fuit, nullum hodie dubium eſt, quin

Status præſens.

Communia Cæſari & Ordinibus.

& quoad sacra Ordines concurrant cum Imperatoria Majestate, ita, ut si definiendum, *quæ religio toleranda, vel non*, *recipienda vel non*, nihil Cæsar solus sine Statuum consensu statuere possit. Quorum jus fortissimum robur accepit per *Pacem Religiosam*, & *Westphal.* juxta ea, quæ supra *dicta cap. IX.* vi cujus *art. V.* §. *in causis 52.* & hoc cautum, quod in causis religionis nulla attendenda votorum pluralitas, sed omnia, nonnisi ex unanimi consensu agenda. Quapropter justissimæ protestantium querelæ, quod citra suum consensum, imo ipsis contradicentibus, art. IV. J. P. Rysw. ea inserta, quæ religioni Evangelicæ maxime damnosa sunt. Qua de re multa in Comitiis acta, notum. de quibus vid. *Dn. Cortrei Commentat. ad dict. art. IV. conf. Fabri* Staats-Canzelley *T. III. p. 717. seqq. T. IV. p. 507. T. XXIII. p. 530. T. XXIV. p. 569. El. J. Publ. T. II. p. 477. T. VI. p. 730. T. VII. p. 751. T. VIII p. 568.* Ex his vero & illud patet, posse istos, si ab hocce jure eos quis dejicere per vim injustam velit, vi etiam juste jus suum tueri. *Grot. de J. B. & P. L. I. cap. 4* §. *13.* atque sic fœdus *Schmalcaldicum*, & bellum *Mauritianum* haud esse injusta, dicendum est. *vid. supr. cap. 9.* §. *6.* His positis a judicio ferendo circa religionem excludi non poterunt, atque

atq; suas partes in *Concilio*, cujus veram & optimam formam una cum *Ferdinando* descripserunt in *R.J.1542.§.132.& in R.I.1542.§.9.una cum Carolo V* habebunt, si quod habendum: licet Imperatori, ut mox dicam, directorium hujus rei competat. Atque ita sine Ordinum consensu nemo pro hæretico in Romano Germanico Imperio declarari potest. *Arg. art. 5. §. 17. R. J. de 1555. art. 7 J. P. O. in f.* Uti etiam concurrunt, si leges pœnales adversus hæreticos decernendæ. vid. *R. J. de 1529. §. 6.* & *eid. inf. Mandat. adversus Anabaptistas R. 1535. pr.* Porro nec ab aliis legibus, si quæ condendæ, ecclesiasticis excludi possunt. *vid. supra cap. IX. §. 23. R. J. 1544. §. 55.* Atque hinc licet maxime laudandum sit institutum *Caroli V.* quo in Comitiis *Augustanis* 1548. juxta *Recess. hor. Comit. §. 12. formulam Reformationis Clericorum* proposuit: illud tamen probandum non fuit, quod non cum omnibus Statibus, sed tantum cum Clericis illa res fuit communicata, nec communi consensu negotium hoc peractum. Atque ideo, cum præsertim inessent, quæ protestantes probare non poterant, res exitu caruit. *vid. Sleid. c. 20. L. XIIX.* Ad hanc legislationem etiam pertinet Jus constituendi ferias *t. t. ff. & C. de feriis.* & sic etiam jus reformandi Calendarium.

Calendarii. um. Et ideo cum *Gregorius XIII. Calendarium* suum An. 1581. orbi obtruderet, graviter Protestantes cnntradixere, illudque recipere noluerunt: sed in Apologia An. 1594. contra gravamina Catholicorum edita emendationem istam ad Cæsarem pertinere asseruerunt, *ap. Lehm. de P. Relig. L. II. c. 70.* quo ipso tamen id noluerunt, ab hoc negotio ordines excludi, qui in legislatoria potestate concurrunt cum Imperatore, præsertim cum juxta P. R. §. 20. in rebus ritus ecclesiasticos concernentibus, nihil sine communi conventione decerni possit. Atque adeo in *Noviss. R. J. §. 158.* diserte legitur cautum, sine Comitiali consensu, gemeine Reichs-Vergleichung negotium Calendariorum paragi non posse. *Conf. Decr. de Anno 1664. d. 4. Apr. apud Fritsch Elect. J. P. I. c. 15.* ibi: der neue Calender in Kayserl. Majest. und des Reichs Nahmen eingeführet. Quoniam vero Cæsar & Catholici Gregorianum illud Calendarium dudum receperunt, atque ex duplicitate Calendarii multa incommoda nata, sæpe, tum superioribus, tum his Comitiis, sed frustra tamen, de hac re actum. Sub fine tamen seculi superioris ex improviso quasi inter Evangelicos Ordines conventio inita de emendato Calendario introducendo, ea ratione,

quæ

quæ omnibus nota. Quæ quidem in plerisque convenit cum *Gregorii* institutis, non tamen in omnibus. Vid. illa, quæ allegantur in *Spec. Stat. de anno 1699. M. Octobr. pag. 98. & 1701. M. Jun. pag. 62.* (*) Ut adeo fallant, qui credunt, Evangelicos *Gregorianum* Calendarium agnovisse. Præter ea legislatio & dispositio circa res sacras & bona ecclesiastica iisdem quoque asseritur Statibus Imperii. *Rec. Imp. de anno 1542. §. 63. 64. 65. 1582. §. 11.* itemque *art. 10. & 11. J. P. W.* ubi de exigendis vectigalibus ex bonis ecclesiæ, de illarum, uti & rerum sacrarum alienatione, & secularisatione agitur ex Statuum consensu. *vid. §. 15. cap IX.* Interim quoad Imperatorem & Catholicos Status negandum non est, illos Legislationem Rom. Pontificis adhuc agnoscere in plerisque, quod tamen Protestantes haud faciunt, ut dictum *cap. XII. §. 18.* Denique licet Imperatori jus advocatiæ per excellentiam adscribatur, Status tamen & ipsi in *R. J. de an 1524. defensores, & protectores fidei* vocantur.

Calendarium.

(*) Docet illud nuper admodum de Paschate anni 1724 in Comitiis inter Evangelicos agitata ac decisa quæstio. Quoniam enim secundum cyclos Gregorianos Plenilunium vernum in prædicto anno in diem 9. Aprilis incidit, ac proin, quia dies illa Dominica est, festum Paschatis a Catholicis, cyclos illos sequentibus, in sequentem Dominicam,

minicam, diem scil 16. Aprilis transfertur: Evangelici Status, excepto Rege Daniæ, existimarunt, Calculum astronomicum, vi cujus Æquinoctia & Plenilunia longe accuratius inveniri, sequendum, atque ideo, cum juxta eundem Plenilunium vernum anno 1724. in diem 8vum Aprilis, eamque diem Sabbathi, revera incidat, proxime sequenti die dominica, seu 9. Aprilis, secundum Decreta Concilii Nicæni memoriam Resurrectionis Dominicæ ab Evangelicis recolendam esse. Conf. Fabri Staats-Canzelley T. XLI. c. 10. p. 624. sqq. & T. XLII. c 9 p. 559 seqq.

Jura solius Imperatoris.

§. XXVII. Ex illis, quæ Imperatori soli jure competunt, primum est jus convocandi *concilium*, & quidem jure *imperii*, si illi saltem, qui intra fines ejus continentur, convocandi sunt. *Oecumenicum* autem congregare vi imperii non potest, cum alia regna & regiones, ubi Christiana religio recepta, potestati ipsius haud subjaceant: convocare tamen poterit tanquam primus Christianitatis Princeps, rogareque alios Reges & Principes, ut ipsi concilio tali interesse, vel suos illuc mittere velint. Quale tamen concilium vix hodie sperandum est. Nota sunt, quæ paulo ante reformationem prodiere Edicta *Maximiliani I.* de Concilio *Pisano* congregando: qualia & *Ludovicus Rex Galliæ* edidit, quæ extant apud *Goldast. T. I. pag. 425.* Asseruit etiam sibi hoc jus Carolus V. *R J. 1524. §. 28.* ibi: eines gemeinen freyen Universals-Concilii,

cilii, so durch Päbstl. Heiligkeit mit unser Bewilligung in angelegenen Muhlstadt in Teutscher nation, wie sichs gebühret, verkündiget; atque partes suas quadantenus Pontifici delegavit. Apertius vero id vindicatur in *Rec. anno 1532.* §. *5.* ibi: daß wir alsdenn von Ambtswegen Fürsehung hierinne thun wolten, daß uns von unser Keyserl. Gewalt gebühret, und wie wir zu thun schuldig sind, und sonderlich in Sachen des gemeldeten Concilii: quale quid etiam petierunt Ordines ab Imperatore in R. J. de 1525. §. 5. Quod in se recepit denuo in Recessu 1551. §. 6. Præterea ipsi Imperatori jus prasidendi asseritur in R. J. *1529.* §. *2.* ibi: Ihro Majest. als das Haupt bey solcher Versamblung *1544.* §. *70.* inf. it. jus concedendi salvum conductum *R. J. 1551.* §. *6.* Idem judicium est ferendum de Colloquiis *R. J. 1545.* §. *7. vid. tamen* §. *18. ib.* quæ quomodo differant a Conciliis, docet *Ziegl. de J. M. L. 1. c. 15. 40.*

§. XXIIX. Quoad Jurisdictionem Ecclesiasticam fatendum est, parum esse penes Imperatorem ex hoc jure Majestatico. Namque Cæsar illam, quatenus personas ecclesiasticas vel Clericos Catholicos, qua tales &, quoad personam stringit, relinquit Pontifici & Episcopis: atque ideo nec in judicio Aulico, nec in Jurisdictio Ecclesiastica quoad Celricos.

Came-

Camera Imperiali forum illis competens est vigore concordatorum, & observantiæ. *Blum. Tit. XXXVI. §. 43.* Quatenus autem bona ab, vel in Imperio possident, etiam judiciis illis subsunt, ut alii Imperii subditi. vid. *form. Jur. in App. Eccl. J. F. Stryk. X. 14.* Atque adeo a Cæsare banniri nequeunt, licet delictum hac pœna dignum commiserint; quamvis bonis, juribus & privilegiis, quæ ab Imperio habent, privari queant. *Blum. Tit. XXXIX. §. 80. & 115. conf. supra cap. XXIX. §. 5.* Aliter res sese habet quoad personas ecclesiasticas A.C.addictas, quæ cum P.Rom. non subjaceant, non possunt non jurisdictioni Cæsaris, & judiciorum Imperii subjecti esse, atque adeo, ut non male arbitratur *Blum. tit. 29. §. 184.* in Bannum Imperiale proprie sic dictum incidere.

Quoad causas Ecclesiasticas.

§. XXIX. Quoad causas spirituales, sive ecclesiasticas, ut vocantur, e. g. lites de *decimis, jure patronatus, de præbendis*, it. *de matrimonialibus*, omnesque alias, quæ secundum jus Canon. & per Concordata ad Cognitionem Rom. Pontificis & Episc. referuntur, abstinent Cæsar & Judicia Imperii ab exercitio jurisdictionis, atque ideo nec appellari illuc potest intuitu istarum causarum. *Blum. XLIII. §. 14. 9. 20. Roding. Pandect. Cam. L. l. pag. 304.* Imo ipse ac Catholici Prin-

Principes, si causa eos tangat, ecclesiasticam illam Pontificis & Episcoporum agnoscunt jurisdictionem; secus ac Protestantes Status faciunt, quorum, uti & illorum territoriorum, ut & Nobilium immediatorum intuitu tota jurisdictio ecclesiastica cum omnibus suis speciebus est suspensa *art. 5 § 48. J. P.* Interim & casus dantur, ubi & judicia Imperii circa causas ecclesiasticas jurisdictionem exercent e. g. ii. lis sit de possessione vel quasi. *§. 54. art. 5. ibi: causæ ecclesiasticæ J. P. O. Blum. d. l. num. 20.* (2.) si quæstio super spirituali causa exorta, in facto consistat, & incidenter suboriatur. *Roding d. l. Blum. l. t. 43. num. 22.* tertio, si causa ex ecclesiastica saltem fluat, vel periculum seditionis immineat, de quibus agit *Cramerus de Caus. Consist. ad Jud. Aul. pert.* Ut taceamus ob protractam, vel denegatam justitiam ab Imperatore promotoriales interdum dari. Extra vero hos casus, si inter Status Protestantes aliosque immediatos lis de tali causa sit, nulla alia via componendi istam est, quam amicabilis compositio, vel electio arbitrorum, aut ut unius alteriusve judicio territoriali causa subjiciatur, vel deferatur ad Comitia.

§. XXX. Quoad causas matrimoniales speciatim id observandum est, non nisi Causæ matrimoniales.

avaritiam cleri & ambitionem, studiumque emungendi homines pecunia, eas ad forum ecclesiasticum traxisse, huicque rei commentum de Sacramento matrimonii inservisse. Atque ideo optandum foret, ut Imperatores nostri exemplum *Ludovici IV.* seu *Bavari* imitarentur, qui inter *Johannem Regis Bohemiæ* filium, & *Margaretham Carinthiam*, in causa divortii, sententiam dixit, atque etiam per dispensationem *Ludovico Brandenburgico* matrimonium, jure humano prohibitum, permisit: cujus diplomata extant *apud Gold. Tom. II. ad ann. 1342. p. 87. & ad ann. 1343. p. 88. & Leibniz. C. J. G. P. I. num. 82. 83. Schilt. de Lib. Eccles. Germ. VI. 3. 7.* Sed quia hæc religionis, quam Cæsares hucusque professi, principiis repugnant, nec ipsi volunt coram Judicio Aulico has causas disceptari, (ob quam causam & Commissarii in hanc rem a Cæsare frustra petuntur) nec illæ etiam ad Cameram *R. Visit. pag. 86.* §. 7. nec ad Austregas pertinent, ut docet *Schweder. P. S. Sect. II. cap. 17. §. 31.* nihil superest, quam ut, si lite inter Evangelicos immediatos orta, posthabita amicabili transactione una alterave pars judiciis in territoriis constitutis ecclesiasticis hac in parte se subjicere nolit, quæ quidem si sponsa Principis subdita ejus sit, ea effugere nequit,

nequit, in certos arbitros compromittatur, vel si hac de re inter se convenire non possint, quælibet pars, adhibito Theologorum & Jurisperitorum consilio, ipsa statuat, quod examinatis omnibus circumstantiis coram DEO & in conscientia justum esse putat, quæ vero se læsam esse credit, rem DEO committat. Quod si consilia de Consistorio generali inter Evangelicos constituendo exitum caperent, quod tamen magis optandum, quam sperandum, res coram eo tales optime tractari possent, atque directorium illius Consistorii illi maxime credendum esset, qui alias inter Evangelicos eo fungitur, nempe Electori Saxoniæ. *Conf. Schwed. d. l.*

§. XXXI. Etsi vero ad Jurisdictionem ecclesiasticam etiam Canonistæ referunt potestatem *relaxandi* juramenta per *Cap. 13. X. de Judiciis*: tamen in *O. C. P. II. Tit. 24. & Rec. Noviss. 1654 §. 164.* Imperatori, & Cameræ Imperii jus illud asseritur. Atque etiam in Capitulationibus spondet Cæsar, se operam dare velle, ne Pontifex & Episcopi jurisdictione abutantur, vel causæ civiles a judiciis Imperii ad *Nuncios Apostolicos*, de qua re urbs *Aquensis* ann. 1699. in Comitiis questa est, *vid. Cancellar. Stat. P. IV. pag. 101. aliud exemplum vide in Sp. Stat. 1706. pag.* Abusus Jurisdictionis ecclesiasticæ.

 58. vel

56. vel ac *Curiam Romanam* pertrahantur, nec non causæ seculares ab Ecclesiasticis recte distinguantur. *Art. 19. Leop. & art. 18. Joseph. & art. 14. Carol. VI. Capit.* (*) De cætero notum, Pontifices hodie in vibrando fulmine excommunicationis adversus Imperatores & Principes parciores, & cautiores esse, ac quidem olim.

Praxis circa Constitutionem Episcoporum Catholicorum. Quoad constitutionem *Archi-Episcoporum, Episcoporum & Abbatum* neminem fugit, illam hodie fieri, vel per *electionem*, vel *postulationem Capitulorum*, & *Conventuum*, quorum utraque eget Pontificis confirmatione, & approbatione. *Link. de Jur. Episcop. c. I. Ziegl. de Episcopis L. II. cap. 6. 8.* Horum omnium, quæ ratio *Dd.* Juris Canon. præter allegatos exponunt passim. Solent quidem tempore electionum adesse Commissarii Cæsarei, atque id agere, ut persona, Cæsari quæ non displicet, seligatur: nec temere etiam alia eligitur, vel postulatur. Quod si tamen hac de re lis inter Canonicos suboriatur, ad Curiam Romanam defertur, & ibidem deciditur. Quod exemplo controversiæ *Monasteriensis*, quæ nunc vertitur, comprobatur, cujus tamen decisionem ob præsentem rerum statum Curia Rom. caute differt. *Vid. Spec. Stat. M. Aug. 1706. supra cap. 29. §. ult.* (**)

Provisio. Est vero & alius modus, quo *Episcopi* constituuntur, vel *Abbatia*,

batiæ, vel alia conferuntur beneficia ecclesiastica, *Collatio Pontificis* quæ & *Provisio* dicitur, qua Papa, posthabita electione Capitulorum, vel collatione ordinarii Collatoris dat ecclesiæ Episcopum, vel beneficia concedit. *Ziegl. ad Lancell. l. 15. 5.* Quoniam vero, postquam hic modus adversus pristina ecclesiæ instituta invaluit, & inconsulto clero & populo in usum deductus, multæ querelæ ortæ, per concordata modus ei positus, ita ut locum habeat *in beneficiis vacantibus* in *Curia Rom.* (quorsum etiam pertinent eorum, qui quacunque ex causa ad Curiam Rom. veniunt, & in loco, ubi Papa degit, vel locis ultra diætas duas legales, quarum una 20. mill. Ital. est, ab eo non remotis decedunt) & *aliis* quæ *in c. 1. Concord Nicol. V.* Pontifici reservantur: quæ recenset *Linck. de Conc. num. 9. seqq.* (2) in reliquis, quæ Mensibus *Papalibus, Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri, Novembri* vacant, si modo intra tres menses a Pontifice collatio fiat. *J. O. §. 20. n. 5.* non vero iis quæ in aliis *mensibus* vacua fiunt, vel vacua in mensibus Papalibus, intra tempus definitum a Pontifice non conferuntur, quæ ad ordinarii collationem spectant Collatoris, it. regulariter in Metropolitanis & Cathedralibus etiam immediate non subjectis eccle-

Cc 3 siis,

ſiis, & monaſteriis immediate ſubjectis Sedi Apoſtolicæ, *cap. 2. Conc. Linck. d. l. & de Conc. cap. 2. §. 39.* in quibus obtinet *electio Canonica* aut *poſtulatio*, niſi electos inhabiles ducat Papa, vel Epiſcopus, aut Abbas in Cam. Romana moriatur. Ceterum in ditionibus hereditariis Cæſar circa conſtitutionem Epiſcoporum majori autoritate pollet, & fere ex ejus arbitrio res pendet. Quocunque vero modo ad dignitatem pervenerint *Epiſcopi* & *Abbates*, non niſi conſecratione facta, &, ſiquidem Archi-Epiſcopi, interdum & Epiſcopi, accepto pallio ad exercitium muneris paſtoralis admittuntur *Ziegl. de Epiſc. L. II. c. 9. 10.* tenenturque Papæ *Annatas* h. e. fructus primi anni ex ſacerdotio perſolvere *c. IV. d. Conc. Linck. C. II. §. 4.*

(*) Glorioſiſſimum Imperatorem Carolum VI. promiſſi hujus non immemorem eſſe, ex Elect. Jur. Publ. T. VII. p. 469. T. XIIX. p. 143. abunde patet.

(**) Hæc controverſia non amplius vertitur, ſed illa anno 1706. a Pontifice, in favorem *Franciſci Arnoldi a Metternicht*, Epiſcopi Paderbornenſis deciſa, ejusque electio anno 1707. d. 17. Jul. confirmata eſt. Hiſtoriam hujus controverſiæ ſuccincte exponit Dn. Struv. in Syntagm. Hiſt. German. D. 38. §. 9.

Evangelicorum §. XXXII. In Epiſcopatibus & reliquis fundationibus immediatis A. C. addicto-

dictorum electio & postulatio locum etiam invenit, nec tamen confirmatio Pontificis, aut consecratio (nam & res ordinis illi non exercent) desideratur, nec Pontifex illis eam impertit. Unicum exemplum est, quod Papa *Henricum Julium D. Brunf. & Luneb.* vix bimulum electum confirmavit. Spondere tamen debent electi, vel postulati, ecclesiasticos Principatus & beneficia hereditaria se non facere velle, atque postquam intra annum fidem fecerunt electionis, vel postulationis, juramenta sueta præstiterunt, æque ac Catholici de territoriis ac Regalibus sunt investiendi, *art. 5. J. P. O.* §. *17. 21.* Qualem investituram in persona propria accepit 11. Maji 1706. Viennæ Episcopus Osnabrugensis Dux Lotharingiæ. *vid. Spec. Stat. M. Majo. 1706. pag. 408.* Cæterum in dictis ecclesiis *Collationes Pontificiæ, menses Papales, Jura pallii, Annatarum &c.* omnino cessant: in mixtis vero A. C. addictis nullum præjudicium faciunt. *art. 5.* §. *19. 20. J. O. P.* De mediatis *v.* §. *25.* Quoniam vero *Curia Rom.* sæpe limites transgreditur, & adversus Concordata, & privilegia, statuta Ecclesiarum & Capitulorum &c. circa illas res agit ac præsertim *judicium* super *Nobilitate*, de qua in multis capitulis, dum Canonici recipiendi, quæritur, Die Probe

des Stifftmäßigen Adels, oder die Probe und Auffschwerung der Ahnen ad se rapere conatur (de qua re *Capit. Wormat. 1687. 1688.* quæstum) ideo in Capitulationibus, & præsertim novissima *art. 18.* sponsio exacta ab electo Rege, & præsente Imperatore, se pro viribus allaboraturum, ut super his nullus sit querendi locus. *vid. Fritsch. ad cap. Joseph. d. l.* Quod etiam Evangelicorum in capitulis mixtis interest: quia alioquin & illis fraus fieri potest. *v. s.* §. *24.*

§. XXXIII. Ex illo autem Jure, quod circa constitutiones personarum idonearum, qui in Ecclesiis & Scholis munere suo funguntur, Imperatores quondam habebant, superest collatio quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum, quo de in A. B. mentio fit. *art. 5.* §. *1.* idem Jus *primariarum precum, cujus vi per universum Imperium in quolibet capitulo vel cænobio, unam personam idoneam secundum naturam beneficii conferendi, ad beneficium ecclesiasticum, primo vacaturum præsentat.* Unde hocce Jus nomen acceperit, an a *primis petentibus*, an a *precibus* pro Imperatore fundendis, an a modo expediendi, quod per *preces* sive intercessiones, quæ tamen reapse jussus sunt, fiat, vel aliunde dicatur? incertum est. Illud tamen certum, formulam in his literis usurpari:

Jus primariarum precum.

pari: umb unser ersten Bethe willen. Fluit vero hoc jus ex jure Majestatico circa sacra, quod agnoscit Catholicus scriptor *Buckisch. ad Instr. pac. art. 5. §. 18.* sed tamen pro superstitione seculorum superiorum, Imperatoribus ipsis etiam persuasum fuit, ex concessione, & indultu Rom. Pontificis id derivari: atque idem Pontifices asserere non dubitarunt. Observandum tamen in diplomate *Rudolphi II.* quod exhibet *Fauermeister. de Jurisdict. L. I. cap. 4. num. 48.* Imperatorem provocare ad inveteratam consuetudinem, & saltem addere, illam auctoritate Pontificis esse roboratam: item Matthiam Imp. in diplomate 1614. dato, hoc jus vocare Unser Anschnl. jus und Regal. *D. Mayer. de Jure primar. prec. §. 100. Vitriar. III 32. 9.* Quam Josepho invictissimo moverit hac de re litem Aula Romana, notum est. (*) Cæterum non tantum Augustæ Imperator in monasteriis fœmineis hoc jus indulget, sed & aliis interdum indulsisse, exemplis docemur. *vid. Schweder. P. Spec. Sect. I. cap. 5. §. 16. Schilter. de Libert. Eccles. Germ. in addit. 5. 6.* Exercet vero hoc jus in capitulis, Ecclesiis etiam cathedralibus, & monasteriis immediatis & hodie ubi id antea exercuit *art. 5. §. 18. J. P. M.* In mediatis *v. in dict. tabb. §. 16.* restringitur illud ad

tempus diei primi Januarii 1624. (alias in his & Principes Imperii vi territorialis potestatis id sibi adrogare solent. *vid. Schilt. de Lib. Eccl. Germ. in addit. 6. 5.*) Utitur tamen eo ita, ut ad normam statutorum & observantiæ idoneus præsentetur, & si in Ecclesiis & Collegiis Evangelicis, vel mixtis locus vacet, vel Evangelicus, vel ejus religionis consors nominetur, qualis fuit ille, qui beneficium antea possedit. *d. art. 5. §. 18. 26.* Quoad ipsa beneficia nihil interest, an in Ecclesia Metropolitana, an Cathedrali, an Collegiata vacet, sive majus sive minus, seu seculare, seu regulare sit: excepta tamen *Episcopali* ipsa dignitate, quam hoc modo conferri usus non fert. Nec interest porro, utrum vacet mensibus Papalibus, seu extraordinariis seu capitularibus, vel ordinariis *vid. Fritsch. de J. prim. prec. cap. 5. §. 4.* Effectus vero harum precum hic est, ut Precista aliis omnibus præferendus sit, cujus jus quomodo finiatur *apud Fritschium d. l.* latius legi potest.

(*) Cum enim Josephus Imperator anno 1705. Ferdinando Raesfeld, Ecclesiæ Mindensis Canonico, preces ad obtinendum in Capitulo Hildesheimensi locum concessisset, & hujus rei fama ad curiam Romanam pervenisset: non modo Nuntius Pontificis Coloniensis intercessit, & litteris ad præfatum Capitulum missis, asserere non dubitavit, preces Cæsareas sine Pontificis consensu invalidas esse; sed & ipse Romanus Præsul anno 1706. Capitulo Hildesheimensi, ne precibus Imperatoris

faceret

facceret satis., severe interdixit. Hoc assertum vero prolixius confutavit *Adamus Cortreius* in Repræsentat. Jur. primariar. Precum, Magdeb. 1706. 4to edita, nec non *Mich. Henr. Gribner*, Dissert. Lips. 1707. habita de Primariis Precibus Imperialibus sine Pontificis Indultu validis, quæ *Conrado Oligenio* (seu vero nomine Justo Fontannino) Pontificis partes tuenti, potissimum opposita est. Defuncto Josepho Imperatore lis illa recruduit. Hinc sub ficto nomine *Karoli Brisdeceni* (sub quo latere L. B. a Lyncker voluit) Vindiciæ Primariarum Precum Cæsareæ Majestati suo uno & proprio jure competentium anno 1712. prodierunt, ipsumque Judicium Aulicum Cæsaris, Gloriosissimo Imperatori Carolo VI. abusum Curiæ Romanæ demonstravit. Unde tandem Pontifex cedere, & jura Imperialia agnoscere coactus est. vid. El. Jur. Publ. T. VI. p. 953 sqq.

§. XXXIV. Præterea vero ex illa parte juris circa sacra, de qua diximus, superest etiam Jus circa *Scholas* publicas, & eas, quas hodie vocamus *Academias*. Quam curam in Germania suscepisse *Carolum M.* & alios Imperatores nouimus, & ita quidem, vt ejusmodi Scholæ, vel Collegiis Monasticis, vel Canonicorum fuerint annexæ. Postea & aliæ scholæ natæ, in quibus majora studia tractanda fuere, omnesque artes liberales, quæ Universitates dictæ Studiorum, quibus etiam simul facultas data fuit honores scholasticos bene meritis conferendi. Hodie scholæ majores duplici ratione considerari possunt. Uno enim modo considerantur prout

Jus circa Academias.

ut collegia continent docentium, & discentium: altero, quatenus dignitates scholasticæ in illis conferuntur. Priori modo Cæsar hodie, ut Cæsar, vix tales scholas instituet, quousque locus deficit, ubi commode institui possunt. Instituunt tamen in territoriis suis Status Imperii: quales scholæ *Gymnasia* vulgo dicuntur. Imo sub directione territorialis potestatis, & Magistratus inferiores ejusmodi Gymnasia & triviales scholas, vt vocantur, instituere solent, illisque præficiunt regentes, & docentes, quibus salaria præbent, eisque & discentium cœtui leges præscribunt. &c. Altero respectu Cæsar scholas, quæ Academiæ dicuntur, constituit, nec tamen id facit sine petitione, vel assensu Status illius, sub quo Academia erigenda. Existimatum etiam fuit olim Pontificis, qui id sibi juris sumsit, auctoritate opus esse, & privilegiis, si Academiæ instituendæ. Sed apud Evangelicos id hodie explosum est. Imo & in LL. Imperii Doctoribus nulla quæstio movetur, qui in Academiis promoti privilegiis tantum Cæsarum Germanicorum munitis. *Ord. Cam. P. I. tit 3.* Ipsos vero Ordines Imperii tales Academias erigere ausos fuisse, nullum exemplum est, quicquid alias de potestate ipsorum hac in parte disputetur. *vid. Rhet. de Jur. Imp. circa sacra.*

Itter.

Itter. de Grad. Acad. cap. 6. Neque ex Instrum. Pacis, *art. sc. 10.* §. *13.* colligi poteſt, reſervatum hoc Imperatoris Ordinibus eſſe communicatum. *Conf. Privil. Friderici Pot. Regis Boruſſiæ Acad. Hallenſi* data, quibus accurate diſtinguuntur illa, quæ ad Cæſaris, & Domini territorii jura pertinent. De ipſis vero Academiis & illarum privilegiis & juribus hic agere inſtitutum non patitur. *vid. Limn. L. VIII. Schweder. P. S. Sect. 1. c. 6. Conr. Diſſ. Acad.* Vicariis Imperii jus Cæſareum circa Academias ſede vacante nullibi ademptum eſt: nec tamen exemplum exerciti extat. *vid. Itter. de Gradib. Acad. cap. 11.* §. *16. ſeqq.*

§. XXXV. Quod denique ad *Advocatiam* attinet, triplici illa, quam ſupra memoravimus, adhuc gaudet & utitur Imperator. Generalem totius eccleſiæ Chriſtianæ der Chriſtenheit und Chriſtl. Kirchen, quæ in toto mundo congregatur, recipit per Capitulationes, & ideo Oberſter Voigt und Advocat der Chriſtenheit und Chriſtl. Kirchen, paſſim in Receſſibus dicitur, R. I. 1500. §. Und nachdem ꝛc. non quidem ratione poteſtatis, ſed dignitatis. Quo ipſo tamen multo magis in ſe etiam recipit tutelam Chriſtiani cœtus, qui ſub ejus imperio colligitur, quam alias jure imperii tueri debet. Hanc vero Advocatiam etiam ad eccleſiam Evangelicam pertinere diſerte ſpondet

Praxis circa Advocatiam.

det hodie Cæsar, simul promittens defensionem Pontificis & Sedis Romanæ, quam ad stipulationem Catholicorum recipit, neutiquam officere debere paci religiosæ & profanæ. *vid. art. 1. Capitul.*

CAP. XLIII.

DE JURIBUS IMPERANTIUM CIRCA PROFANA, ET IN SPECIE DE ILLIS, QVÆ IMPERATORI ET ORDINIBUS IMPERII OMNIBUS SUNT COMMUNIA.

§. I.

Connexio. JUra Majestatica circa profana in genere, vel in thesi ut prolixe exponamus hic, non opus est, cum passim tradantur, nec tantis dubiis obnoxia sint, ac ista circa sacra. Illud magis a nobis oportet fieri, ut, cum in nostra Republ. in diversa subjecta sint distributa, intelligamus, quibus hoc, vel illud inhæreat. Atque primo quidem de illis erimus solliciti, quæ cum Statibus Cæsari communia sunt, ac in §. illo famoso *Gaudeant. art. 8. J. P. O.* recensentur.

Jus Nomotheticum. §. II. Huc pertinent 1.) Jus legislatorium, seu jus leges universales condendi, quod cum antiqua observantia, tum etiam formulæ recessuum Imperii, mit der Stän-

de Ermessen und Bewilligung ꝛc. Rath und Zuthun. It. Unser und gemeiner Stände Abschiede. *R. I. ann. 1564.* §. Damit dann *1570.* §. Weiters nachdem *1564* §. Haben sie, & alia loca, quæ collegit *Schweder. P. S. Sect. I. cap. 25. num. 3.* satis probant, atque novissime dicto §. *Gaudeant & art. 2. Cap. Leopold. & Joseph. & Carol.* novum robur accepit. *vid. cap. 6.* §. 7. Quibus etiam jus leges interpretandi, quod pars est nomotheticæ potestatis, Imperatori, & Statibus simul asseritur. Potest tamen fieri, ut Status interdum facultatem interpretandi relinquant soli Cæsari, quo casu utique exceptio a regula aderit. *Schweder. d. l.*

§. III. Sequitur jus *belli* & quidem 1.) *decernendi*, nomine totius Imperii. De hocce jure quid tempore *Maximiliani I.* cautum, legitur in Handhabung des Friedens de ann. 1495. sub rubr. die Königl. Majestät *Capitulationibus v. & J. P. d.* § *Gaudeant.* Statuum jura explicatius proposita, & formata. Ex quibus intelligimus, rem ita hodie se habere: Imperatorem bellum offensivum sine Statuum consensu comitiali suscipere non posse, nisi necessitas id exigat, & periculum in mora præventionis forte sit, quo casu sufficit Electorum consensus; defensivum autem solum Imperatorem suscipere posse. *art. XI. Cap. Caroli V.* §. Wo wir aber *art. 8. Cap. Leop. & Joseph.* Jus belli decernendi.

Joseph. d. verb. Wo wir aber ꝛc. *art. 4 Cap. Car. VI.* Quoniam autem instrumento Pacis W. jus bellum declarandi indistincte ad negotia Comitialia relatum, reliqui Status a regula nullum casum exceptum volunt: imo bellum defensivum non adeo illimitate concedere volunt Imperatori, uti ex monitis apud *Herdenium* G. B. *pag. 3. cap 3. pag. 223.* satis patet. Fortassis quoad bellum defensivum dici potest, versiculum illum: Wo wir aber ꝛc. intelligendum esse de subitanea defensione, quæ moram nullam patitur, cæterum eo casu, ubi bellum defensivum continuandum, aut in offensivum commutandum, idem dicendum esse, ac si bellum offensivum suscipiendum. Quorsum etiam *art. 15.* pertinere videtur *Joseph. Cap. & 16. Leopold.* Qua ratione bellum a solo Cæsare anno 1702. contra Gallum declaratum, quod nonnulli LL. publicis adversari putarunt, & postea id consensu Comitiali eodem anno repetitum, legitur *in Spec. Status ad ann. 1702. M. Jun. pag. 10. M. Jul. p. 48 M. Nov. p. 6.* Huic juri bellum decernendi proximum est 2.) *jus conscribendi militem Imperii*, sine quo bellum geri non potest. Quod diserte asseritur Statibus in *R. J. 1532.* §. Und sollen *1598.* §. Und demnach *d.* §. *Gaudeant. Non obst. Capit. art. 10. Leop. & 15. Joseph.* ubi Electorum consensus tantum requiri-

Legendi militem

quiritur: nam id intelligendum eſt de caſu defenſionis, & ſi res moram non patiatur. Atque ideo milites lecti in ſervitio dicuntur eſſe Imperatoris, & Imperii, des Reichs-Volck, Reichs-Armée, atque & Imperatori & Imperio jurejurando ſe obnoxios reddunt, leges ac articulos, atque ſtipendia ab Imperatore & Imperio, & hæc interdum a ſolis Statibus accipiunt, & jurisdictio in eos nomine Imperatoris & Imperii exercetur. Reuter-Beſtallung *1570. art. 10.* Fußknechts-Beſtallung *570. art. 172. R. J. 1641.* §. Bey dem andern *1500. tit. 55. 57. 1555.* §. Derowegen *Schweder. P. S. Sect. I. cap. 36.* Atque id non tantummodo locum habet intuitu gregarii militis, ſed etiam officialium, & ſummi quoque belli ducis generalis. *R. J. de 1500. art.* Des Reichs Hauptmann, it. Des Hauptmanns Eyd *1530* §. Und derſelbige Hauptmann. *123.* Imo ſi ipſe Imperator exercitui præeſſe vult, conſenſu Ordinum id fit. *R. J 1557.* §. *71. 1566.* §. *51.* Et ſi quidem Ordines Imperatori hanc electionem delegant, quod interdum fit *R. J. 1541.* §. *46.* munus illud non niſi Germano concedendum, *Cap. Leopold. & Joſeph. art. 40. R. J. 1521.* Denſelbigen Volck. ubi de minoribus officiis. *Dn. Strykii diſſ. de Jure Milit. Imp. cap. IV. ubi* §. *9.* de Conſiliariis bellicis agit. Annis ſuperioribus Regi Joſepho ſummam bellici

est dubium. Quoniam tamen usus Jurium Majestatis in subjecto existentiæ sive proprio sejunguntur, aut in plures personas distribuuntur, ac in *Maximil. I.* Constitutione supra allegata, nihil de jure pacem faciendi Ordinibus communicato habetur; de eo vero sæpius disputatum fuit: num Ordines in partem hic vocandi sint? id quod præsertim negarunt Cæsarei sub initiis Tract. Westphal. *vid. Pfann. Hist. P. IV. L. 2. §. 11. Pufend. Hist. Suec. XIX. §. 62. & Lib. XVI. §. 48. & 53.* tandem decisa controversia in *d. §. Gaudeant. art. 8. J. P. O. & proœm. verb. Consentientibus.* Recruduit tamen *in Tr. Pac. Noviomag.* hæc lis, ubi placuit tandem, non omnes, sed eos Status congressui huic interesse debere, qui principaliter bello fuissent impliciti, reliquorum interesse Imperatoris curæ relinqui, qui id speciatim Statibus promittebat. Sed cum deinde in tabulis pacis nulla mentio consensus Statuum facta, Ordines hac de re protestati sunt: & Electores *noviss. Capit. art. 13.* novam clausulam adjecerunt, ne liceat futuro Imperatori, pacem facere sine concurrentia & consensu (Zuthun und Einwilligung) Statuum. *vid. Obrecht. ad art. J. P. IV. verb. Consentientibus d. §. Gaudeant. art. 8. verb. ubi Pax.* Quam dispositionem ad armistitia, seu inducias quoque pertinere monet *Vitriarius* (longio-

Maximil. I. Handhabung des Friedens *ann. 1495. Tit.* die Königl. Maj. *R. I. 1512.* §. *it.* haben. Sed quia illa dispositio de *fœderibus nocivis* loquitur, atque difficultas ex hac re oriri potest: Electores *art. 7. Cap. Car. V.* caverunt, nullum omnino fœdus keine Bündnüß, oder Einigung mit fremder Nation, noch sonst im Reich, ab Imperatore, qua tali, in rebus Imperii, sine eorum consensu iniri posse. Sed *P. O.* §. *Gaudeant.* & reliquis Statibus hac in parte prospectum, idque repetitum *Ferdinandi IV. art. 7. Leopold. & Jos. 10. Capit.* Excipitur tamen ibidem casus, ubi publica salus & utilitas moram non admittit, quo casu Electorum consensus Collegialis sufficit, sed provisionaliter saltim, usque dum Comitia possunt haberi. Ordines reliqui in monitis *apud Herden.* isti clausulæ contradixere, sed frustra. (*)

(*) Clausula illa in art. 6. Capitul. Carol. VI. denuo repetita est, quamvis & Principes rursus in gravaminibus suis desuper conquesti sint. Conf. Ell. J. Publ. T. IIX. p. 779.

§. VI. Ut nervus rerum gerendarum tempore belli & pacis pecunia non desit, opus est, ut cives Imperii ac subditi in commune aliquid conferant, quod collectas, contributiones vocant. Collectarum universalium jus in Imperio juxta antiquam Germaniæ praxin haud solis Cæsaribus Jus Collectar.

competit, ſed ab illis conſenſu Statuum eſt exercitum. Cum vero tempore *P. W.* multæ hac de re ſuborirentur querelæ §. *Gaudeant.* res hæc deciſa, non licere ſcil. ſine Ordinum conſenſu exigere collectas univerſales, quæ res *Cap. Ferdinand. IV. art. 14. Leopold. 17. Joſeph. 16. Carol. VI. 5.* confirmata. Utrum vero, ſi collectæ tales decernendæ, pluralitas votorum vincat nec ne, nec tempore Weſtphalicæ pacis §. *52. art. V. J. P. O.* nec poſtea in Comitiis definitum eſt. De hac lite *vid. Limn. T. V. l. 9. cap. 4. num. 182.* Grundfeſte *P. III. cap 7. pag. 286. Itter. de Feud. Imp. c. 21. §. 14.* Qua de re quid in theſi ſentiendum, bene explicat. *Ziegl. de Jur. Maj. L. II. cap. 3. num 16.* Cæterum modi collectandi duo potiſſimum recepti fuere, unus ſecundum denarium communem vel æs & libram, nach dem gemeinen Pfennig. *vid. Rec. 1495. 1512.* alter, qui frequentior hodie eſt, ſecundum æſtimationem Romanæ expeditionis, nach dem Römer-Zug, de cujus origine & ratione *vid. R. J. 1521.* §. Auch haben uns *1522.* pr. aliique textus allegati a *Schweder. d. l. cap. 26.* §. *9.* Quibus hodie tertius accedere ſolet, conventionis cum Statibus, die gütigen Tractaten mit denen Ständen. *vid. Maurit. de Matric.* §. *27. Kulpiſ. ad Monzamb. P. II. cap. 5.* §. *7.*

§. VII. Et hæc quidem jura nominatim in

in *J. P.* §. *Gaudeant.* referuntur: non tamen hæc sola, sed etiam alia ad hunc censum pertinere indicant verba §. *Gaudeant* sine contradictione jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, præsertim &c. Ex quibus apparet, quæ ibidem in specie allata sunt, exempli tantum causa esse adducta. Quod & comprobant verba: *aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum, aut quicquam simile posthac unquam fiat, vel admittatur, nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio, & consensu.* At quænam ista sint, non adeo est in proclivi edicere, nec temere a privato id fieri potest, quam quousque id ex LL. publicis scriptis & non scriptis didicit. Nam hac clausula Cæsaris reservata omnia esse absorpta minime dixeris. Recensentur vero quædam adhuc in §. *Habeantur d. i A. VIII.* quæ partim ad LLtoriam potestatem pertinent, ut *emendatio defectus Comitiorum, electio R. Regum, certaque & constans Capitulatio* (de quibus *supra cap. 21. §. 2. cap. 11. §. 8.*) *modus & ordo in bannum Imperii declarandi præter eum, qui alias in Constit. Imperii descriptus, reformatio Politiæ & justitiæ, Ordinaria deputatio formanda, munera Directorum in Imperii Collegiis*; partim ad Jus Collectarum, *ut Renovatio matriculæ, moderatio, & remissio Collectarum*, vel ad

De similibus Juribus.

ad augendum publicum ſtatum, ut *redintegratio circulorum.* Grundfeſte III. 1.

De Jure ad adlegandi. §. VIII. Porro huc pertinet jus illud legatos mittendi ob cauſas ad totum Imperium pertinentes, ſine quo negotia belli & pacis cum exteris expediri non poſſunt. Quoties itaque hac de cauſa legati ad exteros mittendi, & negotium ſoli Cæſari Ordines non committunt, cum legatis Imperatoriis una Status & ſuos mittunt, id quod praxis Imperii, Receſſusque varii ſatis teſtantur, quos collegit *Schweder. c. 28. §. 4. vid. Rec. 1576. §. 107. ſeqq. 1603. §. 29. Cap. Joſeph. art. 13 in fin.* atque ipſa etiam natura Juris belli & pacis ac fœderum communicati, ut antea fuit dictum. *vid. D. Ludw. Tr. de Jure adleg. Ord. Imp. cap. 10. §. 2.*

Recipiendi legat. Eodem modo huc refertur jus legatos recipiendi & audiendi, ſi propter negotium miſſi ſunt, quod ad totum Imperium pertinet, cum abſque Ordinibus nihil ſtatuere poſſit Cæſar, quibus caſibus interdum Cæſar una cum Statibus illos audit, interdum ſolus Cæſar, & Ordines ſoli. *vid. Schwed. d. l. cap. 28. Ludw. de Jur. adleg. cap. 2. §. 6.*

Jus recipiendi Statum Imper. §. IX. Porro huc referunt nonnulli jus recipiendi aliquem in Statum Imperii, quod probant per *§. ult. R. J. 1654.* quamvis in Capitulationibus id non habeatur, ſed præter Electorum, conſenſus Collegii, vel

ſcamni

scamni in quod Candidatus recipiendus sit, exigatur tantum: *vid. Capitul Caroli VI. art. 1.* uti etiam in receptione Principis Mundelheimensis Civitatum consensum non fuisse expetitum supra monuimus *c. 30. § 12.* (*) Cæterum jus faciendi *novum Electorem* Imperatorem Statibus commune fore promisisse, dictum supra *cap. 25. §. 3. Spec. Stat. M. Jul. 1706. pag. 64.* Pariter jus suspendendi, vel excludendi Statum a voto & sessione in Comitiis, extra casum banni, Ordinibus communicatum legitur *in art. 3. Cap. Leopold. & Joseph. & Capit. Carol. VI. art. 1.* Item jus constituendi, mutandi & transferendi summum Imperii tribunal, quod Camera dicitur, atque disponendi circa illud it. taxam sportularum præscribendi *§. Habeantur. §. 8.* de quibus infra seorsim agendum erit. Jus *monetæ*, s. cura ut moneta sit justa, & legibus monetariis conveniens *Ferd. I. Munz. Ord. d. 1559. Cap. Caroli V. art. 27. Leop. 33. Joseph. 32. & Carol. VI. 9.* ibi: mit Rath der Churfürsten und Stände des Reichs, quæ res solennis materia solet esse comitiorum. *vid. Schweder. d. l. §. 8.* Solet etiam quædam hujus rei cura, præsertim quoad probationem & executionem legum monetariarum, Circulis & eorum Directionibus committi. *R. J. 1551. §. 40.* Müntz-Ordn. §. *158. Jpr. Feud. cap. IIX. §. 34.* Referunt etiam huc nonnulli

Jus circa Cameram.

Jus monetæ.

jus viarum publicarum. *vid. Jpr. Feud. d. l.*

(*) Civitates tamen hoc ægre ferunt, & ad tales deliberationes pariter admitti volunt. vid. Elect. Jur. Publ. T. III. p. 933. gegenwärtige Verfassung der Käyserl. Regierung in Deutschland/ in Append. p. 239.

CAP. XLIV.

DE JURIBUS CÆSARI ET ELECTORIBUS COMMUNIBUS.

§. I.

Jus circa vectigalia.

AGendum nunc est de illis Juribus Majestaticis, quæ Imperatori cum Electoribus sunt communia, & ad triplicem classem referri possunt. Primam classem facimus illorum, in quibus unanimis Electorum requiritur consensus, quorsum pertinet Jus *nova vectigalia instituendi, augendi, vel prorogandi, vel Jus illud aliis concedendi.* Intelligimus autem hoc loco sub nomine *Vectigalis* munus reale, quod pro invectione, aut evectione, aut etiam transitu saltem mercium, vel personarum, ac jumentorum præstari solet. Nolo hic repetere, quæ in Jure Civ. de hac re habentur, quo injussu Principis vectigalia exigens in crimen Majestatis, vel ambitus incidit, & de vi publica tenetur. *vid. dict. c. 8. Jpr. Feud. §. 29.* Saltem id monendum, *Francicos* & *Germanicos* Reges ac Imperatores vectigalium Jus & exercitium sibi solis per omnes Imperii & Regnorum partes vin-

vindicasse, donec pedetentim exercitium variis titulis expressa interdum concessione, qualis est in *A. B. cap. 9.* §. *2.* intuitu Electorum, interdum etiam tacita per consuetudinem & præscriptionem immemorialem. *vid. Cap. Leop. art. 21.* ibi: Rechtmässig erlangt, oder sonst ruhiglich hergebracht, ad Ordines Imperii aliosque peruenit, ita ut hodie nulli, vel exigui saltem proventus Imperatori ex teloniis supersint. *vid. d.* §. *29. cap. 8.* Uti vero nemo potuit sine speciali concessione Imperatoris vectigalia exigere, vetera augere, vel prorogare. *Spec. Svev cap. 12. n. 4.* Reichs-Abschied *1576.* §. *116. 117.* ita tamen Cæsar hæc suo arbitrio indulgere potuit. *Cap. Leop. art. 21.* & *Joseph. art. 20.* ibi: da der Churfürstl. Consens. per acta & Capitulationes noch nicht also eingeführet, oder nöthig gewesen.

§. II. Hodie per Capitulationes ob graves causas eo deventum est, ut nec Imperator ipse vectigalia erigere, nec aliis concedere, nec concessa antea augere & prorogare sine consensu Electorum queat. *Cap. Caroli V. art. 18. Ferdin. IV. art. 19* & ita quidem, ut consensus hicce ab Electoribus, vel legatis illorum collegialiter congregatis, non per nuncios vel literas declaretur, & quidem, quod *Leopoldi* Capitulationi *art. 21.* & *Joseph. 20. Carol. VI. art 8. pr.* noviter additum, omnes & singuli. **Jus hodiernum.**

con-

consentiant ita, ut hic nullus locus sit suffragiis majoris partis. Erit etiam procul dubio ratio habenda novi Electoris *Brunsuicensis*, si res illa ad exitum pervenit. Imo nihil eorum fieri potest, es seyen denn die benachbarte und interessirte Stände, und dero erfoderter, auch in gebührende Consideration zu ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen. Insuper etiam Electoribus illorumque subditis, ministris, aliisque personis privilegiatis immunitas ab ejusmodi teloniis novis, vel auctis, & prorogatis præstari debet, *art. 23. Leopold. & 22. Joseph. & Capitul. Carol. VI. art. 8.* §. Auch sollen und wollen wir diejenigen Stände ꝛc. Sunt etiam varia remedia adversus eos, qui de facto usurpant nova telonia, proposita in capitulationibus, inter quæ illud notabile, quod liceat Electoribus, aliisque Statibus Imperii, imo etiam Nobilitati immediatæ, contra ejusmodi nova telonia, sine legitima concessione instituta, via facti procedere, *art. 21. & 22. Cap. Leopold. & art. 20. 21. Joseph.* ibi: sich solcher Beschwerung, so gut er kan, selbsten zu entheben. *Capit. Carol. VI. art. 8.* §. Wann auch einige. Uti vero hæc omnia minime obsunt illis, qui eo tempore, ubi consensus Electorum, vel plane non, vel saltim individualis haut requirebatur, jus vectigalis debito modo impetravere, vel acqui-

ſivere per dict. *art. 21. Leopold. & 20. Joſeph. & 8. pr. Carol. VI.* ut *Archiduces Auſtriæ. Limn. V, 2.* Electores *Brandenburgenſes*, qui pro lubitu etiam vectigalia in terris antea poſſeſſis, & poſtea poſſidendis augere poſſunt. *Schepliz. in Conſv. Marchicis P. IV. tit. 5. §. 3. Rhet. l. VI. 24. 5. c. 2. 3. §. 4.* ita ex his ſatis apparet, nulli Statui jus hocce, tanquam partem territorialis poteſtatis competere, ſed dependere illud ex ſpeciali Cæſaris, & hodie quidem cum conſenſu Electorum, conceſſione. *Conf. Vitriar. III. 4. 6.*

§. III. Quoniam autem ſub prætextu Juris ſtapulæ der Niederlage, und Stapel-Gerechtigkeit, item Juris Geranii, des Gran-Rechts, ſæpe abuſus juris telonii naſcuntur, & vel nova vectigalia exiguntur, vel antiqua augentur: ideo pariter Capitulationibus cautum, ſine conſenſu Electorum unanimi ac collegiali non debere ejusmodi conceſſiones fieri, & ſi factæ, irritas illas eſſe. *art. 21. Leopold. 20. Joſeph. & Carol. VI. art. 8. §.* Dieweil ſich aber zuträgt. Ex quibus iterum patet, *Stapulæ Jus*, vel *Geranii* non dependere a territoriali poteſtate, ſed Cæſaris ſpeciali indultu cum conſenſu Electorum. De cætero quid Jus *Stapulæ* ſit, & Jus *Geranii* legi poteſt *apud Leub. de Stapula Sax. & Schwed. d. l. cap. 20.* Nobile exempl. in noſtra Lipſia extat,

Jus Stapulæ.

tat, cujus amplissima Privilegia wegen der Niederlage und Stapel der grossen und kleinen Waaren extant *in Ordin. Mercat. Lipsiensi.* Præter istam vero in Misnia *Grimma* habet jus Stapulæ ratione asserum, & ligni. Alia exempla habet *Schwed. d. l. §. 15.* Quomodo ab istis differat jus emporii, docet *Marquard. de J. Merc. L. II. c. 6. Ziegl. de J. M. l. 42. 2. Schwed. d. l. c. 17. §. 19.* Pariter *art. 22. Leopold. & 21. Joseph. & Capit. Carol. VI art. 8. §.* Wann auch einige ꝛc. cautum, ne Civitates immediatæ, & mediatæ merces ineuntes, & exeuntes gravent, unter dem Nahmen Accis, Umbgeld, Niederlage, Stand- und Marck-Recht, Pforten, Brücken- und Weg-Kauffhauß-Reythen-Pflaster und Cento-Gelder, und andern dergleichen Impoſten. Salva tamen jura sunt, quæ olim ante bellum tricennale in usu fuere, permissumque Civitatibus immediatis, vt per modum *Accisarum* consumtionis a civibus suis sine damno peregrinorum quid exigere possint: quod & aliis Statibus concessum est, scil. eo modo, qui in quolibet territorio est receptus. *vid. Mylerus de Juribus Statuum Imperii P. II. cap. 65. qu. 3. 13. præsertim Knipschild. de Civit. Imperii Lib. II. cap. 19. Dn. Stryk. in diss. de via facti Principum Imperii cap. 2. §. 11.*

Jus alienandi. §. IV. Altera classis est eorum, in quibus majoris partis Collegii Electoralis con-

consensus sufficit. Quorsum 1.) referendum est jus *alienandi, & oppignorandi res Imperii*, itemque *conferendi feuda aperta.* Olim in hac re procul dubio laxior fuit potestas Imperatorum usque ad tempora *Caroli V.* atque ex illorum arbitrio ea stetit: testantur tamen monumenta, consensum Principum, vel consilium in ejusmodi rebus alienandis eos adhibuisse. *vid. Lehm. in Chron. Spir. L. 5. cap. 105. Limn. ad Capit. Carol. V. art. 24. pag. 273.* Præcise autem Principum consensum, vel saltem Electorum necessarium fuisse, hactenus nondum probatum est. *vid. Franzk. Resol. I. L. II. it. Deductio Saxon. in Causa Juliacensi de 1654.* Cum Carolo tamen V. hæc pactio inita, ne sine scientia, & consensu Electorum ohne Wissen, Willen, und Zulassen gemeldter Churfürsten sambtl. aliquid alienetur, vel oppignoretur. *art. 9. cap. ejusd.* ibi: nichts hingeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere Wege veräusern, quæ clausula postea in omnibus Capitulationibus retenta est. *vid. Leop. & Joseph. art. 12.* Etsi vero *Limn. ad d. art 9.* ex voce Sämbtlich unanimem consensum hic exigit: rectius tamen sentiunt, judicio meo, qui vocem illam pro eodem, quod *collegialiter* alias significat, accipiunt *Schweder. d. l. c. 23. §. 3.* Nam in dubio majori parti semper suffragiorum locus, nisi

ex-

exceptio clare probari possit. Reliqui Status & suum consensum hic necessarium esse voluerunt, ut monita ad Capitulationes docent; sed de eo nihil hucusque illis est insertum. (*) Nec ex Instrumento *P. W. Osnabrug.* & *Monasteriensi*, quicquam potest pro Statibus afferri, quo cessiones de consensu Imperii factas novimus: quandoquidem id, quod pacis & securitatis causa factum, in consequentiam trahi non debet.

(*) Juxta novissimam autem Capitul. Carolinam ejusque art. 10. omnium Statuum consensus expetendus est.

Jus infeudandi. §. V. Ex his vero consequens est, 2.) nihil ex bonis Imperii *in feudum* dari posse, sine consensu Electorum, quod hactenus non fuit in hunc usum destinatum. Quoad illas res, quæ in usum feudalem

Jus dandi feuda aperta. destinatæ fuere, & in feudum dari solitæ, olim sic jus erat, ut teneretur Imperator feuda vexillifera aperta aliis iterum in feudum dare. *Spec. Suev. I. 32. 3. Spec. Saxon. Lib. 3. art. 60.* Sed per Capitulationes eo deventum, ut, si res majoris momenti, so etwas merckliches eintragen, als Fürstenthumb, Graffschafften, Herrschafften, Städte 2c. Imperio aperiantur, illas Imperator solus iterum conferre non possit, sed Imperio incorporare debeat ad sustentationem Imperatorum, & commodum Imperii. Atque ideo nec expectantiam super

per talibus feudis largiri potest. *art. 24. Cap. Caroli V. art. 30. Leopold. & 29. Joseph.* Qua re mederi voluerunt defectui proventuum Imperatoriorum, usque dum ad pristinum statum Imperium redeat. Biß so lange dasselbe Reich wieder zu Wesen und Aufnehmen kommen. Quæ quidem clausula omissa in novissimis duabus Capitulationibus: inserta tamen illis, & *Cap. Ferdin. IV.* alia: ohne Vorwissen der Sieben Churfürsten: cujus contraria ratio indicat, cum eorum consensu (nam de hoc puto, illam præscientiam explicandam esse) ejusmodi res iterum in feudum dari posse. *Rhet. I. Feud. 9. pag. 360. Schweder. d. l. c. 23.*

§. *10.* (*) Cæterum ad Electoratus Seculares istam non pertinere partem Capitulationum, sed hos iterum necessario in feudum dandos esse, ne numerus Electorum imminuatur, affirmant plerique ex *§. 5. Tit 7. A. B.* ibi: *de ipso providere debebit, & poterit:* ad quam specialem legem generalis illa dispositio non trahenda est, nec eam tollit *Limn. II. 9. 15.* Utrum vero consensus Electorum & hic necessarius? magna disputatio est, quæ lege publica nondum definita. Affirmantium opinio rationibus firmioribus innixa videtur, & illi præsertim favet *art. 39. in fin. & 44. Leop. 38. & 43. Joseph. vid. Limn. ad Cap. Caroli V. art. 24. p. 267. Rhet. I. 7. 18. A. E. H.*

Quid juris circa Elect.

T. I. pag. 219. (**) De regno Bohemiæ, & Electoratu Bavarico speciales extant dispositiones in *A. B. Tit. 7. §. 3. art. 4. J. P. O.* § *3.* Circa Ecclesiasticos Electoratus hæc quæstio non facile contingere potest, cum jure electionis novi investiendi sistantur Imperatori. *vid. Schweder. d. l.* §. *8.* Ex his etiam colligunt, pacta Confraternitatum Imperatorem ratione majorum feudorum confirmare non posse sine consensu Electorum. *Limn. IV. 8. 153. Carpz. de Confr. Sax.* §. 7. quibus contradicit *Rhet. I. F. 7. p. 354. n. 26.* Interim Capit. duabus novissimis, *art. 6.* omnes Statuum anteriores Confraternitates confirmatæ sunt. *Conf. Jpr. Feud. Long. cap. 16.* §. *9.*

(*) Juxta Capitul Carol. VI. art. 11. §. Wenn auch ins künfftig. neque feudum apertum, neque expectantiam super eodem alii concedere debet Imperator ohne der Churfürstlichen/ Fürstlichen/ auch [wenn es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut] Städtischen Collegiorum, Vorwissen und Consens. vid. Autor der gegenwärt. Verfass. p 98. lit. l.

(**) Hæc disputatio jam lege publica est definita & affirmantium sententia approbata. vid Capitul. Carol. VI. art. 11. § Wenn auch ins künfftig.

Jus Oppignorandi bona Imper.

§. VI. Alienationum species cum sint oppignorationes, vel hypothecarum constitutiones *l. f. C. de Reb. alien. non alienandis*, in hunc censum quoque veniunt, atque sine consensu Electorum, (& hodie, Principum ac Statuum Imperii, juxta Capit. Carol. VI. art. 10.) fieri nequeunt per

d. t.

d. t. Capit. ibi: Verschreiben, Verpfänden, Versetzen. Olim Imperatores, & præsertim *Carolus IV.* nimis faciles in rebus Imperii oppignorandis fuere: ob quam rem civitates *Suevicæ & Rhenanæ* peculiaribus privilegiis, ne oppignorari possint, sese muniri curarunt, cuius rei exemplum Francofurtum est. *Limn. VII. 16. 13. & 14.* Atque & ideo *art. 9. Cap. Caroli V.* & in omnibus sequentibus cautum, ne hoc liceat sine consensu Septemvirorum; & hodie post Capitul. Carol. VI. art. 10. omnium Statuum Imperii; prout jam observatum est. Circa oppignorationes vero antea factas in *Capit. Caroli V. art. 4.* & omnibus sequentibus *Leopold. & Joseph. 3. & Capit. Carol. VI. art. 1* conventum, Imperatorem illas debere confirmare, Statusque intuitu illorum tueri, sie dabey Handhaben, schützen und schirmen. Quæ clausula quidem reluitionem pignoris, cui quousque debitum non solutum, alias nunquam præscribitur *Franz. Ex. V. qu. 6.* non tollit, *Limn. ad Cap. Carol. V. pag. 151.* nisi aliud fortasse placuit, hoc scil. daß die Pfandschafft unablößlich seyn solle. Quoniam tamen tempore *Ferdinandi II.* jus redimendi ejusmodi res, quas Evangelici tanquam oppignoratas possidebant, ab Imperatore Catholicis concedebatur, atque hi sub hoc prætextu A. C. addictis

in ejusmodi territoriis oppignoratis insidias struebant, & libertatem conscientiæ, & bona ecclesiastica adimere conabantur: maxime inde ortæ sunt querelæ, tandemque pace Westphalica *art. 5. §. Quod ad oppignorationes*, conventum, Status in tranquilla & quieta possessione oppignorationum Imperialium defendendos, & manutenendos esse, usque *dum consensu Statuum* aliter statutum fuerit; & ideo civitati Lindau, ac Weisenburgo in Noricis reddita sorte oppignorationes Imperiales ipsis ademtas illico, & plenarie restituendas. *vid. Obrecht. ad J. P. W. a. l.* Atque sic illud, quod in *art. 12. Capit. nov.* habetur, de studio recuperandi, quæ alienata sunt, ad hasce res oppignoratas non pertinet. Cæterum iste §. neutiquam ad immediatos, qui non sunt Status, multo minus ad mediatos pertinet, nec ad illa bona, quæ Status Imperii sibi invicem oppignorarunt. De quibus *vid. seq. §. Quæ vero bona. Conf. Dissert. Strauch de oppignorat. Imperial.* quæ extat *in Vol. novo Fritsch. n 3.*

Concessio Juris monetandi. §. VII. Jus monetæ ad summam Majestatem pertinere late docet *Dn. Ziegl. de Jur. Maj. l. 49.* Usu juris publ. nostri Romano-Germanici inter se distinguuntur jus monetæ 2.) jus cudendi monetam, & 3.) jus concedendi privilegium cudendi mone-

monetam. De primo actum *C. prac.* §. *8.* Secundum est Imperatoris: ex cujus tamen beneficio ad alios exercitium hujus juris transiit. *In A. B. t. 10. Regi Bohemiæ, & Electoribus* concessum. Postea ad alios quoque, vel beneficio expresso, vel tacito, immemoriali præscriptione scil. pervenit: negandum etiam non est, ante A. B. quosdam hoc jure gavisos esse. *v. Limn. ad c. 10. A. B.* §. *2. Jpr. Feud. Long. cap. 8.* §. *35.* Etsi vero hoc jus concedendi privilegium monetandi olim soli Imperatori competiit, *Spec. Svev. L. I. cap. 12.* §. *4.* Land-Recht *Lib. 2. cap. 26. R. J. 1551.* §. *46. M. O.* §. *178.* Attamen in *Rudolphi II. Capitul. art. 29. & seqq. omnibus* cautum, ne sine præscitu Electorum illud jus concedatur. Novissimis duabus Capitulationibus *art. 34. Leop. & 33. Joseph.* hæc verba adjecta, und ohne absonderliche Einwilligung und Consens der 7. Churfürsten. Idem habetur in *Capitul. Carol. VI. art. 9.* Quod verbum absonderlich non de *individuali*, sed *speciali* consensu Electorum explicandum est. *vid. th. 37. d. c. 8. Jpr. Feud.* Equidem sunt, qui putant Imperatorem cum consensu Electorum mediatis hodie jus monetandi conferre non posse, inter quos est *Dn. Schweder. P. S. Sect. I. c. 22. num. 3.* Sed id textus allegati Capitulationum secum non ferunt: imo contrarium docent verbis:

bis: moſſen wir denn ꝛc. ibi: ohne Mit-Einwilligung der Churfürſten. Verba enim ferner nicht ertheilet ad eum caſum pertinent, ubi mediati abuſi privilegio Juris monetandi, qui eo ideo ita privandi ſunt, ut nunquam id illis reſtituatur. Interim non nego, per iſtas noviſſimas Capitulationes modo acquirendi per tacitam Imperatoris voluntatem obicem poſitum eſſe, dum cautum, Imperatorem privare velle hoc exercitio monetandi eos, qui jus illud nondum legitime acquiſivere. Hacce enim ratione præſcriptionem immemorialis temporis qui nondum adimplevere, nec in poſterum adimplere poterunt. Quoniam vero ita Jus monetandi ex ſpeciali conceſſione pendet: nemo ex Statibus illo uti poteſt, ſi iſta conceſſione deſtitutus. Notum eſt etiam, dari Status, qui jure monetandi, vel plane non, vel non plenarie gaudent. *M. O. Ferd. I. §. 178. R. J. de 1570. §. 72. 78.* cum e contrario illi, qui Status non ſunt, eo privilegio, ut ex antea dictis apparet, gaudeant, ut *Magdeburgum, Strahlſundum, Stetinum &c.* Imo etiam privatas perſonas aliquando tali privilegio gaviſas eſſe diſcimus *ex Lehm. L. IV. cap. 14. Krull. de Regal. monet. cap. 2. in f.* Quid ſentiendum de moneta Provinciali Land-Münze dictum. *Jpr. Feud. cap. IIX. §. 30. Lehm. Chron. Spir. Lib. VII. c. 124.*

§. VIII.

§. VIII. Ad hanc quoque classem pertinet *Jus declarandi in Bannum Imperii.* Scilicet cum animadversum fuerit a temporibus *Caroli V. Cæsares, Ferdinandum II.* præsertim, suo arbitratu, (quod olim haud fuisse factum *Limn.* docet ad *Cap. Ferdin. III. art. 20. p. 719.*) Bannum adversus Status decrevisse: in *Ferdinandi III.* Capitulatione primum obex positus est huic malo, atque conventum de Electorum consensu adhibendo, & quidem collegiali, qui in dubio requiritur (dissentit *Dn. Lyncker. de Cons. Elect* §. *15.*) *art. 30.* quod in sequentibus Capitulationibus, & novissimis quidem *art. 28. Leopold. 27. Joseph.* explicatius propositum. Voluere quidem & reliqui Status suum hic requiri consensum; sed hucusque id illis datum non est: nec quæ in *Instr. P. O. art. 8.* §. *Habeantur.* ad Comitia rejecta futura, exitum hactenus, ne in præsentibus quidem ceperunt. *vid. Monit. Stat. ad Cap. apud Herden. P. III. cap. 3. pag. 249.* (*) Ac frustra questa est *Brema 1653.* sine consensu omnium Statuum se in bannum incidisse. Quid in projecto capitulationis perpetuæ hac de re actum, legi potest apud *Schweder. P. S I. 21. 2.* Elect. decretum, post quod Cæsar Coloniensem & Bavarum M. April. 1706. banno percussit, legitur. *in Sp. Stat. M. August. 1706. p. 27.* Uti vero hæc ita se habent,

Jus circa declarationem banni.

bent, si quæstio est de Statu Imperii in Bannum declarando: ita non omnes consentiunt, an hic consensus Electorum necessarius sit, si alius civis Imperii immediatus, vel mediatus hanc pœnam mereatur. Pro affirmativa faciunt verba Capitulationum: Hohen und Niedrigen Standes, item Oder andere. Sed animadvertendum esse volunt, verba illa ex prioribus Capitulationibus *Caroli V. art. 22. seqq.* usque ad *Ferdinandum II.* superesse, quibus id actum fuit, neminem non auditum, & absque causa in Bannum declarandum esse. Itaque videtur, nec in ultimis Capitulationibus ulterius extendenda esse, nec ad consensum pertinere Electorum; & absonum fore, intuitu cujusvis hominis infimæ etiam sortis hunc consensum exigi. *Maur. ad d. a. Cap. Leop.* Interim tamen, si seriem verborum inspiciamus, generalem dispositionem inferre utique, nec restrictionem admittere ad immediatos non Status videntur. Sed nihil tamen profuit hæc allegatio Civitati Erfurtensi, cùm sine consensu Electorum declararetur in bannum à Judicio Aulico. Cæterum an eo casu, si Camera Imperialis bannum decernat, consensu Electorum opus sit? disputatum est inter *Sinoldum* & *Limn.* Ille affirmat *Colleg. Jur. Publ. disp. 4. thes. 17.* hic negat, atque dispositionem præsentis articu-

ticuli ad Imperatorem reſtringit *d. l. ad Capit. Ferdinandi III.* quandoquidem de Camera, quæ & Status alias ſimul ſuo modo repræſentat, & ab illis conſtituitur, nullibi hac de re quicquam legitur, ſed certus ei modus circa hanc rem præſcriptus in *Ordinat. Cam. P. II. tit. 9. D. Lynck. de Conſ. Elect. §. 15.* Poteſt tamen pro *Sinoldi* ſententia id dici, textum Capitulationum non id ſecum ferre, Imperatorem non velle declarare aliquem in bannum, ſed ita eſſe concepta, ſe velle impedire, nec permittere, ut illud fiat, wolle fürkommen, und keines weges geſtatten ꝛc. quæ generalem inferunt diſpoſitionem. Quæſtio deciſa non eſt. (**) Quid bannum ſit, *vid. Gail. de P. P. L. II. cap. 1. n. 20.* & alibi de eo dicendum.

(*) Noviſſime in Capitul. Carol. VI. art. 20. expreſſe cautum, ne declaratio in Bannum Imperii ſine Statuum conſenſu fieri debeat. Conf. Autor der gegenwärt. Verfaſſung p. 155. ſqq. & p. 226.

(**) Quæſtio jam deciſa eſt in Capitul. Carol. VI. art. 20.

§. IX. Poſt hæc illud obſeruatu dignum, Cæſarem in illis cauſis, quæ ad totum Imperium alioquin ſpectant, ſtatuere poſſe ex conſenſu Electorum, ſi ſalus publica id exigat, & res moram non patiatur, nec tam cito Comitia cogi poſſunt. *Cap. Leop. art. 10. 13. Joſeph. art. 9. 12. Capit. Carol. VI. art. 4. & 6.* Quam ob rem id agere ſolet, — Alii caſus.

ut diætæ Electorum convocentur, in quibus etiam interdum saltem præconsultationes habentur circa ea, quæ ad Comitia referuntur. *vid. D. Lyncker. de Consensu Elect.* §. 8. Quæ omnia tamen, ut alibi dictum, reliqui Status ægre ferre solent.

Jus circa Comitia. §. X. Ad tertiam classem referendum est Jus indicendi Comitia communicatum cum Electoribus, ita, ut illorum consensus per literas & nuncios requiratur & declaretur. Olim libere Cæsares Comitia indixere: videtur etiam libertati maxime conveniens sæpius illa institui. Sed cum *Maximilianus I.* nimium multus hac in re videretur, querelæque inde nascerentur Statuum, in Capitulatione *Caroli V. art. 12.* conventum, ne absque causa necessaria, & justa Comitia indicerentur, idque ex consensu Electorum fieret: quod in sequentibus repetitum, & ad *locum* extensum & *tempus. vid. art. 17. Cap. Leop. & 16. Joseph. & Capit. Carol. VI. art. 13. vid. R. I. 1654.* §. *102.* ubi: quod tunc communi sensu Ordinum factum præjudicio non fore Electoribus, cautum. *vid. Lyncker. de Consensu Elector.* §. *12.* Illud vero hic apprime notandum, consensum hunc requiri per literas, & ablegationes, durch sondersbahre Schickung *art. 13. Ferd. III. Leop. & Joseph. d. l. R. I. 1641. pr.* & a singulis dari Electoribus, non congregatis collegialiter, ita

ita tamen, ut juxta usum majoris partis consensus sufficiat. *Lyncker. diss. de Cons. El.* §. *12.* ubi idem esse circa transferenda monet. Possunt Elect. etiam, si videant necessaria Comitia esse, differri tamen a Cæsare, monere ipsum de Comitiis indicendis. Denique in gravioribus negotiis Imperii, ubi consensus Electorum necessarius præcise non est, consilio Electorum se uti velle promisit Cæsar. *vid. Cap. Joseph. art. 38. & Leopold. 39. in f. Capit. Carol. VI. art. 3. conf. J. P. art. 5. §. 55. in f. D. a Lyncker. de Cons. Elect.* §. *8.*

CAP. XLV.

DE JURIBUS MAJESTATIS SOLI CÆSARI RELICTIS.

§. I.

SUperest ut de Reservatis agamus speciatim, de quibus in genere actum *c. XLII.* §. *2. 3.* Huc vero refertur *1.) cura quietis, & salutis publicæ*, ne scil. hæc aliquid detrimenti capiat, quæ efficit, ut, si res moram non patiatur, Cæsar & solus ea agere queat, quibus suscipiendis alias consensus Ordinum, vel Electorum accedere debet. *Capit. Leop. art. 13. Joseph. 13. & Carol. VI. art. 4. & 13.* *2.) jus proponendi in Comitiis*, quod antiqua observantia innititur. *vid. Capit. Carol. VI. art. 13.* De modo

Cura salutis publicæ.

Jus Cæs. in Com.

ut diætæ Electorum convocentur, in quibus etiam interdum saltem præconsultationes habentur circa ea, quæ ad Comitia referuntur. *vid. D. Lyncker. de Consensu Elect. §. 8.* Quæ omnia tamen, ut alibi dictum, reliqui Status ægre ferre solent.

Jus circa Comitia. §. X. Ad tertiam classem referendum est Jus indicendi Comitia communicatum cum Electoribus, ita, ut illorum consensus per literas & nuncios requiratur & declaretur. Olim libere Cæsares Comitia indixere: videtur etiam libertati maxime conveniens sæpius illa institui. Sed cum *Maximilianus I.* nimium multus hac in re videretur, querelæque inde nascerentur Statuum, in Capitulatione *Caroli V. art. 12.* conventum, ne absque causa necessaria, & justa Comitia indicerentur, idque ex consensu Electorum fieret: quod in sequentibus repetitum, & ad *locum* extensum & *tempus. vid. art. 17. Cap. Leop. & 16. Joseph. & Capit. Carol. VI. art. 13. vid. R. I. 1654. §. 102.* ubi: quod tunc communi sensu Ordinum factum præjudicio non fore Electoribus, cautum. *vid. Lyncker. de Consensu Elector. §. 12.* Illud vero hic apprime notandum, consensum hunc requiri per literas, & ablegationes, durch sonderbahre Schickung *art. 13. Ferd. III. Leop. & Joseph. d. l. R. I. 1641. pr.* & a singulis dari Electoribus, non congregatis collegialiter,

ita tamen, ut juxta usum majoris partis consensus sufficiat. *Lyncker. diss. de Cons. El.* §. *12.* ubi idem esse circa transferenda monet. Possunt Elect. etiam, si videant necessaria Comitia esse, differri tamen a Cæsare, monere ipsum de Comitiis indicendis. Denique in gravioribus negotiis Imperii, ubi consensus Electorum necessarius præcise non est, consilio Electorum se uti velle promisit Cæsar. *vid. Cap. Joseph. art. 38. & Leopold. 39. in f. Capit. Carol. VI. art. 3. conf. J. P. art. 5. §. 55. in f. D. a Lyncker. de Cons. Elect.* §. *8.*

CAP. XLV.

DE

JURIBUS MAJESTATIS SOLI CÆSARI RELICTIS.

§. I.

SUperest ut de Reservatis agamus speciatim, de quibus in genere actum *c. XLII.* §. *2. 3.* Huc vero refertur 1.) *cura quietis, & salutis publicæ*, ne scil. hæc aliquid detrimenti capiat, quæ efficit, ut, si res moram non patiatur, Cæsar & solus ea agere queat, quibus suscipiendis alias consensus Ordinum, vel Electorum accedere debet. *Capit. Leop. art. 13. Joseph. 13. & Carol. VI. art. 4. & 13.* 2.) *jus proponendi in Comitiis*, quod antiqua observantia innititur. *vid. Capit. Carol. VI. art. 13.* De mo- Cura salutis publicæ. Jus Cæs. in Comit.

do

do proponendi edocemur ex Actis publicis, quorum specimen exhibet *Herden* in der Grundfeste, cujus *Cap. I. P. II.* etiam legi meretur. Quænam hac de re in Comitiis *anno 1653. & 1654.* acta, & disceptata, tradit *Pfanner. in hist. Comit. conf. cap. 19. Schweder. P. S. Sect. I.* Huic proximum est, 3.) *jus dirigendi Comitia*, conventusque publicos, quod itidem observantia innititur, 4.) *jus sententiam dicendi & statuendi* in Comitiis, 5.) *jus Acta publica suo nomine expediendi*, de quibus cap. seqq. latius agendum, 6.) *jus mittendi & recipiendi legatos*, extra casus supra memoratos. *Kulpis. de Leg. c. 4. §. 6.* 7.) *Jus constituendi & conferendi officia Imperii. Cap. Leop. art. 40. & Jos. art. 39.* ibi: Unsern Geheimden Rath, wie auch unsern Reichs-Hoff- und Kriegs-Rath. it. Kayserl. und des Reichs Aemter am Hoff, und die wir sonsten in- oder ausserhalb Teutschlandes zu vergeben, und zu besetzen haben. Als da seyn Protectio Germaniæ, und dergleichen. *Conf. Monit. Princip. apud Herden. P. III. cap. 3. pag. 242.* (*) Inter officia vero Imperii eminent illa *Archiofficia* die Ertz- und Chur-Aembter, quæ ex Imperatoris sive tacita, sive expressa institutione, & collatione pendent, atque hodie per investituram transferuntur. De quibus uti & illorum Sub-Officialibus actum est supra suo loco. Alia officia sunt,

Jus circa officia.

ſunt, vel *Civilia*, vel *Militaria*. De hiſce actum ſupra. *Civilia* alia ſunt quæ *Imperii* dicuntur, alia quæ *Aulæ*, alia quæ *Judiciorum*. Ad prioris generis pertinent *Vicariatus Ordinarii*, vel *extraordinarii*, de quibus ſupra dictum, item Supremi Venatoris Imperii. *vid. ſupra Cap. XXXIII.* §. *9.* Janitoris Imperii *Juriſpr. Feud. cap. 4.* §. *11.* & *in App. I. num. 8.* aliaque de quibus videatur *Limn. ad art. 13. Cap. Caroli V. pag. 200. Wagenſ. de Off. Imp. c. XIII.* §. *9.* Ad ſecundum genus ſpectant officium Supremi Aulæ Magiſtri, Supremi Aulæ Mareſchalli, Conſiliariorum Intimorum, & reliqua omnia officia aulica, de quibus Notitiæ Aulæ Cæſareæ agere ſolent. Ad tertium genus Præſidum munus, & Conſiliariorum Judicii Aulici, itidem Judicis Cameræ, & Præſidum, & duorum Aſſeſſorum, &c. de quibus ſuo loco. Dividuntur vero etiam officia in ea, quæ intra, vel extra Germaniam conferenda. *dict. text. Capitul.* Ad hæc pertinet protectio Germaniæ in Aula Rom. quam noſtra memoria geſſit *Cardinalis Haſſus*. Quia vero intereſt Reipubl. hæc omnia dignis & idoneis, & indigenis conferri, prolixe hac de re cautum eſt *dd. ll. Capitulat.*

(*) Vid. Capitul. Carol. VI. art. 23. & 24. vbi tamen nec ſanctioris Conſilii nec Bellici mentio fit. Conf. Spicileg. Obſervat. add. Capit. Caroli VI. art. 13.

§. II.

do proponendi edocemur ex Actis publicis, quorum specimen exhibet *Herden* in der Grundfeste, cujus *Cap. I. P. II.* etiam legi meretur. Quænam hac de re in Comitiis *anno 1653. & 1654.* acta, & disceptata, tradit *Pfanner. in hist. Comit. conf. cap. 10. Schweder. P. S. Sect. I.* Huic proximum est, 3.) *jus dirigendi Comitia*, conventusque publicos, quod itidem observantia innititur, 4.) *jus sententiam dicendi & statuendi* in Comitiis, 5.) *jus Acta publica suo nomine expediendi*, de quibus cap. seqq. latius agendum, 6.) *jus mittendi & recipiendi legatos*, extra casus supra memoratos. *Kulpis. de Leg. c. 4. §. 6.* 7.) *Jus constituendi & conferendi officia Imperii. Cap. Leop. art. 40. & Jos. art. 30.* ibi: Unsern Geheimden Rath, wie auch unsern Reichs-Hoff- und Kriegs-Rath. it. Käyserl. und des Reichs Aemter am Hoff, und die wir sonsten in- oder ausserhalb Teutschlandes zu vergeben, und zu besetzen haben. Als da seyn Protectio Germaniæ, und dergleichen. *Conf. Monit. Princip. apud Herden. P. III. cap. 3. pag. 242.* (*) Inter officia vero Imperii eminent illa *Archiofficia* die Ertz- und Chur-Aembter, quæ ex Imperatoris sive tacita, sive expressa institutione, & collatione pendent, atque hodie per investituram transferuntur. De quibus uti & illorum Sub-Officialibus actum est supra suo loco. Alia officia

Jus circa officia.

sunt,

ſunt, vel *Civilia*, vel *Militaria*. De hiſce actum ſupra. *Civilia* alia ſunt quæ *Imperii* dicuntur, alia quæ *Aulæ*, alia quæ *Judiciorum*. Ad prioris generis pertinent *Vicariatus Ordinarii*, vel *extraordinarii*, de quibus ſupra dictum, item Supremi Venatoris Imperii. *vid. ſupra Cap. XXXIII. §. 9.* Janitoris Imperii *Juriſpr. Feud. cap. 4. §. 11. & in App. I. num. 8.* aliaque de quibus videatur *Limn. ad art. 13. Cap. Caroli V. pag. 200. Wagenſ. de Off. Imp. c. XIII. §. 9.* Ad ſecundum genus ſpectant officium Supremi Aulæ Magiſtri, Supremi Aulæ Mareſchalli, Conſiliariorum Intimorum, & reliqua omnia officia aulica, de quibus Notitiæ Aulæ Cæſareæ agere ſolent. Ad tertium genus Præſidum munus, & Conſiliariorum Judicii Aulici, itidem Judicis Cameræ, & Præſidum, & duorum Aſſeſſorum, &c. de quibus ſuo loco. Dividuntur vero etiam officia in ea, quæ intra, vel extra Germaniam conferenda. *dict. text. Capitul.* Ad hæc pertinet protectio Germaniæ in Aula Rom. quam noſtra memoria geſſit *Cardinalis Haſſus*. Quia vero intereſt Reipubl. hæc omnia dignis & idoneis, & indigenis conferri, prolixe hac de re cautum eſt *dd. ll. Capitulat.*

(*) Vid. Capitul. Carol. VI. art. 23. & 24. vbi tamen nec ſanctioris Conſilii nec Bellici mentio fit. Conf. Spicileg. Obſervat. add. Capit. Caroli VI. art. 13.

§. II.

Jus conferendi dignitates.

§. II. Post hæc 8.) adscribitur Imperatori jus conferendi Dignitatis, seu *Nobilitatem majorem* & *minorem:* quæ quatenus in agnitione publica virtutis consistit, ex nullo alio fonte, quam Majestatis fluit *l. 5. C. de dignit.* *Illa* vero, quæ *major* dicitur, complectitur omnes dignitates civiles a Regibus usque ad Barones inclusive; minor vero Nobilitatem, quam in specie ita dicimus. *Regia dignitate* Imperatores olim exornasse varios, notum est. *Schweder. P. S. Sect. 1. cap. 7. H.E. T. I. pag. 118.* Et *Bohemiæ* quidem Reges, qui adhuc Imperio nostro sublunt, *Henrici IV.* auspiciis dignitatem hanc debent, instauratam iterum a *Friderico I.* Imperatore, confirmatamque a *Philippo. Schweder. d. l.* An hodie Principem Imperio Rom. Germanico subjectum Cæsar creare possit Regem? multi dubitant ob *art. 44 Cap. Leopold. & 43. Joseph.* quoniam nempe illa creatio Electoribus, atque familiis aliis principalibus præjudicio esset. Quod ad exteros attinet, illi, si summæ alicui potestati subsunt, Regiam dignitatem, invita illa, suscipere nequeunt; si vero ipsi jam pollent summa potestate, axioma hocce, vel soli, vel ex consensu civitatis suæ adsumere possunt, modo alias commode tueri queant, atque ideo creatione Cæsaris non egent. Potest tamen Imperatoris renunciatio,

ciatio, vel agnitio eatenus prodesse, ut alii Reges, ac populi Regem agnoscant, quem Imperator salutavit. *vid. a. supr. cap. IV.* §. *27.* Regiam dignitatem *Fridericum II.* contulisse *Ducibus Austriacis* ex diplomate in Epistola Petri de Vineis exhibito constat: sed res successu caruit. *Limn. lib. V. c. 2. num. 31.* *Archi-Ducalem* interim nactos illos esse, jam dictum *supr. cap. XXXIX.* §. *3.* *Carolum Audacem Burgundum* eandem Regiam dignitatem a Maximiliano petiisse, sed & hanc rem caruisse exitu, notum.

§. III. Olim Imperatores, & Reges Francicos, ac Germanicos Ducum, Comitum Palatinorum, aliorumque munia indulsisse, supra est dictum: quæ postea in hereditarias dignitates evaserunt. *vid. cap. 39. supr.* Atque nunc eo deventum est, ut axioma *Ducis*, *Comitis &c.* non amplius sit *officii*, sed *potius dignitatis*, quam confert Imperator vel cum, vel sine territorio, atque interdum etiam illis tribuit, qui jam territoria possident, quæ in Ducatus, Principatus, Comitatus eriguntur. Exempla creatorum *Ducum* supr. ex *cap. XXXIX.* §. *2.* peti possunt, quibus etiam recentiora *Ducum Holsatiæ*, *Wurtenbergicorum*, & *Sabaudiæ* accedunt. *v. supr. c. IV.* §. *6.* ubi exemplum creati *Magni-Ducis*. Hodie creatio Ducum non adeo frequens

Creat. Ducum.

est,

Jus conferendi dignitates.

§. II. Post hæc 8.) adscribitur Imperatori jus conferendi Dignitatis, seu *Nobilitatem majorem* & *minorem:* quæ quatenus in agnitione publica virtutis consistit, ex nullo alio fonte, quam Majestatis fluit *l. 5. C. de dignit.* *Illa* vero, quæ *major* dicitur, complectitur omnes dignitates civiles a Regibus usque ad Barones inclusive; minor vero Nobilitatem, quam in specie ita dicimus. *Regia dignitate* Imperatores olim exornasse varios, notum est. *Schweder. P. S. Sect. I. cap. 7. H.E. T.I. pag. 118.* Et *Bohemiæ* quidem Reges, qui adhuc Imperio nostro subsunt, *Henrici IV.* auspiciis dignitatem hanc debent, instauratam iterum a *Friderico I.* Imperatore, confirmatamque a *Philippo. Schweder. d. l.* An hodie Principem Imperio Rom. Germanico subjectum Cæsar creare possit Regem? multi dubitant ob *art. 44 Cap. Leopold. & 43. Joseph.* quoniam nempe illa creatio Electoribus, atque familiis aliis principalibus præjudicio esset. Quod ad exteros attinet, illi, si summæ alicui potestati subsunt, Regiam dignitatem, invita illa, suscipere nequeunt; si vero ipsi jam pollent summa potestate, axioma hocce, vel soli, vel ex consensu civitatis suæ adsumere possunt, modo alias commode tueri queant, atque ideo creatione Cæsaris non egent. Potest tamen Imperatoris renunciatio,

ciatio, vel agnitio eatenus prodesse, ut alii Reges, ac populi Regem agnoscant, quem Imperator salutavit. *vid. d. supr. cap. IV.* §. *27.* Regiam dignitatem *Fridericum II.* contulisse *Ducibus Austriacis* ex diplomate in Epistola Petri de Vineis exhibito constat: sed res successu caruit. *Limn. lib. V. c. 2. num. 31. Archi-Ducalem* interim nactos illos esse, jam dictum *supr. cap. XXXIX.* §. *3.* *Carolum Audacem Burgundum* eandem Regiam dignitatem a Maximiliano petiisse, sed & hanc rem caruisse exitu, notum.

§. III. Olim Imperatores, & Reges Francicos, ac Germanicos Ducum, Comitum Palatinorum, aliorumque munia indulsisse, supra est dictum: quæ postea in hereditarias dignitates evaserunt. *vid. cap. 30. supr.* Atque nunc eo deventum est, ut axioma *Ducis*, *Comitis &c.* non amplius sit *officii*, sed *potius dignitatis*, quam confert Imperator vel cum, vel sine territorio, atque interdum etiam illis tribuit, qui jam territoria possident, quæ in Ducatus, Principatus, Comitatus eriguntur. Exempla creatorum *Ducum* supr. ex *cap. XXXIX.* §. *2.* peti possunt, quibus etiam recentiora *Ducum Holsatiæ*, *Wurtenbergicorum*, & *Sabaudiæ* accedunt. *v. supr. c. IV.* §. *6.* ubi exemplum creati *Magni-Ducis*. Hodie creatio Ducum non adeo frequens Creat. Ducum.

est,

est: quoniam Principum veterum familiæ illis non cedunt, nec in horum præjudicium dignitas hæc conferri potest. *art. 44. Leop. 43. Joseph. & art. 22. Capitul. Carol. VI.* ibi: zu Præjud[illegible]eines alten Hauses. Interim tamen, ut ex subscriptione *R. I. noviss.* patet, dantur tales novi Duces, e. c. *Croyensis*, *Arenbergensis* & *Arschottensis*, *Crumawensis*, qui antiquæ prosapiæ Principibus postponuntur. Exempla creatorum Comitum Palatinorum, Landgraviorum, Marggraviorum &c. ex *cap. XXXIX.* petenda. Quales tamen dignitates hodie non adeo frequenter indulgeri solent.
Principum. *Principes* vero in *specie sic dictos*, Fürsten, quamplurimos creari ab Imperatore, notissimum est, quorum ex recens creatis, qui simul Status Imperii facti, aliqui recensiti supra *cap. 39.* §. *12.* quibus novissime accessit *Princeps Mundelheimensis*, de quo itidem ibidem dictum. Cæterum, quod ad *Comites*, *Barones*, Nobilesque attinet,
Comitum. praxis Imperii satis nota est, largissimamque illorum semper fuisse messem.

Temperamentum. §. IV. Cæterum per Capitulationes illa facultas conferendi dignitates, Fürstliche, Gräfliche, auch andere Dignitäten, limitibus quibusdam est inclusa, atque illis 1.) cautum, ne collatio dignitatis novæ tendat in præjudicium eines alten Hauses, oder Geschlechtes. 2.) requiruntur insignia merita,

rita, quod primum additum est Capitulationi *Ferdinandi III.* quod *Ferdinandus II.* hac in parte nimis liberalis videretur 3.) requiritur possessio bonorum in Imperio, sive immediata, sive mediata, allodialia vel feudalia sint, eæque facultates, quæ sufficiant ad sustinendam dignitatem eam, ad quam quis adspirat. *vid. Cap dicta Leopold. 44. & Jos. 43. & Capit. Carol. VI. art. 22.* quamvis quod de possessione immobilium dictum, non adeo rigorose observari, atque exteros etiam nihil in Imperio possidentes Principes, & Comites Imperii creatos fuisse, exempla doceant. De cetero ad qualitatem Status Imperii simul acquirendam longe plura requiruntur, nec illa res solius est Imperatoris, ut ex *d. art. 44. Leopold. 43. Joseph. & Carol. VI. art. 1. Cap.* apparet, de quibus videantur dicta *cap. XXIII. conf. Herden. P. II. c. 5. §. 2.*

§. V. Ad civiles dignitates referenda est etiam dignitas *Equitum*, qui in sensu specialiori a *Nobilibus* (hi in sensu generaliori ita alias etiam vocari solent) distinguuntur. *Ord. Polit. 1548. 1577. tit.* von Adel ꝛc. jedoch sollen Ritter ꝛc. Scilicet dignitas *Equitis* dignitati Nobilitatis in certa persona accedere solet, sed ita, ut ista cum persona regulariter extinguatur, nec ad posteros transeat. *vid. D. Lyncker. ad Schweder. P. S. Sect. I. cap. 7. §. 7.* Quæ ac- Creat. Equitum.

 cessio

cessio dignitatis id efficit, ut prærogativa, & privilegiis quibusdam, præ Nobilibus gaudeant. *vid. Ord. Polit. d. l. & Schwed. d. l.* Tales Equites creat post susceptam coronam solenni ritu Cæsar: & quidem iis solemnibus utitur gladio *Caroli M.* quibus percutit novos Equites. Interim tamen & extra ista solennia dignitatem hanc impertit, diplomatibusque addi curat clausulam: Gleich als ob sie von uns mit dem Schwerdt und denen hierzu gewöhnl. Solennien geschlagen worden. Etsi vero alii Reges, & Principes Equites creant variorum Ordinum, quorum numerum recenset *Beckm. Not. dign. Diss. 16. Vitriar. II. 21. ibique Pfeff.* Imperator noster tamen non creat certi Ordinis Equites, quoniam nullus talis certus Ordo institutus, & receptus. Nam quod ad Equites Ordinis *Teutonici*, & *Johannitici* attinet, qui in Imperio nostro reperiuntur, illi ab Imperatore non creantur. *vid. c. 38. §. 4. 8.* Atque licet de certo ordine instituendo fines Imperii contra Turcas constodiendi ergo actum; *vid. R. I. de 1576.* §. Ferner *29. ann. 1603.* §. Wie wir *14. Limn. T. IV. ad L. VI. cap. 2. num. 52.* res tamen exitum non cepit.

Comitivæ. §. VI. Porro conferre etiam solent Imperatores aliam dignitatem, quæ *Comitiva* dicitur, sive qualitas *Comitis sacri Palatii*,

latii, vel *Aulæ*, *Curiæ*, *Consistorii Imperialis*, Käyserl. und des Heil. Röm. Reichs Pfaltz-und Hoff-Graffen: quæ dignitas cum munere, & potestate certa exercendi quædam reservata Imperatoris, aliaque jura est conjuncta. De origine ejus *vid. Schweder. cap. 7. §.12. S. I. P. S. & Conring. Cens. Diplom. Lindav. cap. XI.* In nulla vero exterorum Regnorum aula hæc dignitas nota, nisi quod Romanus Pontifex eam largiri soleat. Confertur interdum singulis *Personis*, interdum etiam *Familiis*, nonnunquam quoque *Corporibus & Collegiis*, vel *Rectoribus* eorum, cujus rei novissimum exemplum Academia *Hallensis* præbet. Potestas illorum tanta est, quanta illis in diplomatibus Cæsareis concessa, & potissimum consistit in *legitimatione liberorum illegitimorum, ubi tamen illustrium personarum liberi plerumque excipi solent, creatione Doctorum, Magistrorum, Poëtarum, Notariorum, imo interdum etiam Nobilium, collatione insignium &c.* Addi etiam solet facultas *restituendi in integrum, datio tutorum, concessio veniæ ætatis, decretum alienationis bonorum minorum, auctoritas in adrogationibus, adoptionibus, & emancipationibus.* Sed quia hæ res ad territorialem superioritatem, & jurisdictionem, etiam contentiosam partim, referuntur, Cæsar vero Principes, & Sta-

tus Imperii, aliosque Magistratus in exercitio superioritatis, & jurisdictionis impedire nequit, Comites isti Palatini, invito Domino territorii, vel jurisdictionis, facultatem istam exercere haud poterunt. *vid. art. 3. Cap. Leop. & Joseph. & Capit. Carol. VI. art. 6. Jpr. Feud. App. I. num. 10. Fritsch. ad Limn. II. p. 148.* De Præced. *Com. Palat. vid. Dec. I. qu. 3. de Jure Proc. Conf. §. XI.*

Doctoratus. §. VII. Nobilitatis etiam pars, vel species est dignitas Doctoralis, quod contra magno conatu id negantem G. V. H. propugnat *Itter. de Grad. Acad. cap. 10.* Sed talis est Nobilitas, quæ personalis saltem, atque ideo cum persona extinguitur: tribuit tamen id liberis, ut, quamdiu statum & familiam non mutant, non inter plebejos, sed illos homines referantur, qui medium genus, *nobiles* inter & *plebem*, constituunt, atque guten tapfferen Persohnens dicuntur. *art 39. Cap. Joseph. & art. 23. Cap. Carol: VI. vid. Dec. I. qu. 5. & Dec. 2. qu I. de Præced.* Atque hanc dignitatem, uti & *Poetarum* lauream Imperatores interdum ipsos, & Vicarios immediate concessisse, ignotum non est. *Itter. de Gr. Acad. c. VI. §. 16. 21.* Ad hoc vero

Insign. Jus Reservatum circa dignitates conferendas, refertur etiam *jus dandi insignia*, Wappen, de quo agitur *art. 44. 45. Leop. & 43. 44. Joseph. Cap. & Capit. Carol. VI. art. 22.* Quod

Quod jus Scriptores *Heraldici*, *Spenerus*, *Hoppingius*, aliique late explicant. *vid. Ziegl. de J. M. L. II. c. 21.*

§. IIX. Omnes vero has dignitates, exceptis tamen Principum, & majoribus, imo & insignia, & mediate ac per alios Cæsar confert. Sic Reges *Bohemiæ*, (a quibus cum Marchionatibus Lusatiæ ad Electores Saxoniæ id translatum esse tradit *Strauch. Inst. J. P. l. 23. 1.* sed *vid. H. E. T. 1. pag. 257.*) Archi-Duces *Austriæ* ex speciali privilegio *Comites*, *Barones*, *Nobiles*, & *Doctores*, in omnibus territoriis suis creant, sed ita, ut in toto Imperio collatæ hæ dignitates effectu suo gaudeant. *Limn. Lib. V. cap. 2. num. 32. art. 43 Cap. Joseph.* Quale jus etiam Electori Palatino esse, dictum supra *cap. XXXV. §. 10.* De *Sabaudis* dictum *cap. 21. §. 14. pag. 197* Notum est, Comiti *Schwarzburgico D. Christiano Wilhelmo* in diæta Electionis Joseph. a D. Leopoldo concessam esse potestatem creandi comites Palatinos. Pariter per *Comites Palatinos* Nobiles interdum creantur, Doctores & Poëtæ, ac conferuntur insignia; in quantum facultas data patet. Imo Collegiis Facultatum in Academiis jus hoc datum est, ut auspiciis Cæsareis honores Academicos conferant. Quo intuitu jus Academiarum etiam ad hanc partem jurium Majestatis

Collatio mediata

referri potest. Cæterum omnes hæ dignitates cum insignibus, non tantum Statibus, aliisque Imperii subditis immediatis, sed etiam mediatis, a Cæsare conferuntur. Quoad hosce tamen maximopere observandum est, ne præjudicium hac parte Domini fiat Juri territorii, sub cujus superioritate ille vivit, qui nova dignitate exornatus. Quam ob causam, si quis feudo suo mediato qualitatem Comitatus acquirere vellet, invito Domino Feudi, & territorii id fieri haud posset. *vid. R. J. 1548. §. 66. Cap. Jos. art. 43. & Capit. Carol. VI. art. 22. inf. H. E. T. I. p. 119. Fritsch. ad Limn. II. 9. 148. Kulpis. ad Monzamb. cap. 5. §. 28. pag. 138.* Poterunt etiam interdum hi illis, qui dignitates consecuti, modum quendam ponere. *Ex. vid. apud Kulpis. d. l.* Aliud *de Notariis apud D. Berger. Disc. For. tit. 2. c. 1. p. 32.* De expeditione diplomatum *vid. art. 44. Leop. 43. Joseph.* Exteri has dignitates suscipere possunt, quantum Dominorum voluntas non refragatur. Cæterum Vicariis Imperii potestatem hanc dignitates conferendi competere, vacante throno, plerique agnoscunt: exemplaque varia videbis adducta *ap. Itter. de Grad. Academ. cap. VI. §. 16.* Qui vero *Electoribus*, & *Principibus* Imperii facultatem *Comites* creandi, & *Barones*, territorialis potestatis jure, adscripserit,

novi

novi neminem. Sunt tamen, qui *Nobilitatem minorem*, & ita etiam *Doctoralem* in territoriis dare posse, existimant: nec desunt exempla creatorum Nobilium ab Electoribus, quamvis pauca sint; Doctorum vero, quantum ego novi, nullum est. *D. Coccej. de J. Princ. Imp. circa dign. conf.* Sed quia extra territorium his dignitatibus usus nullam vim hucusque tribuit, prudenter abstinent ab ista collatione Principes nostri; nec facile apud illos istæ petuntur. Pariter non memini Principes Imperii, ut tales singulis personis insignia concessisse: quod tamen interdum intuitu civitatum factum est. Exemplum habes in *Moll. Chr. Frib. S. I. c. 3. p. 23. v. Ziegl. II. 21. 9.*

§. IX. Succedit 8.) *Jus investiendi de feudis immediatis* tam *Secularibus*, quam *Ecclesiasticis*, sive renovatio tantum investituræ fieri debeat, sive etiam sit noviter aliquis de feudo investiendus; qua ratione sæpe etiam dignitates conferuntur, vel confirmantur. *vid. J. P. Feud. cap. XVI. seqq.* Nam licet, ut supra dictum *c. XLIV. §. 4. 5.* Imperator solus nihil possit alienare ex bonis Imperii, nec feudum apertum majoris momenti alii iterum concedere: quod si tamen consensus adest illorum, quorum necessarius est, actus investiendi ad solum etiam Imperatorem pertinet. Protectio.

mo & feuda aperta minoris momenti solus concedere potest, nec opus est consensu Electorum. *vid. aut.* der gründlichen Ausführung der Reichs-Stadt Lindau. *pag. 337. & 916. Eyben. cap. VIII. §. 8.* Quod ad feuda vero Principum, & omnia, quæ *vexillifera* dicuntur, attinet, notandum, adeo illorum investituram ad Reservata Imperatoris referri, ut ne *Vicariis* quidem tempore Inter-Regni concessa sit juxta *A. B. cap. V §. 1. vid Jpr. Feud. cap. XVII. §. 11.* Absente vero Imperatore Vicarii qui sunt, in tantum hac re possunt fungi, in quantum placuit Cæsari. *J. F. c. IV. § 12.* Qua ratione vero olim feuda ecclesiastica per sceptrum, & secularia per vexillum, hodie vero utraque Principum scil. ab ipso Imperatore per gladium, *Comitum* vero vel *Baronum*, vel inferiorum in *judicio aulico*, (ubi tamen & interdum novorum Principum investituræ fiunt. *H. E. T. I. p. 120.*) conferantur, Scriptores feudales docent passim, atque solennia horum actuum exponunt. *vid. Stryk. in Exam. App. Iter. de Feud Imp. cap. IX. Jpr. Feud. c. 3. §. 18. & c. 12. §. 24. H. E. T. I. p. 120.*

Jus dandi privilegia. §. X. Etsi vero Jus Nomotheticum non tantum ad Imperatorem, sed & Status quoque pertinet: illa tamen ejus pars, quæ consistit in *concessione Privilegiorum* 9.) pro reservato Cæsaris habetur, quippe

pe qui tum immediatis, tum mediatis subditis ejusmodi privilegia impertitur per totum Imperium valitura. Quod tum constans usus probat, tum *Recess. Noviss.* §. *115. Cap. Leopold. art. 45. Joseph. 44, art. 20. Leopold. 19. Joseph. & Capit. Carol. VI. art. 22.* Intelliguntur autem per privilegia hic illæ *personales constitutiones*, quæ conceduntur aut singulis personis, aut universitatibus sub nomine proprio Titii, Caji, Francofurti, Coloniæ &c. non *speciales constitutiones*, quæ certum genus personarum e. c. *minorum, clericorum, aut causarum*, ut *dotis, alimentorum* concernunt. Nam quod ad has attinet, illæ ad Comitia pertinent. Exemplum præbet *Rec. Nov.* §. *170. seq.* ubi privilegium depauperatis debitoribus indulgetur. *vid. Lynker in Anal. ad Schwed. c. 10. S. I. p. 55. Ziegl. de Jur. Maj. I. 12.* Uti autem nec alias boni Principes in præjudicium alterius privilegia concedunt, *l. 4. C. de Emancip. liberor.* ita inprimis in præjudicium territorialis potestatis, aut alterius juris ejusmodi privilegia dari non debent. *art. 3. & 25. Capit. Leop. 3. 24. Joseph. vid. Capit. Carol. VI. art. 1, circa fin. art. 15. & 18. art. 7. & art. 8.* §. Und nachdem. Quod si vero dubium de sensu privilegii occurrat, ejus est interpretari, vel declarare, a quo fuit datum: cujus & pro re nata tollere. *Lynck. de plen. pot.* §. *6.*

Jus dandi veniam ætatis.

§. XI. Ad poteſtatem nomotheticam pertinet etiam jus 10.) *concedendi veniam ætatis*, ſive privilegium hanc conceſſionem dicas, ſive diſpenſationem a jure communi, quod ætatibus fines ſuos præſcribit *l. f. C. de his qui ven. ætat.* Reſervatum hoc eſſe, illudque ratione immediatorum ſubditorum Imperii a nemine, nec a *Camera*, nec ab *Auſtregis* expediri poſſe, obſervantia probat: quæ & ipſa docet, ratione inferiorum autoritate Cæſerea a Comitibus Palatinis hoc jus in uſum deduci, atque effectum ſuum per totum Imperium exerere. *Vitr. III. 2. 20.* Etſi vero juxta commmunem fere ſententiam Cæſar hoc jus quoque exercet immediate, vel mediate per Comites Palatinos, intuitu territoriorum Statuum Imperii, & illorum ſubditorum *Fritſch. ad Limn. II. 9. num. 148.* ubi tamen Comites Palatinos monet, ut caute eo utantur, ne publice, vel privatim alicui noceant: refertur tamen illud a recentioribus haud male quoque ad Jura territorialis ſuperioritatis, videmusque a potentioribus præſertim Electoribus & Principibus hanc veniam indulgeri, qualia exempla in noſtra Saxon. frequentiſſima ſunt. Imo cum, ſi venia hæc petatur, inquirendum ſit in mores & vitam adoleſcentum, & annorum numerum, hoc vero commode a Comitibus

Pala-

Palatinis fieri nequeat; atque etiam per istam veniam Cæsaream immediatam, vel mediatam removeantur Curatores a Principibus & aliis Magistratibus dati, aliaque incommoda inde nascantur: ideo potentiores Status haud temere tolerare solent apud suos istam veniæ concessionem, existimantque propter Capitulationes *art. 3.* ipsis invitis hoc jus, intuitu suorum exerceri haud posse. *vid. dict. a Nob. pecul. Stript. quod extat. in Append. I. Jpr. Feud. n. 10.* Nota sunt quæ in Saxonia contigere *ann. 1674.* ubi *D. J. P.* ut Com. Pal. Cæs. Nobili Juveni & *ann. 1677.* ubi *J. J. H.* Dresdæ adolescenti 1681. quo anno Com. Pal. quidam Lipsiæ quibusdam veniam ætatis dederunt, quod *D. Electores* ægerrime tulerunt, prout pars rescripti indicat *D. Joh. Georg. III. de 30. Dec. 1681.* dati *ad Senat. Lips.* Wie wir nun diß erinelstes D. A. F. beginnen mißfällig vermercken, und dergleichen uns aus Landes Fürstl. Hoheit zustehendes regale weder Ihm, noch sonsten jemand anders zu exerciren verstatten können, als begehren wir hiermit, ihr wollet Krafft dieses dergleichen Diplomata von obberührten Personen ingesammt abfordern, und deren Curatoren, daß sie biß zu ihrer Pflegbefohlnen Majorennität die Vormundschafft noch ferner gebührend verwalten sollen, andeuten. Cæterum per usum publicum

cum veniam istam a territorii domino impetratam extra illud vim suam exerere, hucusque comprobatum non est. *D. Lynck. ad Schwed. d. l.* §. 3.

Jus legitimandi §. XII. Porro huc refertur 11.) *Jus legitimandi*, vi cujus Imperator per rescriptum liberis naturalibus, & illegitime natis jura ac privilegia legitimorum liberorum confert, atque adeo vitium vel maculam illam, quam illegitima nativitas secum tulit, e medio tollit. Quod jus uti Romano jure ad Imperatorem solum referebatur. *Nov. 74. C. fin. & 89. cap. 11.* ita observantia & usus Imperii *Romano-Germanici* id adscribit Reservatis Cæsareis. Hoc Imperator interdum per alios exercet, quibus illud exercitium per modum privilegii concessum, ut *Archid. Austriacos. Limn. L. V. c. 2.* & plerumque intuitu liberorum ex parentibus non illustribus natis per Comites Pal. *vid. Schwed. P. S. Sect. 1. c. 16.* Asseritur hoc jus Statibus Imperii quoque a multis non male tanquam effectus territorialis potestatis; nec desunt exempla, a potentioribus Principibus id exercitum fuisse. *Thülem. de Octovir. cap. 8. §. 3.* Interim, quoniam extra territorium hæc legitimatio per usum publici juris nostri, quicquid nonnulli in contrarium disputant, vim suam non exerit *D. Stryk. U. M. Tit. de his qui sui vel al.* §. 14.

non

non adeo multum prodest legitimatis, si præsertim territorium legitimantis sit exiguum; & ideo hucusque *Principes*, & *Status Imperii*, quantum constat, nunquam prohibuerunt, vel impedivere, ne in illorum territoriis *Comites Palatini* legitimatione hac defungantur, nec pro illegitimis habuerunt, qui vel ab ipso *Cæsare*, vel a *Comite Palatino* illam impetrarunt. Quatenus vero legitimati hi in feuda mediata succedere possint, dictum *Jpr. Feud. cap. 15.* §. *3.* An Principes Imperii suos liberos legitimare possint? si quæras, ex dictis facile responderi poterit, posse ex dicta hypothesi quidem, sed intra territorium tunc rem istam se continere: atque ideo & illud a Cæsare peti solere. *Conf. D. Joh. Sam. Stryk. de Jur. Nat. lib. Princ.*

§. XIII. Affine huic juri est 12.) *jus restituendi famam*, quo summus Princeps infamiam ob turpe aliquod factum, quod vel lex immediate, vel mediate per judicialem sententiam notavit, contractam per rescriptum suum tollit, atque infamem pristino honori, & famæ restituit. Quod jus ad Majestatica merito refertur, *t. t C. de Sentent. pass. & restitut.* & nostro Imperio R. G. Reservatis Cæsareis accensetur per observantiam, & arg. *R. J. de 1526.* §. *6. Vitr. Ill. 2. 17.* Et siquidem ex Recessibus Imp. vel per sententiam judiciorum

Jus restituendi famam.

ciorum Imperii infamia irrogata immediatis, vel mediatis, solius Cæsaris auctoritate opus, si per restitutionem tollenda. Quod si vero ex jure Romano infamia illata immediato, pariter nemo ac Cæsar hanc tollit, quod & de subditis Nobilium Imperii verum dicendum esse, existimo. Si vero subdito alicujus Status Imperii hoc contingat, dominus territorii quidem abolere istam poterit, sed abolitio ista extra territorium vim suam non exercet. Si autem lege Provinciali, vel per sententias in judiciis Statuum Imperii superioribus, vel inferioribus latas, existimatio amissa, a Principe & Domino territorii restitutio fieri potest, imo etiam debet; nec Imperatoris gratia hic sufficit, quippe qui juxta Capitulationes Statuum Superioritatem & jurisdictionem turbare nequit. Ita vero restitutus & extra territorium pro homine integræ existimationis habendus: quia nulla causa est, cur alii infamem æstiment, cui notam ille abstulit, cujus auctoritate est inflicta. *Vitriar. III. 2. 17. III. 17. 97. Lynk. Anal. ad Schweder. d. l. c. 16. §. 2.* Plane id quod §. *6. R. J. de 1526.* habetur, peculiare est, nec ad consequentiam trahitur. Uti vero hic agitur de restitutione, quæ fit per *gratiam*, qua tamen bonus Princeps non abutitur, nec temere sine rationabili causa suasoria infamem

famem beat: ita reſtitutio juſtitiæ, ubi per ſententiam injuſtam fama ablata, alia ſententia illa reſtituitur, huc non ſpectat, ſed ad poteſtatem judiciariam eſt referenda. De effectibus vero hujus reſtitutionis D. Juris privati paſſim agunt. *vid. D. Lynk. Diſſ. de Jure reſtit. famæ.*

XIV. Pariter huc refertur 13.) jus *relaxandi bannum Imperii.* Nam etſi eo casu, quo per *gratiam* Cæſar quendam banno iterum eximere vult, nonnulli Electorum conſenſum requirunt, *Schuz. diſp. 4. th. 17.* imo etiam Status Evangelici in monitis ad *Cap. Leopold. art. 28.* eidem inſeri poſtularunt, ne Status Imperii ſine conſenſu Ordinum (geſambter Stände) in bannum declaretur, aut ab eodem abſolvatur: Electores tamen hac in parte poteſtatem, & gratiam Cæſaris coarctare, ſuum etiam conſenſum exigere noluerunt. *Dn. Lynker. de Conſenſu Elect. §. 15.* Interim tamen tali caſu bannum per modum gratiæ tolli non poteſt niſi ſatisfactum parti læſæ *Blum. tit. 77. §. 35. Conf. Rod. P. C. L. I. t. 7. §. 64.* — Jus relaxandi bannum

§. XV. Huc quoque pertinet 14.) *jus dandi moratoria*, quæ per univerſum Imperium, & omnia territoria vim ſuam exerant. *Ref. Pol. de 1548. tit.* Von verdorbenen Kauffleuten, *1577. tit. eod.* quod noviſſime confirmatur. *in R. J. de 1654. §. 170. 175.* — Jus dandi moratoria.

licet

licet ibidem cautum, improbis decoctoribus hoc beneficium indulgendum non esse. *Textor. ad Rec. noviss. disp. 14.* §. 78. Interim Principes & Status Imperii in territoriis suis speciales ejusmodi inducias concedere etiam solent. *Myler. de Stat. Imp. P. II. c. 55. n. 1.*

Jus dandi protectoria. §. XVI. Nec omittendum hic est 15.) *jus dandi protectoria, seu privilegia*, quo impetrans in Cæsareæ Majestatis ac Imperii peculiarem tutelam (nam generalem omnibus Imperii subditis alias præstat *R. J. 1548.* §. 67. *Knipschild. de Civ. Imp. L. II. cap. 34.* §. 42.) contra omnem vim atque molestiam sub gravi pœna violantis recipitur, majoris securitatis causa. Kåyserliche Schuß = und Schirm = Briefe, Salvæ guardiæ &c. *D. Rösler. de Protector. c. 1.* §. 3. & *cap. 2.* §. 1. & *c. 3.* Quod jus Cæsaris confirmatur *a. 6. C. Ferd. IV. art. 8. Cap. Leop. & Joseph. & Capit. Carol. VI. art. 27.* ubi tamen id conventum, ne protectiones exterorum, intuitu subditorum mediatorum, Cæsar admittat, vel si jam a Cæsaribus admissæ sint, confirmet, sed potius bona ratione id agat, ut antea datæ e medio tollantur, vel saltem pristinis limitibus includantur. Imo & protectoria ista superioritati Ordinum, & jurisdictioni Magistratuum, cui alioquin personæ impetrantes, eorumque bona subjecta, non

non derogant, nec præjudicium afferunt tertio. *Gail. II. obf. 54. num. 7. Rosler. de Protector. cap. VII. §. 3.* Varia exempla ejusmodi protectoriorum collegit *D. Roslerus d. l.* atque documentis firmavit, ubi etiam memb. 45. feqq. protectoria quædam Statuum Imperii recenset: nam & hi in territoriis suis eadem largiri solent.

§. XVII. Hominibus, vel familiis, quæ in Republ. vivunt, concedendi facultatem in coetum talem, quam civitatem, vel urbem vocamus, coëundi, vel jus civitatis, aut complexum jurium variorum ad finem ejusmodi societatis ordinatorum Majestaticum esse, nemo dubitabit. In Germania nostra 16.) potestatem *jus Civitatis*, Stad-Recht, concedendi etiam in territoriis Ordinum pro reservato habent Imperatoris antiquiores Publicistæ ferè omnes, qui recensentur a *Rehboldo in diss. de J. Civ. P. I. cap. 1.* & nonnulli ex recentioribus, inter quos est *Dn. Lynker. ad Schweder. d. cap. 18. §. 4. Mulzius de Maj. Imp. P. I. cap. 24. num. 16.* qui jurantur *Lib. 2.* Land-Recht, *art 26. art. 9. Weichbild. Sax.* atque præjudiciis, quæ allegat *Schweder. cap. XIIX. §. 3.* Quorsum etiam pertinet rescriptum *Leop. d. ann. 1664.* quod refert *Schottelius de antiq. Jur. Germ. cap. XI. §. 27.* qui sibi soli hoc jus asserit, atque civitatem sine suo consensu ac concessione con-

Jus Civitatis.

 di

di posse, negat. Interim tamen exempla non desunt tum antiquiora, tum recentia conditarum a Principibus civitatum, intuitu quarum non constat de ulla autoritate Cæsarea. Ex dict. *Rehbold. diss.* recenset illa *Schweder. d. l.* §. 4. Et recens in his terris præbuit *D. Joh. Georg. I.* dum sine speciali concessione Cæsaris in confiniis Bohemiæ condidit novam civitatem dictam, Johann Georgen Stadt, quorum privilegia exhibet *Rehbold. d. l. P. I. cap. 5.* Quæ exempla de jure per usum quæsito testimonium perhibent: quamvis alii ad factum, non ad jus illa referant, vel ex illis tacitum consensum Imperatoris ad condendam hanc vel illam civitatem, non autem jus perpetuum universale colligant. Est tamen notatu dignum, *Julium Ducem Brunsvicensem*, dum civitatem novam ante arcem Wolffenbüttel condidisset, non dubitasse, in literis ad Imperatorem *Rudolphum II.* datis, affirmare, se jure territorialis potestatis id fecisse: addit tamen, se velle testandæ observantiæ causa id significare Cæsari, simulque petere illius confirmationem, ne occasio fortasse alicui nascatur dubitandi, utrum illa nova civitas pro vera civitate habenda sit? Ipse Cæsar in confirmatione, quæ secuta, in dubium non vocavit facultatem condendi

civi-

civitatem, quam Dux sibi arrogaverat, sed privilegia Ducalia confirmavit. Documenta hæc cum aliis notatu dignis legi possunt *apud Schottel. de singular. Jur. antiq. Germ. cap. XI, pag. 317.* Plane hoc extra dubium esse existimo, privilegium Cæsareum de civitate condenda, sine Domini territorii, in quo quis condere vult civitatem, consensu, locum invenire non posse *arg. art. 3. Cap. Leop. & Jos. & arg. Cap. Carol. VI. art. 1. quod & textus Jur. Sax. in præced.* allegati innuunt.

§. XVIII. Post hæc accedit 17) *jus concedendi nundinas solenniores, ac generales* in Imperio & territoriis Statuum, Messen und allgemeine Märckte zu verstatten *R. J. de 1576. §. 117.* ibi: Käyserliche besondere Hoheiten und Reservaten. *Schweder. d. l. cap. XVII. §. 13.* quorum jura & privilegia recenset *Schwed. d. cap. XVII. §. 13. Ziegl. de Jur. Maj. L. I. cap. 43. n. 5. & Dd. ad tit. ff. de Nundin.* Tales sunt *Lipsienses, Francofurtenses ad Mœnum & Viadrum, Numburgenses. Lipsiensium* privilegia juncta sunt Ordinationi Mercatoriæ, & Cambiali *Lipsiensi. Minus solennes* concedunt etiam Domini territorii. *Myler. L. II. c. 58. num. 7. de Stat. Imp.* Utræque vero ita sunt indulgendæ, ne aliis jus quæsitum lædant, illis præsertim, qui jus prohibendi habent, quale impetravit jam olim Lipsia ad quindecim us-

Jus concedendi nundinas.

que milliaria. Hinc eſt, quod nunquam Imperator conſuevit dare privilegium nundinarum, niſi prius auditis adjacentibus, & vicinis civitatibus *Gail. II. obſ. 69. num. 25. Ziegl. d. l. §. 3.* Jus vero nundinarum *hebdomadariarum* annexum hodie habetur *juri Civitatis*, cum ſine eo civitas conſiſtere non poſſit. Olim Cæſaream Majeſtatem in territoriis Ordinum quoque facultatem mercatuum hebdomadariorum conceſſiſſe, ex diplomate conſtat *Caroli IV.* quod *Fritſch.* ſubjecit *diſſ. de Feudo Solar.*

Jus Poſtarum. §. XIX. Succedit 18.) *jus Poſtarum univerſale R. J. 1522.* §. Item iſt bedacht *5. Vitriar. III. 2. 52.* ibi notæ. Negat, hoc reſervatis accenſendum eſſe *Hippol. a Lapide P. I. cap. 16. ob §. 45. R. J. de 1542.* Sed quæ ibi ex conventione Cæſaris, & Ordinum conſtituta, ad peculiarem cauſam pertinent, bellumque Turcicum eo tempore gerendum. Vi hujus reſervati munus *generalis Magiſtri Poſtarum*, General-Oberſte-Reichs Poſt Ambt, collatum eſt *Comitibus* olim, hodie Principibus de *Taſſis*, titulo feudali, cui cum *Magiſtro Poſtarum Aulico Comite de Paar* variæ intercedunt lites, de quibus *vid Cap. Leop. art. 35. Joſ. 34. & Caroli VI. 29. Vitriar. d. l. Limn. T. V. L. II. cap. 9. num. 133.* Hoc vero munus Poſtarum Aulicum per provinci-

vincias hereditarias Cæsaris officium exercet, atque dirigit Postas, quas peculiares in his provinciis habet Cæsar. Non videtur vero & reliquis Ordinibus, qui tam ampla territoria possident, ut cursus publici in illis institui possint, id esse denegandum. Quod & usus probat, quamvis non ignotæ sint hac de re controversiæ. *vid. artic. 35. Capit. Leopold. & Joseph. 34. & Carol. VI. 29. H. E. T. I. pag. 126.* De his & similibus controversiis *vid. Fritsch. in Elect. Jur. publ. cap. I. & c. ult. p. 4. item ad Cap. Jos. p. 122.* quibus controversiis ex parte finis impositus novissima *Cap. 34.* Interim licet Statibus hoc jus competat in territoriis suis: non tamen ideo reservatum hocce pro inani est habendum. Nam exerceri id potest per territoria illa, in quibus ipsi Domini propter defectum amplitudinis territorii postas instituere commode nequeunt, e. c. per territoria Comitum & Baronum, Civitates Imperiales, ubi ridiculum foret, id denegare Cæsari, item terras Nobilium immediatorum; imo & territoria Principum, ubi per observantiam id introductum, vel domini territorii id perpermittunt, *per. d. art. 34. Cap. Joseph. vid. Okelii Tract. von Post-Regal. c. 2. Conf. Script. Norimb. contra* des Reichs Erb-

Post=Ambt *in Spec. Stat. 1705. M. Nov. p. 72. J. F. Longob. c. VIII. §. 44.*

Jus viarum publicarum. §. XX. Refertur etiam 19.) a quibusdam huc *jus viarum publicarum*, quatenus nempe consistit in coactione Ordinum Imperii singulorum, vel membrorum immediatorum, ut in territoriis securitatem publicam in viis præstent, & res viatoribus ablatas restituant. *Besold. de Regal. cap. 8. §. 54. R. J de 1559. §. 33. 34.* quamvis alii hoc jus Statibus commune velint *per dd. tt. Conf. Gail. II. obs. 64.* Vindicabant sibi

Jus aperturæ. etiam 20.) *jus apertura Carol. V. & Ferdinand. II.* in omnibus Imperii civitatibus, seu jus, quo illis civitas, vel castrum ad securitatem, hospitium, vel transitum apertum esse debet Oefnungs=Recht. Sed hæc res non caret contradictione, nec legibus publicis decisa; ergo in medio illa relinquenda est. Non videtur tamen vero absimile, Imperatorem tempore belli, quod cum exteris geritur, secundum LL. Imperii, in casu necessitatis, jus hoc exigere posse. Et id procul dubio oblatio clavium indicat a Magistratibus Civitatum Imperialium, quum Cæsar intrat, fieri sveta. *Vitriar. III. 19. 122.* sed *vid.* tamen *J. P. art. 8. §. Gaudeant. ibi Hospitationes &c. it. Præsidiis.* Eodem modo com-

Jus Albergariæ. paratum est 21) cum jure *Albergaria*, Azungs Gerechtigkeit, quo incolæ alicujus

loci

loci Dominis cum familia & comitibus adventantibus non tantum hospitium, sed esculenta & poculenta præstant. Hoc communiter tribuitur Imperatori in universo Imperio. *Mager. de Advocat. arm. cap. X. num. 128. Steph. de Jurisdict. Lib. III. P. I. cap. 14. num. 128.* Sed nescio, an omnes Status hoc agnoscant. Frequentius vero hodie alia munera offeruntur Cæsari adventanti. *Binder. de Jure Alberg. Concl. VII. lit. A.* Certius est, huc pertinere 22) *jus exteris indulgendi facultatem milites legendi in Germania* sed tamen sub certa cautione, & modo juxta *R. J. de 1570. §. 8. seqq. 1576. §. 38. 41. 42. 1594. §. 31.* de quibus latius actum *in Diss. nostra de Libertat. Germanor. exteris milit. th. 34. seqq.* Quæ tamen facultas quodammodo coarctata *R. Noviss. §. 126. art. 16. Cap. Leopold. & 15. Joseph.* Sed nullibi tamen Ordinum, vel Electorum consensus hic requiritur. *§. 37. dict. diss.* Utrum vero concessam illam facultatem militem legendi ab Imperatore Status in territoriis suis impedire possint? disputatum *th. 39. dict. diss.* Jus exteris de lect. concden.

§. XXI. Posthæc 23.) *jus monetandi*, vel monetam cudendi ab antiquissimo tempore Romanorum, Francicorum, & Germanorum Imperatorum regale fuit, atque ita dicitur *in R. J. de 1570. §. 132.* ita ut Cæ- Jus monetandi.

 sar

ſar jure ſuo adhuc hodie id exerceat. Exercet tamen etiam id per alios, quibus peculiari privilegio hoc exercitium conceſſum, ut ſupra dictum *c. 44. §. 6.* Quod regale majoribus merito accenſetur; quoniam non lucri pecuniarii fiſco inferendi cauſa, ſed ad decus & utilitatem reipublicæ moneta cudenda. *d. §. 132.* Münz-Ordn. *Ferdinand. I. §. 173.*

Summa judiciaria poteſtas. §. XXII. Non minima pars quoque eſt reſervatorum Cæſareorum 24.) *poteſtas ſuprema judiciaria*, & jus ultimæ *cognitionis, ac extremæ provocationis*, vi cujus vel ipſe, *vid. Lehm. c. 5. L. 7. cap. 76.* vel judicia ab eo conſtituta (de quibus peculiari loco agendum) cognoſcit & ſtatuit de cauſis ad ſe delatis, vel etiam in juſtitiam ſententiarum in judiciis Statuum Imperii, & aliorum immediatorum latis, aliorumque proceſſuum judicialium, facta provocatione, vel querela inquirit, easque vel confirmat, vel corrigit, vel alias dirigit juſtitiam in toto Imperio Rom. Germ. Nam etſi hodie Cæſar in territoriis Ordinum hac parte non concurrat, nec, licet ipſe adveniat, impedire poſſit Status & hoc caſu in exercitio territorialis Superioritatis; atque adeo, quæ *jure Sax. Lib. I. art. 58.* habentur, cum regula: in welch Land der Käyser kommt, da iſt Ihm ledig das Gericht daſelbſt, L. R. *L. III. art. 60.* nul-

nullum habeant usum; postquam scil. illi, qui territoriis præsunt, in iis haud amplius jure officii vel muneris, sed jure patrimoniali ad ἀκμὴν deducta Superioritate territoriali, jus & justitiam administrant: *art. 3. Capit. Leopold. & Joseph. & art. 1. Capit. Carol. VI. vid. dicta cap. IIX. Jpr. Feud. §. 10.* superest tamen adhuc Imperatori suprema directio, quæ cum illa subordinata Superioritate optime consistere potest. Atque ideo & illis, qui a Statibus Imperii gravatos se putant, appellare licet ad Cæsarem, vel alio modo apud ipsum queri. Imo licet in *Recess. imp.* appellationibus ad Cæsarem & Judicia Imperii in genere certus modus positus, certaque summa appellabilis constituta *R. I. de 1570. §. 67. 1600. §. 14. 1654. §. 112. 114.* imo etiam quibusdam Statibus privilegia specialia de non appellando concessa, qualia exempla, intuitu Electorum ex *A. B. tit. 8. & 11.* notum, & supra, cum de quolibet eorum acta, recensita, atque ex *art. 10. §. Deinde J. P. O. Blum. tit. 46. 47. Schweder. d. l. cap. XI. §. 2. & 3. it. supra dictis cap. 33. §. 4.* peti possunt, quorum nonnulla ad certas causas certasque summas restricta: juxta communem tamen sententiam semper superest parti gravatæ, non obstantibus his privilegiis, querela nullitatis, & protractæ, vel denegatæ justitiæ. *Schweder. d. l.* Privil. de non appellando.

 §. 4.

§. 1. Interim illud privilegium, quod Electores & Duces Saxoniæ speciatim *a Sigismundo, Maximil. I. Carol. V. & Ferdinando I.* impetrarunt, non tantum appellationes, supplicationes, sed etiam nullitatis & omnem alium provocationis modum præscindit, ut ostensum a *Carpz.* & *Knichen.* qui privilegium hocce commentariis illustrarunt, & tenor ipsius privilegii Ferdinandini docet *ap. Limn. III. 10. 41. vid. supr. c. XXXII. §. 9.* Ac quamvis querelam protractæ, vel denegatæ justitiæ per privilegium illud exclusam esse, haud videatur: nemo tamen hucusque justam habuit causam de hac re querendi, nec exemplum, puto, allegari poterit, ideo ad tribunalia Imperii causam ex Saxonicis terris fuisse reapse delatam, quamvis a quibusdam tentatum id fuerit. *D. Lyncker. ad Schweder. d. c. II. §. 1.* Quod si vero a Cæsare sententia dicta, vel in judiciis Imperii, remedia quidem certa adversus illam competunt, de quibus suo loco: provocatio tamen ulterior datur nulla & sic operam perdunt, qui ab Imperatore male informato ad melius informandum, vel ad Imperatorem & Ordines, vel etiam ad Pontificem appellare conantur *Schweder. d. l. §. 5.* licet in causis Ecclesiasticis inter Catholicos adhuc hodienum extrema provocatio ad Pontificem fiat. *Burgoldens.*

P. II.

P. II. disp. 20. n. 6. Conring. de Jud. Germ. §. *66. vid. dict. supr.* Qua ratione Status cum Cæsare intuitu Judicii Cameralis concurrant, infra dicendum.

§. XXIII. In specie ad reservata Cæsaris 25.) refertur *jus cognoscendi, & statuendi de controversiis circa feuda regalia ipsa,* sub quibus etiam *Baroniæ* comprehenduntur. *Blum. cap. XLI.* §. *7. Jpr. Feud. cap. XXV.* §. *10.* vel *partes* eorum *quotitativas*, ita, ut nec *Camera*, nec *Austrega* hic habeant fundatam intentionem *Ord. Cam. P. II. Tit. 7.* nec etiam *Locum tenens* Imperatoris, *& Regimentum* olim potuerit has causas ad se trahere. *Ord. Reg. de 1523.* §. *7. Jter. de Feud. Imp. cap. XV.* Quamvis nostra sententia hæc facultas Vicariis Imperii sede vacante ademta non sit, ut diximus *Jpr. Feud. cap. XXV.* §. *6.* Sed magna controversia est, utrum *Pares Curiæ* in hoc judicio, ceu in aliis feudalibus adhiberi debeant, necne? quippe quos nec *Ord. Cameræ*, nec *Constitut. Friderici II. Alberti, & Rudolphi*, quæ in partes hic vocantur, nec *jus commune feudale* excludit, ut dictum §. *4. & 5. Cap. XXV. Jpr. Feud.* Atque adeo quam plurimi Jus Parium, vulgo das Fürsten-Recht acerrime vindicant. Sane negandum non est, olim ejusmodi causas absque *Paribus Curiæ* non temere judicatas fuisse: ipse *Sigismundus* Impe-

Judicium de Feudis Regalibus.

Imperator in causa Electoralis Saxonicæ successionis asserit; eam secundum Juris communis dispositionem, necnon usum, morem, stylum, & consuetudinem S.R.J. *per Dominum Feudi, ac Pares Curiæ* esse terminandam. *Limn. T. V. L. II. c. 32.* Interim negandum non est *Carolum V.* & sequentes Imperatores absque *Paribus Curiæ* hæc judicia exercuisse, multosque etiam Principes agnovisse, & agnoscere adhuc solitarium hoc Cæsaris judicium. Sed lege hoc expresse firmatum esse, dici non potest. Interim *Jnstr. Pac. ejusque* §. *55. art. 5.* in partes vocant, ubi liberum relinquitur Cæsareæ Majestati, in causis majoribus, ubi tumultus timere possunt, etiam quorundam Electorum & Principum sententias & vota requirere, quo ipso solitarium Cæsaris judicium firmari dicunt, quod in medio relinquimus. *vid. Jtter. de Feud. Imp. cap. XXV. Jpr. Feud. Long. cap. XXV.* §. *6.* De possessorio Judicio circa feuda regalia *vid. c. XXV.* §. *9. J. Feud.* Circa feuda vero non regalia Imperator quidem etiam Judex est, sed ita, ut Camera hic habeat concurrentem Jurisdictionem. *Schwed. cap. IX. d. l.* §. *18.*

26. de Contr. v. præce-

§. XXIV. Idem dicendum 26.) de Jure *definiendi controversias de præcedentia inter Status Imperii, tum in Comitiis, tum alibi*

alibi ortis: quod agnovere Status in Augustanis Comitiis 1566. peculiari scripto, quod refert *Schweder. P. S. I. 10. 15.* idemque patet ex *R. J. de 1500. tit.* Wie die Irrung der *Session. de 1541.* §. *80. conf. Kulpis. de legat. Statuum Imp. cap. 14.* §. *33. 1570.* §. *161.* Solet tamen sæpius consilium Statuum, & Electorum præsertim, in causis his odiosis exigere. *R. J. de 1545.* §. *50. 1603.* §. *6.* vel operam dare, ut transactione amicabili, vel per modum alternationis res componatur. *vid. R. J. de 1641.* §. Demnach *1654.* §. *196.* Quorsum autem in definiendis his litibus respiciendum sit, ex autoribus, qui data opera hoc argumentum excusserunt, *Gothofredo, Crusio &c.* peti potest; negandumque non est, antiquitatem familiæ, atque observantiam & possessionem quam plurimum hic conferre. *Kulpis. d. l.* §. *34.* Satius tamen interdum foret, si his litibus nimium non daretur opera, atque temperamentum admitteretur, quam ut nimia persecutione sui juris publicæ saluti damnum conciliaretur. Judicium sortis svasit Imperator *12. Jun. 1668.* sed hucusque de hac re litigantes id agnoscere noluere. *Schweder. d. l.* §. *16.* De variis litibus præcedentiæ legi potest *Schweder. d. l.* & de novissimis, quæ in Comitiis vertuntur, notitia capi ex dicursu von gegen-

dent. Statuum.

genwärtigen Reichs-Tage subjecto *Schilt. J. P. Inst. T. I. tit. 19. pag. 125.* De novissima in domo Saxonica Ducali orta *vid. Spec. Stat. ad ann. 1702. M. Majo.* Dantur etiam inter sequiorem sexum ejusmodi lites, qualis est illa, quæ intercedit, zwischen denen gebohrnen und unvermählten Princessinnen und der Käyserl. Obersten Hoff-Meisterin, cui precedendi jus asserit præ illis decretum Cæsareum *de ann. 1653. d. 18. Jul. vid. Acta Elect. Joseph. Sigismundi Ferrari pag. 73.*

De controversiis vectigal. §. XXV. Etsi vero jus privilegium vectigalis concedendi a regula §. *10.* exceptum, & ut *c. 43.* §. *2.* dictum, Electorum consensus hic necessarius, sicque etiam interpretatio, vel declaratio ex horum simul arbitrio pendet: in *Matthiæ* tamen, & sequentibus Capitulationibus cautum, 27.) controversias. de vectigalibus, non in Camera, sed coram solo Imperatore tractari debere, *Cap. Leopold. art. 24. & Joseph. 23.* si scil. lis Electorem tangat simul active, vel passive. Quod quidem reliquos Ordines ægre ferre, nec Cameram cedere voluisse jure cognoscendi in materia vectigalium Electores tangente, apparet ex illis, quæ habentur in der Grundfeste *III. 3. pag. 233. Roding. P. C. I. t. 9. & I. 12. 83. mantiss. 2. Conf. Schwed. d. l. §. 7.* Pariter si de privilegii 28.) validitate

ditate Cæſarei quæſtio oriatur, de ea cognoſcit Cæſar ſolus. *Limn. ad Capit. Matthiæ art. 23.* ſi vero de illius violatione agatur, vel de poena privilegio inſerta, & Imperator & Camera, ea de re cognoſcere poteſt, ita, ut præventioni locus ſit. *Gail. I. obſ. 1.*

§. XXVI. Supereſt 29.) *jus Fiſci*, quod uti in LL. Romanis Imperatori ſoli aſſeritur *t. t. ff. & C. de J. Fiſci*, ita noſtro Imperatori hodierno id tribuitur *A. B. t. 24.* §. *2.* ibi: *Fiſco noſtro. R. J. de 1582. Rab.* von Silberner Müntz. §. Und wer der ꝛc. *Conf. Ord. Cam. P. I tit. 15.* quod tamen ita exercet, ne Statibus Imperii, vel aliis, qui jura fiſci titulo feudali, vel allodiali acquiſivere, præjudicium adferatur. §. *27. Cap. Leopold. 26. Joseph.* Cæterum olim Imperatores & Reges Francici ac Germanici fiſcum ſuum opulentiſſimis *reditibus*, & tantæ majeſtati convenientibus repleverunt. Namque ex omnibus terris, antequam hereditario Jure a *Ducibus, Comitibus &c.* acquiſitæ, proventus in ſuſtentationem, & utilitatem Imperii accipiebant, *tributa* ſcil. *bannum dominicum, heribannum, vectigalia, telonia, pedagia, cenſus regales*, Königs-Zöll, *cenſus ex animalibus, mulctas, reditus metallifodinarum, cenſus Judæorum &c. Rhet. l. IV. 59. Schweder. de Doman. Imp. §. 11. ſeq.* quo-

Jus Fiſci.

Reditus Imper.

quorum etiam nonnulla, hereditariis licet factis regionibus, supermansere Imperatoribus, ut *reditus metallifodinarum*, de quibus actum *Jpr. Feud. c. IX.* §. *10. 13. 14. vectigalia & c. cap. 8. d. l.* §. *9.* Itidem accipiebant bona mobilia Episcoporum, de qua re dictum *cap. XLI.* §. *24.* Præsertim autem ex Civitatibus Imperialibus varios reditus percipebant. *Lehm. L. IV. c. 2. & 3.* Sed ista omnia cum tempore maxima decrementa sumsere: atque vel negligentia vel profusione Imperatorum, vel etiam per conditionem temporum, fatali præsertim interregno, ea, quæ in usum Imperatoris, & totius Imperii in *Germania* & *Italia* destinata, in manus Statuum, vel aliorum pervenerunt; multa etiam plane ab Imperio avulsa ad exteros transierunt. Quam ob causam Maximilianus jam in *Com. Worm.* quæstus est 1495. de hac re, das Röm. Reich, inquiens, sey itziger Zeit eine grosse Last, und falle davon kleine Bethe. *Lehm. Lib. IV. cap. 4. pap. 284.* Notum etiam est *Granvellani effatum*, apud *Sleid. ad an. 1545. Limn. 10. 13.* Nihil autem hodie fere, præter Contributiones Italicas, de quibus *vid. Itter. de F. I. cap. 6. pag. 263.* in *Germania* superest ex illis reditibus, quam *Steuera* Reichs-Steuren der Städte, quas *Civitates* Imperiales, præter alia Imperii onera ordinaria,

naria, vel extraordinaria reliquis Statibus communia præstant. De quibus ut & aliis ad pristinum statum reducendis actum est *in Cap. Caroli V. a. 23. & aliis, v. a. 29. Leop. 28. Jos. 2.) Steueræ*, quæ exiguntur à Nobilibus immediatis Ritter=Steuern, quæ tamen non nisi necessitate exigente, & quando Status collectas promiserunt, requirente Imperatore, acceptis reversalibus subeunt. *Maurit. de Nobil.* §. *51.* 3.) *Taxa* Cancellariæ, quæ tamen ix sufficiunt ad salaria illorum, qui ministerium præbent in Cancellaria, *art. 44. Cap. Jos.* 4.) *Mulctæ, quæ sententiis judicii aulici decernuntur, bona vacantia* immediatorum, item bona *publicata*, bona *ereptitia* &c. Quæ tamen omnia incerta sunt. Quæ vero in Comitiis *collectæ* ab Imperatore, & Statibus Imperii indicuntur, atque conferuntur in commune, ac præstantur pecunia, vel viris, in necessitatem bellicam, vel ad sustentationem Cameræ impenduntur: ipse vero Imperator ad suos usus, vel alios publicos nihil inde percipit. Quam ob causam opus est, hodie ut Imperator talis eligatur, qui propriis opibus, & viribus gaudeat, ut tantam dignitatem, & molem sustinere possit, ceu dictum *c. XVII.* § *9.* Actum est *d. a. 23. Caroli V.* aliisque Capitulationibus de reditibus pristinis restituendis

Leopold. 29. Joseph. 28. item etiam de bonis incorporandis Imperio, de qua re dictum supra *cap. XLIV. §. 5.* sed hucusque parum profectum est. *Conr. ad Lamp. p. 3. cap. 5. p. 105.* De aliis remediis videatur *Limn. II. 10. in f. Conf. etiam diss. Dn. Schweder. de Domanio R. G. 7. in fine.*

Residentiæ Imperatoris. §. XXII. Habuere etiam olim aulas, seu Palentias in civitatibus Imperii, quorum nonnullæ, vel saltem reliquiæ in quibusdam supersunt. *Lehm. Chron. Spir. L. II. cap. 18. p. 90. Lib. II. cap. 13. p. 250. Rhet. I. 4. 59. Jpr. Feud. c. IIX. § 51.* Suetum enim erat olim Cæsaribus, non in uno loco degere, sed per partes Imperii omnes migrare, & ubique præsentiam suam commodare. Atque inde est, quod in *A. B. cap. 28. §. 5.* cautum, Imperatorem primam suam *curiam Norimbergæ* celebrare debere, quod tum de *Residentia*, tum de *Comitiis* non male explicatur. *vid. R. J. d. ann. 1613. §. 6.* A temporibus tamen *Ludovici Bavari* plerumque in terris hereditariis degere sueverunt Imperatores. *Lehm. Lib. VII. cap. 76. pag. 858.* quia alibi ob defectum redituum aulas ex dignitate instruere non potuerunt. Facetum est responsum *Wenceslai*, quod *Legatis Ordinum* dedit præsentiam ejus in Imperio petentibus, quodve exauctorationi ejus occasionem dedit apud *Goldast. R. S. P. II. p. 67.*

67. *Lehm. Lib. VII. c. 59.* Cæterum *Bambergam* mansioni Imperatoriæ adscriptam esse tradunt, ita, ut si Cæsar nullo alio loco commodari possit, Episcopus *Villacum* se conferre, & urbem Imperatori concedere teneatur. *Limn. ad Cap. Caroli V. p. 330. Cap. Leopold. 37. Joseph. 36.* additum, *Cæsaris aulam intra fines Germaniæ esse debere.* Sufficiant hæc de reservatis dixisse, quibus jus recipiendi homagium, & vasallagium, haud immerito junxeris, juxta *dicta cap. XI. §. 18.* Ultimo hoc loco animadvertendum, quod & in iis, quæ solus agit Cæsar, si magni momenti res sit, & unde tumultus in Imperio timeri possunt Electorum, Principum & Statuum, vel omnium, vel quorundam utriusque religionis consilium, & sententiam exquirere debeat. *Cap. Leop. art. 39. Jos. 38. art. 5. §. 55. J. P. O.*

CAP. XLVI.

DE COMITIIS, IISQVE UNIVERSALIBUS.

§. I.

QUoniam Jure Majestatica Cæsari cum Statibus communia quæ sunt, omnia, & quæ cum Electoribus solis simul competunt, pleraque in *comitiis*, vel *universalibus*, vel *particularibus* exercen- Connexio.

centur vel in his intuitu illorum, quæ Cæsar solus agit, consilium Statuum expetitur, de illis opportune nunc agendum est. *Comitium* vero a coeundo dictum quemlibet, *coetum*, seu *conventiculum* significat. *Comitia* vero in plurali numero dicebantur olim *conventus universi populi Romani*, cum in campo Martio coibat ferendarum legum, exercendi judicia, vel creandorum Magistratuum causa: de quibus, & illorum divisionibus hic agendum non est. In *Francicis* vero & *Germanicis* monumentis veteribus vox hæc non reperitur usque ad *Maximiliani I.* tempora; sed loco illius *Curiæ*, Hoff, Königl. Hoff, *Congregationis*, *Conventus*, *Diætæ*, Tag, Täge *Placitorum*, *Conciliorum* vocabula inveniuntur. Supra etiam jam diximus *cap. XI. §. 4. & cap. XXIII. §. 1. 2.* studium libertatis, quod apud omnes *Germaniæ* populos magnum semper fuit, nunquam Regibus infinitam & liberam potestatem concessisse, sed vel populum, vel primores una cum Rege, vel Imperatore de rebus publicis statuisse in Comitiis Regni.

Comitia quid? §. II. Sunt itaque Comitia nostra *Conventus Imperatoris & Statuum Imperii R. G. vel omnium, vel quorundam rite convocatorum eo fine instituti, ut negotia totum Imperium concernentia legitime definiantur, salutis publicæ causa.* Atque sunt vel *univer-*

niversalia, vel *particularia*. *Comitia Universalia* Allgemeine Reichs-Tage sunt *conventus Imperatoris & omnium Statuum simul rite convocatorum ad definienda negotia totum Imperium concernentia instituti*, *&c.* de quibus hoc capite paucis agendum, & quidem secundum statum præsentis temporis. Antiqua autem Comitiorum ratio ex *Lehm. Spir. Lib. II. c. 39. seqq.* aliisque peti potest.

§. III. Indicit ea, hodie tamen e consensu Electorum, ut dictum *c. XLIV.* §. *9.* *Imperator*; illo vero absente *Rex Romanorum* exemplo *Ferdinandi I 1542.* vel alius *Vicarius Imperatoris*. Sede vacante, si opus, *Vicarii* hac opera possunt defungi, utut nullum hujus rei exemplum extet. *Kulpis. ad Monzamb. P. II. c. 5. §. 2. 3.* Grundfeste *P. I. cap. 2.* Et quum olim generali aliquo Edicto Status convocarentur. *Spec. Suev. I. 39. Sax. III. 64.* inde a temporibus *Friderici III.* singuli ordines, qui viritim sententias dicunt, & illorum, qui curiatim, directoria, peculiaribus literis manu Cæsaris subsignatis, invitantur & vocantur, stylo tamen hodie magis temperato ac olim, ceu videre est apud *Herden. d. l.* ubi & formula ejusmodi literarum habetur. De *loco* Comitiorum in *A. B.* cautum *c. XIIX. §. 5.* ut prima *Norimbergæ* habeantur, nisi legitima causa id impediat, qualis

Indictorum. Modus. Locus.

qualis hucusque ſemper obtenditur. Quod jus civitatis hujus noviſſimæ confirmatum eſt *R. I. de 1641.* §. *2.* Quoad reliqua Comitia nihil certi in legibus publicis definitum eſt, atque ſic res, ut olim ex *Cæſaris* ſolius, ita hodie *illius* & *Electorum* arbitrio pendet: modo non locus extra fines Germaniæ Auſſerhalb des Reichs Teutſcher Nation eligatur. *Cap. Leopold. 17. Joſ. 16. & Carol. VI. 13.* Interim plerumque Civitas Imperialis ſeligi ſolet, quod tamen perpetuum non eſt, cum monumenta teſtentur, etiam in municipiis Comitia Imperii inſtituta fuiſſe. *vid. Schweder. P. S. Sect. I. cap. 30.* §. *4.* Per totum ſeculum XVII. *Ratisbona* placuit, a qua tamen, parum abfuit, quin arma Gallo-Bavarica paucis abhinc annis Comitia expuliſſent. Antiquis temporibus Comitia in campis fuiſſe habita, antiqua monumenta teſtantur. De *tempore* nihil certi cautum etiam hodie, ſed res ex *Cæſaris*, & hodie *Electorum* arbitrio pendet. *Pace* tamen *Weſtphal. art. 8.* §. *3.* cautum, *toties habenda, quoties id publica utilitas, aut neceſſitas poſtulaverit.* Quæ vero ibidem de Comitiis intra VI. menſes a dato ratificatæ pacis conventa, & in §. *192. R. Nov.* habentur, juri Cæſaris & Electorum non præjudicant. Monuit Deputatio Francofurtana, aut Capitulationi inſeratur,

Tempus.

quo-

quolibet *fexennio* Comitia habenda, fed hucusque id factum non eft. *Herden. l. 3. p. 31. vid. tamen Capit. Carol. VI. art. 13.* ibi: Wenigſt alle Zehen Jahr. Olim etiam Comitia, annua tunc, breviori tempore finiebantur, nec temere ultra *menfem* durabant, Handhabung des Friedens 1495. tit. daß ein Reichs-Tag nicht über einen Monat. Sed auctis poftea materiis, & difficiliis, fuper quibus agendum in Comitiis, ac ceremoniis, longiores quoque fieri cœperunt hæ diætæ: & quod exemplo caret, incredibileque fortaffe majoribus vifum, præfentia Comitia quibus multi Legati immortui, jam novem luftra emenfa funt, nec nunc quidem finis fperandus eft. *Herden. l. c.*

§. IV. Convocantur vero ad Comitia omnes illi, qui *Status Imperii* funt, atque jus feffionis, & fuffragii habent; & in fpecie *Electores*, & *Principes* Ecclefiaftici, licet nondum infulati, & inveftiti fint. *vid. dicta cap. XXVII.* §. *1.* imo juxta obfervantiam & praxin quamvis nondum inveftiti a Cæfare. *Kulpif. d. l.* §. *25.* Sede autem vacante, *Capitula* vocari folent, quod tum exempla, tum *J. P. art. V.* §. *21.* teftantur. *Schweder. d. l. cap. 30.* § *3.* De poffefforibus Epifcopatuum, qui religionem Evangelicam amplexi, vel *Epifcopis A. C.* addictis &c. multa olim lis fuit,

Qui vocentur? Status Ecclef.

quos *Pontificii Ordines*, & ipse *Imperator* admittere nolebant ad Comitia universalia sub prætextu reservati Ecclesiastici. Sed finita est illa *J. P. art. 5. §. 21. 22.* atque locus in scamno inter Ecclesiasticos & Seculares intermedio, & transverso illis assignatus est, *Pfanner. H. P. Lib. II. §. 42.* quæ omnia in usum, & praxin sunt deducta. Principes Seculares, etiam nondum investiti, vocantur & admittuntur. *Limn. T. I. art. 9. 1. 52. Kulpis. d. l. §. 25. Herden. I. 5.* Si defectum ætatis patiuntur, *Tutores*, aut *Curatores* illorum loco ipsorum, ut adsint, monentur, qualia exempla allegat varia *Schweder. d. l. §. 5. vid. R. J. de 1594. 1598. 1654. in subscript.* Ubi jus primogenituræ receptum, primogenitus der regierende Herr vocatur solus. Si divisio juxta usum familiæ facta, quilibet ratione suæ partis, de qua a Cæsare investitus. *R. J. 1570. §. 163.* Quod si regio pro indiviso possideatur a pluribus, vel saltem jus Comitiorum pro indiviso sit commune, ut in familia *Anhaltina*, literæ quidem ad omnes diriguntur; sed tamen nomine omnium, vel unus ex ipsis, vel legatus ad sessionem, & suffragium, subscriptionemque admittitur. *Herden. d. l. cap. 5. Schweder. d. l. §. 5.* Si plures regiones quis possidet cum jure suffragii, ratione singulorum vocandus, & com-

Seculares.

& compareret. *vid. cap. 39. §. 10.* De *Rege Bohemiæ* diximus *cap. XXXI. §. 30.* De *Nobilibus immediatis* alibi agendum. Possunt & solent tamen interdum etiam invitari, vel vocari ad comitia alii, qui non sunt Status, tum *Principes*, tum *privati* homines ob certas causas. Illud comprobat *R. J. de 1530. §. 102.* hoc vero exemplum *Lutheri* nostri anno 1521. a *Carolo V.* ad Comitia *Wormatiensia* evocati, ut de libris a se editis responderet. Aliud exemplum habet *Herden. d. l. cap. V. p. 41.* Fieri etiam solet, ut quædam personæ, *officiorum causa* subeundorum tum a Cæsare, tum ab Electore Saxoniæ citentur, de qualibus actum *cap. XXXIII. §. 7.*

§. V. Ordines convocati, vi nexus, quo Imperio obstringuntur, comparere debent, & quidem olim & *Principes* ipsi debebant adesse; nec alii nomine eorum admittebantur, ob quam causam etiam *Austriaci* & *Burgundi*, &, ut nonnulli volunt, etiam *Bohemus* privilegia impetrarunt, circa libertatem comparendi. Sed a temporibus *Maximiliani I.* non ita stricte ista obligatio in usum deducta est; sed vocati quidem sunt ita, ut ipsi compareant, addita tantum clausula, si propter impedimenta justa id fieri non possit, legatos sufficienti mandato instructos mittant; annexa comminatione, ut, si Comparitio.

neutrum fiat, nihilominus futurum esse, ut, ac si præsentes fuerint, decretis Comitiorum obligentur. *vid. R. J. de 1500. Rubr.* Wie man mit etl. Ständen verb. Nachdem auch. *Herden. l. 6.* Interim tamen, si necessitas postulet, nullum dubium, quin *Cæsar Ordines* & ad personalem comparitionem serio hortari queat. *Schweder. d. l.* §. *6.* & notum est, fecisse id *Carolum V.* sub pœna amissionis regalium, feudorum & immunitatum &c. *Herden. l. 6. Kulpis.* §. *25.* quo tamen casu & justa causa absentiæ excusare poterit. Cæterum quoad *Abbatissas* obseruandum est, illas semper per Legatos comparere *Limn. Lib. IX. cap. 1. num. 104.* ibique *Tom. II. addit. pag. 351.* rationem jam diximus *cap. XL.* §. *2.* Utrum vero consultius sit, Principes comparere ipsos, vel per Legatos, eleganter disputat *Herden d. cap. 6. conf. Kulpis.* § *23.* Isti, qui vel ipsi, vel per legatos comparere volunt, tempestive id denunciant Vice-Marschallo *Pappenheimio*, qui cum *Metatore* Imperii loco Comitiorum mature adesse solet, ut hospitium assignet, atque nomen, & insignia illi per *Latrunculatorem* Reichs-Profos, adfigi curat. *vid. supr. cap. XXXIII.* §. *5. Herden. d. c. 6.*

Ceremon. introitus.

§. VI. Ordines Imperii, vel Legati eorum plerumque ita adventum accelerare solent,

ſolent, ut Cæſari adventanti obviam ire poſſint, quod interdum magna pompa factum, ut tempore *Friderici III.* ann. 1471. *Ratisbonæ*, & *Caroli V.* 1530. *Auguſtæ.* de cujus introitu *vid. Cœleſtinus in Hiſt. A.C. pag. 71.* interdum minori, ut ann. 1652. tempore *Ferdinandi III. Herden. l. 6.* Nec deſunt exempla, Cæſarem ipſum tardius venientibus Statibus obviam iiſſe. *Herden. d. l. pag. 47.* Cæſar, ſi ipſe adeſſe non poteſt, vel Regi Romanorum, ſi adeſt, vel *Locum tenenti*, ſeu ſoli, ſeu cum Commiſſariis, ſive Commiſſariis, quorum unus *Principalis*, *Princeps Imperii* eſſe ſolet, alter vero *Secundarius vel Con-Commiſſarius* inferioris ordinis, hoc negotium delegat. *vid. R. J. de anno 1525. 1526. 1529. 1531. 1535. 1542. 1555. &c. Dn. a Lyncker. diſſ. de Comiſſ. Imperial. §. 15.* Qua ratione vero tum apud Cæſarem, vel ejus Commiſſarios, tum apud Conſtatus ſolennes audientiæ, & viſitationes fiant, ſignificationes adventus apud Cancellariam Moguntinam, it. dem Erb-Marſchall-Ambt, ac mandata Legatorum, tum apud Cæſarem, vel ejus Commiſſionem, tum Directorium Moguntinum exhibeantur, diſci poteſt ex *Herden. c. 6. p. 1. Kulpiſ. de Legation. Stat. Imp. cap. XIII. §. 16.* & ex Diſcurſu *Schilter. Inſt. ſubnexo* von gegenwärtigen Reichs-Tage *pag. 135. ſeqq. Her. Eur. T. I. pag. 812.* Audientia.

Natæ

Lites. Natæ de hac re variæ lites, 1.) ratione Principalis Commissarii, an alius, quam Princeps Imperii esse possit? *H. E. T. I. p. 811.* 2.) ratione Concommissarii, de qua actum *c. XXVI. §. 12. vid. d. Ct. discurs. p. 143.* 3.) Legationis Moguntinæ, quæ postquam mandata Commissioni Cæsareæ exhibuit, Electorum, & Ordinum Legatis ea noluit communicare, de qua re *vid. d. disc. p. 135. H. E. p. 812.* 4.) Utrum Principum Legati teneantur ipsi mandata offerre *Moguntino* Directorio, an sufficiat illa transmitti per Secretarium, ut Electorales facere sueverunt? qua de re, & quomodo lis hæc composita. *Kulpis. d. l. dict. Disc. pag. 136. & Schwed. c. XXX. §. 8.* videri possunt. *H. E. pag. 812.* Memini, in Conventu Francofurtano 1682. quorundam ex Collegio Principum Deputatorum Legatos noluisse vestigiis Ratisbonensibus insistere, atque hinc post multas disputationes, de hac re ita esse conventum: Das die Chur-Maintzische Gesandten, wenn von den Fürstl. Secretariis die Vollmachten überbracht würden, selbige persönlich annehmen, der Secretarien Compliment anhören, nachdem besagte Vollmachten ihnen zurücke geben, und daß sie solche denn auch darzu gegenwärtigen Chur-Maintzischen Secretario ad Acta geben möchten, andeuten wollen. Cæterum antequam a Cæsare propositio facta, nefas

fas habetur conventus a Statibus institui. In Comitiis tamen, quæ *Ferdinandus III. ann. 1652. seq.* habuit, cum differretur ob certas caussas, vel prætextus, quæ, quive recensentur *ap. Herden. P. II. cap. 1. & Pfanner. in Hist. Comit. istor L. I. cap. 6. num. 45. 48 62. L. II.* ante propositionem de variis rebus extra ordinem deliberatum fuit, sed hac cautione, ne res in consequentiam abeat. *Rec. dict. Comit* §. 3.

§. VII. Quando ad actum propositionis deveniendum, jussu Cæsaris, vel ejus Commissarii, Vice-Mareschallus Imperii significat Statibus tempus hujus actus, illosque ad illum convocat, qui, cum absentium Legatis in aula Cæsaris, vel Commissarii congregantur die condicto, atque illos ad templum, sacraque juxta liturgiam Rom. Catholicorum peragenda, procedentes comitantur, in quo Evangelici illis institutis uti solent, de quibus dictum supra *cap. XVIII.* § *28.* Sacris peractis ad Curiam progrediuntur urbis, ubi Comitia habentur. Cum vero *Ferdinandus III. ann. 1653.* in aula sua hunc actum celebrare vellet, Evangelici intercessere, atque ideo in Curia *Ratisbonensi* suscipiebatur. *Pfanner. L. III. cap. 1.* De lite circa equitationem in hoc actu dictum *cap. XXVI.* §. *11.* Curiam ingressi Cæsar, vel ejus Vicarius thronum loco editiori impositum

Actus propositionis.

positum, ac quilibet suum locum & Electores quidem juxta A. B. atque Decretum Electorale *apud. Limn. ad. A. B. c. IV. §. 4. c. 9.* reliqui juxta observantiam occupant, ita tamen, ut Civitatenses extra cancellos, quibus Cæsaris & relinquorum Statuum thronus, & subsellia circumsepta, consistant. Quale schema exhibet in præsentibus Comitiis in usum deductum Herden in sæpe alleg. libello. Post hæc Cæsar, vel illius Commissarius, ille per Principem Imperii, hic per Commissarium Statibus gratias agit pro comparitione, atque intimat mox legendam propositionem, cujus prælectione defungitur, is cui hoc negotium demandatum. Antequam id fiat, Ordines per unum ex Electoribus respondent, & facta tum prælectione, Cæsar ipse, vel ejus Commissarius, interdum verba ad Ordines facit, monetque ut rem omnem serio, & ordine agant. Posthæc Ordines consurgunt, per classes de responso consultant, & collatis sententiis per Moguntinum, vel ejus Cancellarium reddunt; Cæsari gratias agunt pro cura publicæ rei, spondentque, se nihil omissuros, quod ad salutem & dignitatem Imperii pertineat, simulque petunt exemplum propositionis, quo impetrato, consessus solvitur, & eadem pompa reditur ad aulam Cæsaris, vel Principa-

cipalis Commissarii. De quibus omnibus *Herden. d. P. II. cap. 2.* & ejus Mantissa, itemque *Kulpis. de Legation. cap. XVII.* latius legi possunt. *H. E. T. I. pag. 812.*

§. VIII. Facta, & accepta propositione prima cura est *Moguntini*, ut per *dictaturam* publicam Statibus communicetur: in quem finem cura Mareschalli hereditarii eorum Secretarii, vel scribæ ad certum tempus in curiam convocantur. Postea ad deliberationes devenitur. Qua quidem parte lis est, utrum Ordo propositionis præcise servandus, an vero a Statibus immutari queat? de qua legi debet *Herden. P. III. cap. 2.* Sed nihil hucusque est decisum: apparet tamen ex illis, quæ ibidem habentur, Ordines libertatem hac in re sibi adimi noluisse. *conf. Stamler. de reservat. §. 29. num. 4. Limn. IX. 1. 153. Kulpis. ad Monzamb. P. II. cap. 5. § 26* Quando vero ad *deliberationes* deveniendum est, auctoritate *Electoris Moguntini* thema deliberandum tempusque, & locus *Curiæ* in Cancellaria *Moguntina* schedulæ inscribitur, atque Archi-Mareschallo, vel ejus Cancellario, si ille præsens, mittitur, ab hoc vero Vice-Mareschallo traditur, si vero Elector absens, immediate a Moguntino ad Pappenheimium defertur. *vid. Convent. Elect. Mogunt. & Sax. de 1562. apud Fritsch. ad Limn. IX. 1. pag. 314.*

Dictatura.

Deliberationes.

Ansage.

Hic

Hic per Metatorem Electores & Principes, Legatos vero per scribam, Cantzellisten, cuilibet exemplari schedulæ, cujus formulam habet *Schwed. cap. 30. § 11.* exhibito, ad concilium invitat, & vocat. Quo facto quilibet ex Ordinibus stato tempore in classem, cujus membrum est, secedit. Quæ ratio toties observari solet, quoties Senatus cogendus: quamvis si super eodem themate deliberationes repetendæ, indictio sine schedula fieri soleat *d. dic. p. 105.*

Tres Senatus. §. IX. Scil. apprime hic notandum est, hodiernis moribus omnes Ordines in tres classes dividi, sive *tria Collegia, Electorum* scilicet, *Principum*, & *Civitatum:* quæ res ad tempora *Friderici III.* & annum 1489. communiter refertur. Sed videantur illa, quæ dicta sunt. *supr. cap. XXVII. §. 4. conf. Kulpis. ad Monzamb. §. 26.* Primum & supremum ex hisce Collegium Electorum, der Churfürsten Rath, in quo Electores, excepto Bohemo, ut dictum *c. XXXII. §. 3.* (sed vid. tamen dicta ibi, & de negotiis Capitulationis perpetuæ, vel electionis Regis Romanorum, si juxta pacem Westphal. *art. 8. §. 3.* in Comitiis de his rebus agatur, *H. E. T. I p. 814. Conr. de Cap. §. 22.*) conveniunt, tres Ecclesiastici sc. & quatuor Seculares, locaque occupant vel ipsi, vel illorum Legati juxta Conventionem Electoralis.

Ra-

Ratisbonensem *de 1653. apud Herden. P. IV. cap. 4. & Limn. ad A. B. cap. IV. §. 4. H. E. T. I. pag. 820.* sed ita, ut absentium Legati præsentibus loco cedant. *Hannoveranus* nondum accessit. *vid. c. XXXVI. §. 3.* Moguntinus sententiam rogat, & primum Trevir dicit; postea reliqui suo ordine: ultimo Moguntinus a Saxone interpellatus suam addit. Atque hic ordo servatur, licet quidam Electores absint, & illorum vicem Legati subeant. Conclusum Moguntinus effert verbis ore prolatis, vel redactum in scripturam prælegit. Quod si contingat, ut vel non omnes, quod in certis causis requiritur, ut in causis religionis, collectarum, aut ubi Status alias ut unum corpus considerari nequeunt *Obrecht. ad J. P. art. 5. §. 52. art. 21. Cap. Leop. 20. Joseph. R. J. nov. §. 183. Herden. II. 5. pag. 122.* vel major pars non consentiat, quod regulariter sufficit *R. J. de 1512. §. 7. Ordinat. Regim. 1512. §.* Würde sich 2c. *Prasch. de Jur. Major. part.* scrutinium repetitur, usque dum exitum res capiat. Sunt, qui nunquam in Collegio Electorali majoribus locum esse volunt. *H. E pag. 820.* An Majoribus locus?

§. X. Scil. hocce in Collegio Moguntino, tanquam ejus Decano, & primo Electori, ut & Archi-Cancellario per Germaniam; imo etiam in universum intuitu Statuum in his Comitiis Imperii, aliisque Directorium Moguntini.

conventibus directorium competere, jam ſupra diximus. *cap. XXVIII.* §. *1.* & *4.* Ob quam cauſam etiam illius Cancellario, & Secretario peculiaris menſa, Directorial-Tiſch, tum in conſeſſu totius Imperii, tum Collegii Electoralis aliorumque Conciliorum, ubi ipſe adeſt, ſtruitur; & Protocollo *Moguntini* tanquam authentico creditur: atque ideo proteſtationes aliaque, quæ monumentis inſerenda, illi offeruntur. vid. dicta ſupra *cap. XXVII.* §. *4.* licet hodie & reliqui Electores in Collegium Electorale Secretarios adducant. Quod ſi autem cauſa ipſa *Moguntinum* tangat, vel abſens ſit, vel impediatur munere ſuo defungi ipſe, aut ejus Legatus, vel hic mortuus forte, nullo habente, vel relicto Collega, vel Sedes *Moguntina* vacet plane, illis omnibus caſibus, ut ſupra diximus *cap. XXIX.* §. *3.* *Trevir*, & *Colonienſis*, imo, ſede vacante, Capitulum directorium illud adrogare ſibi conantur. Quibus tamen omnibus fortiter contradicit *Saxo*. Diſceptatum de hac re fuit *ann. 1675. 1678. 1679. 1691.* Jus Archi-Mareſchalli, præſertim ratione des Raths-Anſagens, und Umbfrage &c. in Collegio Electorali prolixe vindicavit Legatus Saxonicus 3. Julii 1675. atque præſertim transactionibus 1529. *Spiræ* & *Francof.* 1562. initis, ac obſervantia innixus eſt. Legi iſta poſſunt

Saxon. Directtor.

possunt *apud Fritsch. ad Limn. IX. 1. 131.* quibus addenda sunt *Acta ann. 1678. apud Kulpis. ad Monzamb. P. II. cap. 5. §. 26. p. 165. H. E. T. I. p. 820.* Et quidem in specie *Trevirensi* & *Coloniensi* illud obstat, quod, si quid illis esset juris, ad regnum *Galliæ* & *Arelatense*, ac *Italiæ*, non Germaniæ Comitia pertineret. *Capitula* vero ejusmodi munia secularia personalia subire non possunt. *vid. supr. cap. XXVII. §. 4. Conf. Disc.* subnexus *Inst. Schilt. p. 107. seqq. H. E. T. I. p. 255.*

§. XI. Cæterum si Status *Evangelici* in caussis religionis a Catholicis secedunt, directorium inter illos est penes Electorem Saxoniæ inde a temporibus reformationis, cujus rei exactam historiam suppeditat *illustr. A. H. E. T. I. pag. 256. add. Dn. Struv. Synt. Jur. Publ. c. 22. §. 47. sqq.* ostendens simul, huic directorio quam plurima maximaque debere res protestantium. Tempore *Augusti* Electoris Saxoniæ Evangelicis accessit *Elector Palatinus*: noluit tamen *Augusto*, quem præcedebat ordine, hoc directorium eripere, nec postea commode potuit, cum Calvini dogmata sequeretur, atque adeo controversia status moveretur ipsi de capacitate religiosæ pacis. Post pacem Pragensem hoc directorium Electorale Saxonicum intercapedinem sensit; sed post pacem West- *Directör. Saxonis inter Evangelicos.*

phalicam ad priſtinum ſtatum rediit. Abſente Electore, vel ejus Legato, hoc directorium Elector *Brandenburgicus* ſibi vindicat, quod tamen Saxo Gothanus ad Principem Saxonicæ domus pertinere contendit. *Fritſch. ad Limn. IX. 1. num. 134.* Poſtquam modernus Potentiſſimus Elector Saxoniæ Evangelicam religionem cum Catholica commutavit, & Poloniæ regni ſceptra ſuſcepit, actum quidem fuit cum Domo Saxo-*Gothana* de hocce directorio; ſed res exitum non cepit. Quin potius Legatus Electoralis Saxonicus, nemine contradicente, in his Comitiis hucusque id exercuit; ſed ita, ut directio conſiliorum ſit penes Principem Sereniſſimum, *Dn. Johannem Georgium, Saxoniæ Ducem Weiſſenfelſenſis* Lineæ, qui re cum Conſilio Status Dreſdenſi communicata, Legatum de agendis inſtruit. *H. E. T. I. pag. 256.* (*)

(*) Conventionem ipſam inter Regem Poloniæ, qua Electorem Saxoniæ, & Ducem prædictum d. 1. Febr. 1700. initam exhibent Elect. Jur. Publ. T. XII. p. 487. Poſtquam vero Princeps Electoralis Saxonicus ad ſacra Catholicorum pariter tranſiiſſet, idque anno 1717. publice innotuiſſet, graviter diſceptari cœpit inter Status Evangelicos, num Directorium hoc Saxoniæ Electori ulterius relinquendum ſit? id quod alii adfirmarunt, alii contra negarunt, & inter hos rurſus fuere, qua præfatum Directorium proximo poſt Saxonem Statui Evangelico concedendum eſſe putarunt: cum

e con-

e contrario alii novum Directorem a Statibus per majora eligendum esse existimaverint. Scripta varia hanc in rem edita legi possunt in Elect. Jur. Publ. T. XII. p. 3. 464. 750. T. XIII. p 84. 195. 304 428. 487. 575. 679. 983. T. XIV. p. 253. 713. 721. T. XV. p. 49. 75. 139.

§ XII. Senatus Principum Fürsten-Rath, duobus olim scamnis constabat, quæ ab utroque latere conclavis intermedia posita, parte superiori, mensa directoriali, struuntur, *Ecclesiastico* scil. & *Seculari*: quibus post I. P. O. accessit *transversum* Quer-banck, ut dictum supra §. 4. *Ecclesiastico*, quod dextrum latus occupat, Archi-Duces *Austriaci*, & *Duces Burgundiæ*, prout dictum *cap. XXXIX.* §. 4. insident, postea *Archi-Episcopi* & *Episcopi*, itemque Prælati & Abbates Principali dignitate gaudentes, de quibus actum *cap. XXXVIII.* Agmen claudunt *Prælati*, ac *Abbates minores*, carentes Principali dignitate, & *Abbatissæ*, in duo peculiaria scamna distributi, *Svevicum* & *Rhenanum*, de quibus pariter actum *cap. XXXIX.* *Seculare Scamnum* Duces & reliqui omnes occupant, qui Principum dignitate pollent, de quibus dictum *cap. XXXIX.* Quibus junguntur quatuor scamna *Comitum*; de quibus actum *cap. XL.* §. 3. *conf.* Grundfeste *P. II. c. 5. pag. 103.* *Schema* Sessionis, & qua ratione de proedria *competant*, vel *alternent*, videri potest apud *Herden. II. 5. pag. 108.* *Schweder. d. l. cap.*

Senatus Principum.

Scamna ejus.

Comitum Wetterav. Svev. Franc. Westphal.

cap. 30. pag. 681. H. E. T. I. p. 822. conf. Differt. Fritſch. de Alternat. inter Status Imperii.

Trans-verſum. Scamnum transverſum a tempore W. P. non niſi *Magdeburgicus*, *Lubecenſis*, & *Oſnabrugenſis* occuparunt, cum reliqui Archi-Epiſcopatus & Epiſcopatus Evangelici ſecularem qualitatem adepti, juxta *J. P. art. 10. §. 9.* & decretum Cæſareum *d. 5. Maji 1654. ap. Herden. II. 5. p. 105.* in ſcamnum ſeculare tranſierint, ibique occupaverint ſedes aſſignatas. Imo poſtquam *Magdeburgicus* Archi-Præſulatus in Ducatum converſus eſt, Legatus *Brandenburgicus d. 7. Sept. 1680.* in ſcamno Seculari locum ſecundum immediate poſt *Bavarum* occupavit, non obſtante *Comitum Palatinorum* proteſtatione, quæ res nonnihil motuum in Comitiis dedit. Sed tuitus tamen hucusque eſt Legatus *Magdeburgicus* locum: *Suecico* poſtea Legato accedente anno 1681. publice teſtante, nolle ſe hæc fraudi eſſe *Bremenſi* Ducatui debito *quinto* loco juxta *I. P. O. art. 10. §. 9. vid. dict. Diſcurſ. pag. 121.* Poſt mortem *Erneſti Auguſti*, Epiſcopi Oſnabrugenſis, cum juxta tabulas. *W. P.* Catholicus ſucceſſerit, uti ſupra *cap. 38. §. 6.* dictum, hic in ſcamnum Eccleſiaſticorum ſeceſſit. Atque ſic nemo hoc tempore eſt, qui ſcamno transverſo inſidere queat, niſi *Lubecenſis.* (*)

(*) Hodie *Erneſtus Auguſtus* Epiſcopus Oſnabrugenſis,

sis, anno 1716. postulatus, scamnum transversum iterum occupavit. vid. Dn. Struv. Synt. Jur. Publ. c. 18. §. 19. p. 845.

§. XIII. De suffragio *Palatino-Sulzbacensi*, controverso. *vid. Kulpis. ad Monzamb. cap. 2. §. 5.* Item de suffragio Saxo-*Querfurtensi* idem *Kulpis. d. l. §. 6.* Obfuit huic maxime quæstio de loco. Nam licet Cæsari, qui Serenissimam Domum Weissenfelsensem propter hunc Principatum ad Comitia vocat, placuerit, daß alternatim Sachsen-Querfurth einen Tag allen Sächsischen Häusern vor, des andern Tages aber selbigen allen nachstimmen solte. (quæ ratio in *Conv. circ. Sax. supr. 1664.* in usum deducta, ita tamen ut alternatio qualibet sessione facta, *Mull. An. Sax. ad d. ann.*) noluit tamen Senatus Principum assentiri. Atque cum Legatus *Sueco-Bremensis an. 1673.* ex mandato *D. Augusti* Magdeburgico suffragio Saxo-Querfurtense jungeret, hac formula: daß S. Querfurth, *suo loco & ordine*, sich mit Magdeburg conjungire: multæ inde ortæ sunt contradictiones, ut videre est ex protocollo, quod habetur *apud Kulpis. d. l. p. 447. Conf. H. E. T. I. pag. 230. & 257. Discurs. apud Schilter. pag. 120.* Cæterum, an & in quantum Principes præsentes aliorum alias præcedentium Legatis anteferantur, tum sessionis, tum voti ratione, late legi potest *ap. Herden. II. 5. p. 100.*

Suffragium Saxo-Querfurt.

vid. dicta cap. 38. §. 4. H. E. T. I. pag. 824. sqq.

Directorium §. XIV, *Directorium*, sive jus dirigendi & proponendi olim habuit in hoc Collegio solus *Salisburgensis. Lehm. Lib. VII. cap. 124.* Sed postea tempore *Caroli V. Austriacus* in partes venit, quæ alternatim una cum proedria exercentur, ita tamen, ut *Austriacus* quibuslibet Comitiis initium faciat. Grundfeste *P. II. cap. 5. pag. 120.* Sententias rogat *Vice-Mareschallus*, vel ejus Locum tenens in medio inter duo scamna a tergo mensæ directorialis sedens, atque id facit vermittelst blosser Benennung der Häuser oder Stiffter, & quidem initio facto *a Directorio* per vices ab uno scamno ad aliud transeundo, quousque ex *Episcopis* vel *Abbatibus* majoribus quis superest. *H. E. T. I. pag 824.* Postea vocantur omnes, qui supersunt ex Principibus *Secularibus:* deinde *Prælati minores, Comites & Barones*, qui per scamna vota curiata alternatim etiam ferunt. *Herden. d. l.* Suffragiis latis (quorum in universum XCVI. in hoc Collegio feruntur *H. E. T. I. pag. 825.* ubi numerus Catholicorum & Evangelicorum exprimitur) Directores *Austriaci*, & *Salisburgenses*, ad mensam accedunt, & conclusum formant æque, ac dictum supra de Electorali Collegio. Acta Directorum Secretarii consignant: habent tamen & reliqui Status suos Protocollistas. §. XV.

§. XV. Tertius Senatus est *Civitatum Imperialium* in duo scamna *Rhenense*, & *Svevicum* divisus, ceu præcepimus *cap. 41.* Directorium in hoc Senatu regulariter est penes illam Civitatem Imperialem, in qua Comitia celebrantur. Quod si autem Civitas ista ex Imperialibus non sit, tum illud spectat ad primariam Civitatem illius scamni, in cujus districtu Comitia habentur. *Herden. d. l. cap. 6. dict. discurs. pag. 132.* Directorium peculiari mensæ assidens, sententias, postquam suam dixit. *H. E. T. I. pag. 831.* (ultimo loco dicere in *dict. discurs. pag. 133.* habetur) alternatim de scamno ad scamnum rogat, atque ab *Rhenano*, in quo Civitas Bremensis his Comitiis per Senatorem Ratisbonensem suffragium tulit. *dict. disc. pag. 134.* incipit, quod & gesta una cum Civitatis Ulmensis & Spirensis Archivariis (hæ duæ enim Civitates Archiva cujuslibet scamni custodiunt) ad protocollum refert. Sed *vid. dict. discurs. pag. 133.* Collatis sententiis æque ac in reliquis Collegiis conclusum formatur. *H. E. pag. 831.* In omnibus vero Collegiis sententiæ lingua Germanica dicuntur, sed ita tamen, ut Legati *Burgundici*, *Vesontini*, *Sabaudici* & *Lotharingici* latina quoque lingua uti possint, & soleant. *Schweder. cap. 30. §. 190. vid. cap. 6. §. 10.* Collegium Civitatum.

Re- & Correlatio.

§. XVI. Si in Collegio Principum conclusum formatum est, renunciatur id Directorio Collegii Electoralis, vel, si hoc prius rem absolverit, certum hac de re facit Directorium Collegii Principum, atque tempus dicitur *re & correlationi*. Conveniunt itaque duo Collegia superiora in loco huic rei destinato, plerumque eo, ubi propositio Cæsarea facta. Tum *Cancellarius Moguntinus* Collegii Electoralis sententiam curiatam aperit, eamque stans prælegit reliquis sedentibus, rogatque, ut Collegio Principum quæ placuerint, significentur. Fit istud eodem modo a Directorio, quod in causa, de qua actum, hoc munere functum est. Si utraque Curia consentiat, res salva: sin minus, in peculiarem locum concedit quælibet, atque seorsim deliberat, Postea collatis sensentiis, tamdiu agunt & conferunt, donec vel commune conclusum eliciatur, vel appareat manifeste duorum Collegiorum sententias conciliari non posse. De hac solenni re & correlatione *Herden. II. 8. vid. & dict. discurs. p. 127.* Facta vero ista per Secretarium *Moguntinum Civitates* advocantur, illisque Collegiorum superiorum conclusum; vel etiam dissensio, pro re nata, significatur, expetiturque & illorum sententia. Intrant Deputati Civitatis, cujus Directorium

rium est, cancellos, atque unus ex illis prælegit Civitatum votum curiatum. Si res postulat, Collegia superiora secedunt, & deliberant, atque postea cum Civitatibus agunt & conferunt, usque dum de re omni inter se convenire queant, vel appareat, id fieri non posse. Dantur vero etiam re- & correlationes *minus solennes* in rebus levioris momenti, quæ tantum inter Directoria fiunt. *Herden. d. l. p. 170. dist. d. l.*

§. XVII. Sed notandum tamen hic est de modo isto *re- & correferendi* inter Collegia duo superiora recepto graviter queri Civitates Imperii, existimantes, hac ratione, dum plerumque ab istis Collegiis res confecta, antequam Urbium sententia audiatur, reapse illas destitui voto decisivo, quod tamen per *J. P. O. art. 8. §. 4.* diserte illis asseritur, omnibus dubiis ita semotis, quæ hac de re olim suborta. *Kulpis. ad Monzamb. cap. 11. §. 12.* Legi illorum protestatio potest *ap. Herden. II. 6. pag. 134.* qua simul petierunt, ut ad *simultaneam re- & correlationem* statim ab initio admittantur, illaque inter omnia tria Collegia uno actu perficiatur. Sed legi etiam possunt ibidem *pag. 140. seqq.* quæ regesta sunt, *vid. pag. 160.* quorum summa hæc est, gaudere in effectu *Civitates* voto decisivo, non obstante ista re- & correlatione

Civitatum querelæ de Re- & Correlat.

Re- & Correlatio. §. XVI. Si in Collegio Principum conclusum formatum est, renunciatur id Directorio Collegii Electoralis, vel, si hoc prius rem absolverit, certum hac de re facit Directorium Collegii Principum, atque tempus dicitur *re & correlationi*. Conveniunt itaque duo Collegia superiora in loco huic rei destinato, plerumque eo, ubi propositio Cæsarea facta. Tum *Cancellarius Moguntinus* Collegii Electoralis sententiam curiatam aperit, eamque stans prælegit reliquis sedentibus, rogatque, ut Collegio Principum quæ placuerint, significentur. Fit istud eodem modo a Directorio, quod in causa, de qua actum, hoc munere functum est. Si utraque Curia consentiat, res salva: sin minus, in peculiarem locum concedit quælibet, atque seorsim deliberat. Postea collatis sensentiis, tamdiu agunt & conferunt, donec vel commune conclusum eliciatur, vel appareat manifeste duorum Collegiorum sententias conciliari non posse. De hac solenni re & correlatione *Herden. II. 8. vid. & dict. discurs. p. 127.* Facta vero ista per Secretarium *Moguntinum Civitates* advocantur, illisque Collegiorum superiorum conclusum; vel etiam dissensio, pro re nata, significatur, expetiturque & illorum sententia. Intrant Deputati Civitatis, cujus Directorium

rium est, cancellos, atque unus ex illis prælegit Civitatum votum curiatum. Si res postulat, Collegia superiora secedunt, & deliberant, atque postea cum Civitatibus agunt & conferunt, usque dum de re omni inter se convenire queant, vel appareat, id fieri non posse. Dantur vero etiam re-& correlationes *minus solennes* in rebus levioris momenti, quæ tantum inter Directoria fiunt. *Herden. d. l. p. 170. disc. d. l.*

§. XVII. Sed notandum tamen hic est de modo isto *re- & correferendi* inter Collegia duo superiora recepto graviter queri Civitates Imperii, existimantes, hac ratione, dum plerumque ab istis Collegiis res confecta, antequam Urbium sententia audiatur, reapse illas destitui voto decisivo, quod tamen per *J. P. O. art. 8. §. 4.* diserte illis asseritur, omnibus dubiis ita semotis, quæ hac de re olim suborta. *Kulpis. ad Monzamb. cap. 11. §. 12.* Legi illorum protestatio potest *ap. Herden. II. 6. pag. 134.* qua simul petierunt, ut ad *simultaneam re- & correlationem* statim ab initio admittantur, illaque inter omnia tria Collegia uno actu perficiatur. Sed legi etiam possunt ibidem *pag. 140. seqq.* quæ regesta sunt, *vid. pag. 160.* quorum summa hæc est, gaudere in effectu *Civitates* voto decisivo, non obstante ista re- & correlatione

Civitatum querelæ de Re- & Correlat.

one, quod duorum Collegiorum superiorum conclusum pro concluso Ordinum haberi non possit, nisi Civitatum Collegium sententiam dixerit, & reliquis assentiatur, vel, si dissentiat, cum eo tamdiu agendum, usque dum & cum illis conveniat reliquis; vel, si id fieri non possit, discors sententia Urbium Cæsari simul significetur. Interim ille *usus re- & correlationum* hucusque sibi constitit. *Herden. d. l. H. E. pag. 831.*

An inter Collegia locus sit majoribus? §. XVIII. Ceterum quæstio: *utrum quoad tria vota curiata locus sit majori parti, ita, ut, si Civitates dissentiant a reliquis duobus Collegiis, vel, si his dissentientibus, Urbium classis uni accedat, duorum Collegiorum placitum in casibus, ubi majoribus locus, pro concluso Ordinum habendum?* haud expedita est. Nam etsi pro affirmativa exempla adduci possunt. *Herden. II. cap. 8. pag. 171.* illaque extra dubium posita asseritur *apud. H. E. pag. 831. Vitriar. IV. 1. 70.* lege tamen publica definita non est, atque ex ipso *Herden. pag. 172.* discimus, non deesse contradictiones. *Conf. Kulpis. de Placit. Ord. §. 3. num. 14.* Cæterum illud Statuum sive concors, sive discors conclusum, quod & *Placitum*, Ein Reichs Gutachten, dicitur a Directorio Moguntino in chartam conjicitur, atque, postquam in pleno prælectum, pro-

batum-

batumque, & per dictaturam communicatum, per *Cancellariam Moguntinam* in mundum redigitur, signatur, atque prævia ab illo notificatione facta Cæsari, vel ejus Commissioni, tempore ab his statuto per Deputatos offertur. Quoniam autem circa hos Deputatos variæ lites intercessere, res eo devenit, ut oblatio ista per Directorium Moguntinum solum fere hucusque facta sit. *vid. Kulpis. de Placit. Ord. n. 22. 23. Herden. d. l. II. 9. pag. 174. seqq. dict. discurs. pag. 129.*

§. XIX. Facta oblatione, mox secutura resolutio promittitur, quæ deinde per modum *Decreti* Directorio Moguntino insinuatur, quod reliquis Statibus per dictaturam communicari solet. Quod si itaque Cæsaris sententia cum Ordinum suffragiis curiatis conveniat, res est confecta, atque inde nascitur *Decretum Imperii* ein Reichs-Schluß. Quod si autem Cæsar ab omnibus Ordinibus dissentiat, denuo deliberationes instituuntur, tamdiuque inter Cæsarem & Status agitur, donec inter se conveniant: qua parte autoritas Cæsaris, & prudentia consiliorum multa interdum possunt. Quod si autem convenire non possint, nullibi reperimus publicis cautum esse legibus Cæsaris sententiam, aut *Ordinum* prævalere, vel *Cæsarem* ex plenitudine potestatis rem definire

Quid si Cæs. ab Ordinibus dissentiat?

nire posse; sed res indecisa manet, & negotium in aliud tempus differendum est, uti factum *Rec. Noviss.* §. *192.* nisi fortasse Ordines decisionem Cæsari ultro permittant. *Herden. II. 9. Schweder. cap. 30.* §. *17.* Quæ ex Actis P. R. circa *Reservatum Ecclesiasticum* huc trahi ex Recessu *1544.* §. *82.* & *Lehm. de P. Relig. Lib. I. pag. 108.* afferri solent, nihil ad rem faciunt: quoniam tunc temporis Status Protestantes non jus Cæsaris agnoverunt, sed, vi cedere coactos se videbant. Sane cum R. J. conventiones inter Imperatorem, & Ordines sint, ut dictum supr. *c. VI.* §. *5.* nihil a solo Cæsare in rebus, quæ ad Comitia pertinent, fieri posse, consequens est. *H. E. p. 832.* Quod si Ordinum Curiæ inter se dissentiant omnes, idem dicendum. Si duæ a tertia abeant, quousque certum non est, duas curias tertiam vincere, eadem locum invenient, si maxime Cæsar duabus Curiis accedat. *Herden. d. l. p. 178.* Sunt, qui jura Comitiorum secundum partes assis distribuunt, ita, ut quidem *semis* sit *Cæsaris*, *sextans Electorum*, alter *sextans Collegii Principum*, *tertius Civitatum*. *Pauermeister de Jurisdict. L. II. cap. 2. num. 20.* Alii alium calculum ponunt, atque varias subdivisiones faciunt, ut videre est apud *Wehner. voce* Reichs-Tag. *Hippol. a Lap. R. S. P. I. cap. 4. p. 16.* Sed quia ista distri-

butio

butio miseram subtilitatem sapit, & varia supponit, vel ex ea inferuntur, quæ multis dubiis obnoxia, & litibus occasionem præbent, rectius a plerisque hodie negligitur hoc commentum glossatorum. *Conf. Furstner. de Suprem. pag. 191. Titius Lib. V. cap. 3. §. 58.*

§. XX. Si omnia, quorum causa conventum, definita, vel quædam in aliud tempus rejecta, atque Cæsar, & Ordines abitum meditantur, *Placita* ista in unum colliguntur *Recessum*, ut vocatur, ceu dictum *c. IV. supra.* Conjicit formulam unter der R. K. M. Namen, jedoch Contracts - und Vereinigungs weise, lingua vernacula in chartam Directorium *Moguntinum*, quæ in conclavi Electorum Commissariis Cæsareis, & Ordinum Deputatis, quorum in superioribus Comitiis plures ac olim fuerunt. *Herden. II. 10. p. 180.* puplice prælegitur, examinatur, atque, si opus, corrigitur: quamvis multi Ordinum ex Principum Collegio præsertim postulaverint exemplar cuilibet *Collegio* seorsim revidendum dari. Ubi omnia in ordinem redacta, Recessus duobus Codicibus ex pergameno, inscribitur, ac cuilibet tum *Cæsaris*, tum etiam quorundam ex *Ordinibus Catholicis & Evangelicis* Deputatorum, de quibus *vid. Herden. II. 10. p. 181.* sigilla appenduntur, additis omnium

Formatio recessus.

um Ordinum, vel Legatorum illorum; qui adfuere, nominibus, a Secretario *Moguntino*, & quia circa hanc rem multæ proteſtationes ac reſervationes fieri ſolent, adjecta clauſula de non præjudicando. *H. E. pag. 833. R. N.* §. *196.* Subſcriptio autem fit a ſolo *Cæſare*, vel ejus *Commiſſario*, atque *Electore Moguntino*. His confectis, ſolennis promulgatio in eo loco, ubi propoſitio facta, in præſentia Cæſaris, vel Commiſſarii & Ordinum fit; atque, poſtquam illi pauca præfati, *Moguntinus Cancellarius* publice in pleno conſeſſu Receſſum prælegit, quam lectionem excipit admonitio Imperatoris & *Commiſſarii* de Placitis ſervandis. Poſtea Receſſus per dictaturam communicatur; unum vero exemplar authenticum *Cæſaris* Cancellariæ, & Archivo, der Reichs Hoff Cantzeley, alterum *Moguntinæ*, Reichs Cantzeley, *vid. cap. 27.* §. *3.* infertur, & ad Acta reponitur, copia vidimata juſſu *Cæſaris* a *Moguntino* ad Judicium Camerale transmiſſa. Quod per commune decretum gemeinen Beſcheid Advocatis & Procuratoribus obſervantiam Receſſus injungit. Quæ inſinuatio antequam *Cameræ* facta, ſecundum iſtum novum R. illa non ſolet pronunciare. *Roding. Pand. Cam. lib. I. t. 1.* §. *8.* Ceterum non opus eſt in Circulis peculiari publicatione, ſed illa

quæ

quæ in Comitiis facta sufficit. *Mev. P. IV. dec. 77.* Præsentium Comitiorum Recessus qualis, & quantus futurus sit, patienter expectandum est. Et quoniam hodie tot emergentia subito incidunt & incidere possunt: haud inconsultum videtur, perpetua esse potius, quam temporaria Comitia. De qua re dispiciant alii. Omnibus vero confectis, *Cæsar & Status* discedunt: solennis tamen valedicto necessaria non est. *Herden. II. 10. p. 184. Schwed. §. 20. d. c. 30.*

§. XXI. Antequam vero a Comitiis universalibus abeamus, illud observandum est adhuc, propter multitudinem negotiorum Comitialium (quæ qualia sint ex *cap. 42.* intelligi potest, atque ex P. III. der Grundfeste) non omnia in pleno tractari, sed extra ordinem quosdam ex singulis Collegiis deputari, observata tamen juxta J. P. religionis *a. 5. §. In conventibus 51.* paritate, si res utriusque R. consortes tangat; qui de hisce rebus horis successivis consultent, atque sententiam suam directorio *Moguntino*, hoc vero tribus Collegiis offerant, quæ illam vel approbant, vel ulteriori discussioni subjiciunt, & post ea placitum Cæsari exponunt. Quales *deputationes extraordinariæ* etiam fieri solent interdum, si vel cum Legatis exteris agendum, vel literæ **Deputationes Extraordinariæ.**

ad Cæsarem, vel exteros Principes expediendæ. De quibus *vid. H. E. pag. 834. Herden. II. 7.* Fuit etiam olim in usu *extraordinarius Supplicationum Senatus* pro expediendis negotiis, & gravaminibus Statuum particularibus, qui cum Statuum, præsertim Evangelicorum, maxima indignatione intercapedinem sensit: id quod inter defectus Comitiorum refertur cum aliis, de quibus agit *Herden. P. VI. c. 3.* De litibus circa Deputationes Nunciaturæ, ut vocant, ad oblationem placitorum Ordinum Imperii, gratulationes de prospero quodam successu apud Cæsarem, vel ejus Commissarium, vel de adventu Commissarii obeundas, vel condolentias testandas &c. an sc. *ordinarii* sint deputati, & quinam *vid. H. E. p. 834. Herden. cap. 9. P. II. Fritsch. de Deput. Ord. c. ult.*

CAP. XLVII.
DE
COMITIIS PARTICULARIBUS.
§. I.

Quid sint? PArticularia *Comitia Conventus* dicuntur, *in quibus de rebus ad universum Imperium pertinentibus non a Cæsare & omnibus Statibus, sed quibusdam omnes repræsentantibus agitur.* Quæ Comitia rectius *repræsentatitia* dicerentur, ut bene monet *D. Titius Lib. V. c. 4.* Ad hæc pertine-

tinebat olim *Regimentum Imperii*, quod erat *Senatus, vel Conventus perpetuus ex Cæsaris atque Ordinum deputatis consistens, in quo loco congruo negotia Imperii totius, tam belli & pacis, more alias in Comitiis recepto plena potestate expediebantur.* Origo illius ad tempora *Maximiliani I.* & Comitia *Augustana* 1500. referenda est. Nam licet eo tempore annua Comitia placerent: quia tamen Ordines tam vasti Corporis non sine magno incommodo, & tam facile convenire poterant, periculosus autem Status Reipubl. præsentanea consilia exigebat, placuit hunc Senatum ad *sexennium* constituere, atque ante ultimum dimidium anni sexti dispicere, quid e re futurum Imperii sit. vid. *Ord. Regim. de ann. 1500.* Utrum hoc factum, vel an sexennio isto finito novum Regimentum constitutum, non constat. Plane juxta *R. I. de 1512 tit. 4. §. 21.* annua Comitia iterum placuerunt: vestigia tamen Regimenti apparent in altero Rec. ejusd. anni §. 5. *Carolus V. V. art. 3. Capit.* suæ novam hujus *Regimenti* Constitutionem promisit, satisfecitque huic sponsioni in Comitiis *Worm. 1521.* mutatis tamen quibusdam, & restricta Regimenti quodammodo potestate. *vid. Hipp. a Lap. P. II cap. 5. Sect. II.* qui tamen autor caute legendus est. Locus ordinarius fuit *Norimberga*, sed postea

Regimentum Imperii.

Origo.

Spiram & *Eslingam* translatum est. *Dn. Rechenberg de Regim. Imperii* §. 7. Caput hujus Senatus erat ipse *Imperator*, eo vero absente ejus *Vicarius*, qui Elector *Secularis*, vel minimum *Comes*, aut *Baro* esse debebat. *Assessores* vel *Consiliarii* erant XXII. de quorum ordine & qualitate legi potest Ordin. Regim. *Maximil. tit. XX. Caroli V.* §. *12. seqq. D. Rechenb. d. l.* §. *15. 16.* In utraque Ordinatione de potestate illius, vollkommenen Gewalt, Macht, und Befehl, in omnibus negotiis, quæ alias ad Comitia pertinebant, legi potest. Habentur tamen in *Caroli V.* §. *3. 4. 6 & 7.* quædam restrictiones. Non fuit vero hoc Regimentum adeo longævum: nam cum dissidia circa religionem intercederent, Regimentumque hoc, quod ex Catholicis Senatoribus constabat, Evangelicis grave esset, multæ contra illud ortæ querelæ, & Evangelici illius autoritatem vilipendere cœperunt, atque inde propter hæc dissidia, quodve Ordines in suppeditandis sumtibus segnes essent, circa annum 1530. interiit vid. *Reform. Cam. Spir. an. 1531.* §. *It.* Dieweil das Regiment gefallen. *50. Seck. H. L. l. 88. 118. 163.* Bene hac parte, annon cum Imperio actum fuerit? judicent alii. vid. omnino diss. dicta *D. Rechenberg. Dat. de R. G. lib. 3. cap. 11.*

§. II. In locum illius successisse creditur *Depu-*

Deputatio Imperii ordinaria quæ vocatur, Reichs-Deputation-Täge.
quamvis huic ſententiæ, qui ab Electorum partibus ſtant, accedere nolint, ut videre eſt apud *Fritſch. de Convent. Deput. Ordin. c. 2. §. 1.* Quoquo modo res ſe habet, hoc certum eſt, originem hujus Deputationis referendam eſſe ad Comitia *Aug. 1555.* ubi ad defenſionem, & ſecuritatis publicæ cauſa, cum Circuli ei rei non ſufficerent, comitiali conſenſu introducta: *vid. R. I. de 1555. §. 65.* Poſtea tamen ideo in uſum deducta eſt fere, ut negotia, quæ in Comitiis univerſalibus indeciſa manſere, pro ſalute Imperii expediantur. Eſt ergo *deputatio ordinaria conventus a Cæſaris Commiſſariis & Ordinum deputatis ordinariis inſtitutus, ut certa negotia totum Imperium concernentia, in illis legitime expediantur.* Conveniunt itaque in his conventibus 1.) *Commiſſarii Cæſarei*, quorum unum, vel plures pro lubitu Cæſar mittit. 2.) *Ordinum Deputati ordinarii*, h. e. *lege perpetua deſignati.* Ex *Ordinibus* vero Imperii juxta primam inſtitutionem *Sex Electores*, excepto ſcil. *Bohemo*, huc vocabantur. Ex Principum Collegio quatuor primum delecti ſunt, *Archi-Dux-Auſtriæ, Epiſcopus Wurzburgenſis, Monaſterienſis, & Dux Bavariæ, Abbas Weingartenſis, & Comes Furſtenbergicus*; ex Civitatibus vero *Colonia*, & *Norimberga*

Origo.

Definitio.

Ordinarii Deputati qui?

ga R. J. de 1555. §. 65. Sed fuit id munus tunc tantum tanquam personale collatum, ob auctoritatem istorum Statuum, & experientiam in rebus Imperii gerendis. *d. l.* Postea *Dux Juliacensis*, Landgravius *Hassiæ R. I. de 1559. §. 49.* Episcopus *Constantiensis*, *Dux Burgundiæ*, *Brunsvicensis*, *Pomeraniæ R. I. de 1570. §. 20.* accesserunt, simulque munus hoc ad successores, & heredes translatum, ne interveniente quorundam deputatorum morte, numerus imminutus negotia Imperii diminueret. In isto vero numero res substitit, (nam quod *ann. 1571.* in conventu Deput. *Francofurti* plures adfuerint, ob causas sine consequentia factum. *Bertram. de Comit. th. 12.*) usque ad tempus pacis Westphal. cujus *art. 5. §. 51. & art. 8. §. 3.* sancitum, numerum ex utriusque religionis proceribus æquandum; de personis autem, vel Statibus propter hanc æquationem adjungendis in proximis Comitiis esse agendum, atque Deput. hanc ad modum & utilitatem Reip. formandam. Factum illud est quadantenus in *R. Noviss. §. 191. 194.* atque in Collegio Electorali (cui novus Elector accessit) quartum *Evangelicum* votum alternans inter Electores *Protestantes* pro tunc introductum: ex Collegio Principum vero, & Civitatum aliqui adjuncti; ita ut a parte Catholico-

rum

rum juxta dictum R. deputati ordinarii sint, Oesterreich, Burgund, Würtzburg, Costnitz, Münster, Bäyern; a parte vero Evangelicorum Sachsen-Altenburg (de cujus controversia cum Vinariensibus, & Gothanis. *vid. Herden. P. III. cap. VI. p. 285.* nunc cessante, dum extincto ramo Altenburgici locus hic Gothano relictus transactione *1672. Schweder. cap. 32. §. 2.*) Brandenburg-Culmbach, (contradicente Anspach) Braunschweig-Wolffenbüttel, Pommern, (Suecus sententiam dicit cum Brandenb. communicato consilio. *vid. I. P. O. art. 10. §. Ad conventus. 11.*) Mecklenburg-Schwerin, Würtenberg, Hessen, alternante Domo *Cassellana & Darmstadina*, ex Prælatis *Weingartensis*; ex Comitibus Comes de *Furstenberg*, unus ex Comitibus *Wetteravicis*, qui director illius collegii esse solet: ex Civitatibus, Cöln, Aachen, Nürnberg, Straßburg, Regenspurg, Uberlingen. Sed res hæc non caret controversiis, cum plures admitti petierint. *Fritsch. d. l. cap. 3. §. 9.* Si negotium noni Electoratus confectum erit, & hic novus Elector postulabit se admitti. *vid. H. E. p. 951.*

§. III. Capto in Comitiis consilio de Deputatione ordinaria convocanda, Elector *Moguntinus* Principes, & Ordines Deputatos convocat, atque etiam ab Imperatore petit, ut Commissarios suos ad con- Quis convocat?

conventum mittere velit. *vid. R. J. 1559 — 1570. 1600.* Si vero periculum in mora conventum Deputatorum exigere videatur, iussu *Cæsaris* illa convocatio a *Moguntino* suscipitur. *R. I. 1570.* §. *19.* imo interdum, si in Comitiis jam dies certus dictus, convocatio omittitur. *vid. R. Noviss.* §. *104.* ibi: ohnerwartet rc. Locus ordinarius *Francofurtum* est *R. I. 1555.* §. *65. 1570.* §. *19.* interdum tamen etiam alibi habita est ex placito Cæsaris & Ordinum. *vid. R. I. 1594.* §. Als wir dann rc. *Fritsch. cap. 4.* §. *4.* ubi de lite circa mutationem loci an. 1658. orta, agit. Integrum autem est *Deputatis*, num *ipsi* an *per Legatos* comparere velint. Quibusdam non comparentibus, reliqui nihilominus progrediuntur. Quænam negotia tractanda in hoc conventu, pendent a communi consensu *Cæsaris*, & *Ordinum*. *Ordinarias* tamen causas eas vocant, propter quas conventus illi primum instituti, scil. *negotia compositionis internorum motuum, ac subitorum tumultuum Imperii*, quibus unius, vel plurium circulorum vires non sufficiunt. *Extraordinarias* vocant, quæ præter istas a Comitiis huc remissæ e. gr. *causa monetaria, justitiæ, reformationis, politiæ, punctus restituendorum ex capite amnestiæ, gravaminum &c. vid. Rec. Noviss.* §. *191.* de quibus agit *Fritsch. c. 5.* §. *2. 3.* ubi & controversiam

Locus

Comparit.

Negot. hujus.

dam tangit, num punctus *moderationis matriculæ* in hic conventibus tractari possit?

§. IV. Postquam convenerunt qui adesse debent, peractoque passu legitimationis &c. propositio in his conventibus fit a *Commissariis Cæsareis* in curia Civitatis, *Deputatis Ordinariis* adsidentibus, juxta schema, quod apud *Fritsch. d. l. cap. 6.* exhibetur, in ultima Deputatione Francofurtana in usum deductum. *conf. Londorp. T. VII. Lib. 7. pag. 1054.* ubi Acta illius Deputationis habentur: quæ tamen infelici progressu per sexennium duravit, atque postea ob varia incidentia, re infecta, dissoluta est. Grundfeste *III. 6. 284.* Est autem hoc loco apprime observandum, Ordines de causis propositis deliberaturos, hic non in *tres*, sed in *duas* classes discedere. Unam classem constituunt *Electores*: alteram *Deputati* ex *Collegio Principum*, & *Civitatum*. In qualibet classe ad vocationem *Directoris*, qui in Electorum *Moguntinus*, in altera *Austriacus* est, quilibet *viritim* sententiam dicit. Utrum in qualibet classe majoribus sit locus? ut in Comitiis alias fit regulariter, nullibi quidem lege definitum; sed tamen rationi id convenire videtur. Omne tamen jus suffragiorum inter Ordines in *dua vota curiata* dividitur, ut *Electores* uno; *altero reliqui* gaudeant. Quod ægre solent

Jus proponendi

Modo tractandi.

lent ferre *Principes*, præsertim *Evangelici*, qui postulant, ut postquam placuit *P. W.* numerum æquandum esse Deputatorum ex utriusque religionis proceribus, sublata separatione Collegii Electoris, conjunctio Collegiorum fieret, qualis conjunctio in Regimento Imperii olim fuit, & hoc modo paritas votorum obtineretur. *vid. Fritsch. d. l. cap. 6.* §. *4. Pfanner. de Comit. 1653. Lib. cap.* Interim nihil hucusque mutatum, & in hac Deputatione nihil statui potest, nisi cum classes inter se, & cum ipsis *Cæsarea* Commissio consentiat. *Schweder. d. l. cap. 31.* §. *4.* Quod si in unum convenerunt, a *Directorio Moguntino* Recessus Deputationis formatur, atque si ab omnibus formula probata, promulgatur, eandemque cum aliis Recessibus habet auctoritatem, prout jam dictum *cap. 6.* §. *8. vid. R. I. de 1594.* §. *97.* Quod tamen ita capiendum, si decidendi facultas commissa Deputationi. Quod si tantum consilium Verfassung eines Gutachtens ab illa exigatur, Deputati nihil definire possunt, sed ad Comitia referunt id, quod sibi visum. *R. J. 1555.* §. *66. 1654.* §. *191.* ibi: und in ein Gutachten. Cæterum Rec. Deputationum etiam sub nomine *Imperatoris* promulgari, docet *R. Spir. de 1600.* qui ultimus est, quem hucusque Germania vidit: nam, ut dixi *Francofurtana*

De-

Deputatio, quæ 1654. cœpit, sine recessu dissoluta. Nunc vero, ubi Comitia perpetua fere facta, de nulla tali Deputatione cogitatum fuit, nec tam cito speranda est. Cæterum, moriente Cæsare, dissolvi Deputationem, sed a Vicariis posse continuari docet *Fritsch. d. l. c. 7. §. 2.*

§. V. His Deputationibus ordinariis opponuntur *Deputationes extraordinariæ*, quæ in *universalibus* comitiis in usu sunt, de quibus actum *c. præced. §. 18.* & legi potest *Fritsch. c. 8.* ubi in §. 4. quot, & quibus plerumque negotium tale delegetur, tradit. Solent tamen etiam interdum extra locum Comitiorum ejusmodi *Deputationes extraordinariæ* decerni. Quale quid factum, durantibus his Comitiis, *anno 1681.* ubi Electori *Moguntino, & Saxonico* ex Collegio Electorali; ex Principum Oesterreich, Bamberg, Pfaltz Lautern, Sachsen-Weymar, Braunschweig-Calenberg; ex Civitatibus, Cölln, und Regenspurg, hoc negotium fuit datum, ut pariter, ac Cæsarei Legati ac Plenipotentiarii *Francofurti ad Mœnum* cum Legatis *Regis Galliæ* agerent de pace conservanda, illisque tollendis, quæ contra tabb. pacis *Westphal.* & *Noviomagensis* a *Gallia* facta. Quæ tamen successu caruit, & Gallorum abitu abrupta est. Acta, sed valde incompleta *ap. Londorp. T. XI.* extant.

Deputationes extraordin.

tant. Placuit etiam talis Deputatio ad Pacem *Ryswicensem 1697.* cujus Acta præstant: quæ & docent, quinam isti Deputati fuerint. Scilicet fuere ex Elect. *Moguntinus, Bavarus, Saxo, Brandenburgicus:* ex Princip. Coll. Catholici. *Oesterreich, Salzburg, Hoch-und Teutschmeister, Würzburg, Speyer, Constanz, Hildesheim, Lüttich, Münster, salvo alternationis ordine, Pfalz-Neuburg, Baaden, Schwabische Prælaten.* Aug. Conf. *Magdeburg, Schweden-Brehmen, oder Pfalz-Zweybruken, Sachsen-Coburg, Sachsen-Gotha, Brandenburg-Culmbach, Braunschweig-Zell, Braunschweig-Wolffenbüttel, Hessen-Cassel, salva alternatione, Holstein-Glükstadt, Anhalt, Wetterauische-Grafen.* Ex civitatibus Cathol. *Cölln, Augspurg,* Evangel. *Francofurtum & Norimberga.* Tales Deputationes ægre admittunt *Electores*, dum creditur prærogativæ suæ aliquid iis derogari: quandoquidem tunc unum concilium cum reliquis constituunt, & vota illorum cum reliquorum, etiam Civitatis unius, sunt ejusdem valoris, facileque ab aliis superari possunt. *vid. Lehm. L. VI. c. 80 Fritsch. d. l. c. 8. §. 3. H. E. T. I. p. 8. 29.* ubi tamen ea leguntur, quæ his reponi solent.

Visitationes Cameræ. §. VI. Porro huc referendæ sunt *Visitationes Cameræ.* Sunt vero hæ, conventus, *in quibus Imperatoris Commissarii & Sta-*

& Statuum Deputati in defectus Camerales tum ratione personarum, tum processus juxta leges publicas inquirunt, eosque corrigunt, simulque revisionibus sententiarum funguntur. O. C P. I. t. 50. 53. R N. §. 128. seq. Sunt aliæ *ordinariæ*, aliæ *extraordinariæ*. *Ordinariæ* dicuntur, quæ peragendæ juxta antiquum institutum in Constitutionibus præscriptum, singulis annis, ab illis Statibus, quos ordo communi consensu receptus tangit. De quibus *Deputatis*, & modo agendi vid. *Schweder. d. c. 35. §. 7. Blum. P. C. Tit. 24.* Talis *Ordinaria* visitatio ultima fuit, quæ habita *1582.* ut *R. J.* indicat *noviss.* §. *132.* De illorum usu reducendo actum §. *128. 132.* R. nov. *Extraordinariæ*, vel *subsidiariæ sunt*, quæ perficiuntur a Cæsareis Commissariis & Statibus, quos alias ordo non tangit. Tales habitæ fuerunt an. 1583. 1584. 1585. 1595. 1600. atque novissime revisendarum sententiarum Cameralium causa decretæ sunt in Comitiis 1654. juxta §. *130.* Sed res exitum non cepit, ut docetur apud *Maurit. de R. J. §. 12. Schweder. cap. 3. P. Gen. §. 3. Roding. pag. 928.* Interim per quosdam specialiter Deputatos in nonnullis capitibus Visitatio facta, ut videre est apud *Schweder. d. l. & ib. Linck. Vitr. III. 10. 12. ib. N.* Tandem summa necessitas, & deplorandus rerum Cameralium

status

ſtatus notisſimus extorſit nunc *extraordinariam deputationem*, quam ſuſcepere juxta Decretum *23. Jul. 15. Aug. 1706.* ex *Catholicis Elect. Moguntinus* & *Palatinus*, *Archi-Epiſc. Salisburgenſis*, *Auſtriacus*, *Epiſc. Bambergenſis*, *Spirenſis*, *Hildeſius*, *Oſnabruggenſis*, *Monaſterienſis*, *Bado-Badenſis Marchio*, *Prælatus Svevicus*: *Aquisgranum*, *Uberlinga*: (quæ tamen deprecata onus. *vid. Sp. Stat. 1706. M. Oct. p. 26.*) ex Evangelicis *El. Saxo* & *Brandenburgicus*, *Dux Magdeb. Bremenſis*, *Saxo Vinarienſis*, *Brandenb. Culmbach*, *Brunſvico-Zellenſis*, *Wurtenbergicus*, *Haſſo-Caſſellanus*, *Megapolitanus-Suerinenſis*, *Comes Wetteravicus*, *Norimberga*, *Francofurtum*. Quæ huic Deputationi commiſſa peragenda ſint, una cum modo tractandi, ex Decreto & Inſtructione Imperii, conſtat, quæ legi poteſt apud *Aut. Spec. Status M. Aug. 1706.* Qua parte illud maxime laudabile, quod ceremoniarum uſus in hoc congreſſu, ſine tamen cujusvis præjudicio, plane ſublatus, ſalvis tamen honoribus debitis *Commiſſioni Cæſareæ*, & *Electori Treviro*, ut Judici Cameræ, ſi ipſe adſit. *Vid. ℌ. 3. Inſtr.* (*) Ceterum *Receſſus* ejusmodi *Viſitationum* ejusdem ſunt valoris ac *Receſſus Imperii*, niſi fortaſſe Deputationibus tantum hoc negotii datum, ut conſultent, atque referant ſententiam ad Comitia. *vid. Inſtruct. noviſſ.*

noviss. d. 15. Aug. 1706. §. *ult. in Spec. Status M. Aug. 1706. p. 47. 48.* Extat inter *Recessus Imperii* talis *Recessus visitationis de 1531. & 1533.* Reliqui peculiari volumine collecti sunt, & prodiere *Francofurti & Spiræ* impensis *Christophori Olffii 1686.* (**)

(*) Prima sessio a prædictis Visitatoribus una cum Imperatoris Commissariis d. 20. Oct. 1707. instituta, ipsaque visitatio d. 8. Dec. 1713. ad finem perducta est. Dn. Struv. Synt. Jur. Publ. c. 24. §. 78. p. 1204. Relatio vero Commissariorum Imperialium & Visitatorum ad Cæsarem ann. 1713. facta, & ann. 1719. cum Statibus Imperii communicata, una cum adjunctis a lit. A usque P. habetur in Elect. Jur. Publ. T. XVI. pag. 298. 583. 707. 875. T. XVII. p. 9. 422. 501. junct. T. VII. p. 292. nec non in Fabri Staats-Canzley P. XXXIV. c. 16. p. 589. P. XXXV. c. 4. p. 471. seqq.

(**) Recessus Visitationis Novissimæ de anno 1713. peculiariter typis impressus est, ac præterea exhibetur in Elect. Jur. Publ. T. XVI. p. 707. sqq. Fabri Staats-Canzley P. XXXIV. p. 616. sqq.

§. VII. Huc etiam referri possunt Comitia Electoralia, tum quatenus in illis caput eligitur, & in iisdem Capitulatio conditur, tanquam lex universalis; quod negotium totum Imperium tangit, ceu antevertimus dicere *cap. 6.* §. *8.* tum etiam, quatenus in ejusmodi diætis Electorum Cæsar, & Septemviri de rebus ad totum Imperium pertinentibus consultant, & statuunt, ut dictum *cap. 62.* §. *5.* Quatenus autem Electores de rebus ad se seorsim pertinentibus agunt; vel præconsultant

Comitia Electoralia.

tant tantum de rebus Imperii: porro quando Conventus *Principum*, de quibus dictum *cap. 36. §. 4.* Conventus *Comitum* Grafen-Tage juxta *art. 6. Cap. Leop. & Jos. de quibus Ahasv. Fritsch. de Conv. Com.* denique conventus *Civitatum universales*, vel *particulares*, de quibus *dicta Capitul. & Knipschilt. de Jure Civitat. Imp. L. 2. c. 11. num. 14. Vitr. IV. 2. 31. seq.* habentur, ubi de rebus cuivis collegio propriis agitur, vel saltem de rebus Imperii præconsultatur, conventus illi huc non spectant. *Conf. H. E. T. I. pag. 951.* De *Circularibus conventibus* alio loco agendum.

CAP. XLVIII.
DE
OBLIGATIONE IMPERANTIUM.

§. I.

Obligatio Cæsar. Vidimus jura Imperantium intuitu universi. Paucis quædam dicenda sunt de obligatione eorundem, vel saltem ex dictis repetenda. Et primo quidem nemini dubium esse potest, Imperantes nostros illis præceptis, & regulis obligari, quæ tum Jus divinum naturale, tum positivum universale circa officia Imperantium præscribunt, de quibus dictum *ca. I. §. 4.* Post hæc vero certum est speciatim *Imperatorem* quâ *confirmandum* obligari ad Coronam Germaniæ suscipiendam,

dam, *cap. 18. §. 3. 5.* qua *confirmatum* vero obligari ex pacto *Capitulationis*, tum ad eam, & leges fundamentales alias reservandas ac jura inde descendentia &c. Statuum non tantum relinquenda, sed & defendenda, in specie quoad jura Comitiorum, jus territoriale, aliaque privilegia & officia: tum etiam, ne Imperium reddere hereditarium nec extra Germaniam degere, aut exercitium potestatis suæ in præjudicium Statuum extendere, sed potius illud ad Reip. utilitatem dirigere velit? tum etiam, ad alia quædam specialiora tam quoad negotia Imperii totius, quam Status ipsos, & eorum subditos. *v. a. 14. C. Jos.* De quibus omnibus jam dictum in antecedentibus, & in sequentibus dicetur. Paucis, omnis obligatio Imperatoris eo tendit *intuitu Imperii Rom. Germanici*, ne *Cæsar plenum & liberum imperium affectet, & illud, quod ei competit, recte & ordine exerceat ad Reipubl. salutem. Titius L. IV. cap. 5.* Præter Imperium Germanicum vero adstringit se quidem per *Capitulationem* ad tutelam Pontificis & Sedis Romanæ, quæ tamen particularis saltem obligatio est, ut patet ex *art. I. Cap. vid. dict. c. 41. §. 24.* Cæterum, si quando Imperator per conventionem cum Statibus Recessum Imperii condit, nova ex pacto ad illum ser-

vandum obligatio oritur, ut dictum *cap. 5.* De effectu vero illius obligationis Cæsareæ jam egimus supra, ubi de *Capitulatione* actum *cap. XII. §. 19.*

Statuum Obligatio. §. II. Status vero Imperii, quatenus pro *Coimperantibus* habentur ex Capitulationibus ab Electoribus suo, & omnium nomine initis atque recessibus Imperii æque obligantur, tum ad earundem, tum ad legum omnium fundamentalium observantiam, tum ad Cæsari tribuenda ea, quæ juxta illas ejusdem sunt, licet in Capitulationibus nihil diserte de hac re promittatur. Tendunt vero eo omnia ista, ut Imperatori Status collective sumti (*Schilt. I. 19. 13.*) fidem, honorem, & auxilia tribuant, una cum eo Imperii totius commoda promoveant, damna avertant & singulorum Imperii Statuum, aliorumque Imperii subditorum jura tueantur. Pertinent huc verba Apologiæ *Johannis Friderici* Electoris S. apud *Hortleder. lib. IV. cap. 9. §. 172.* daß ein jeder Churfürst und Fürst (& sic etiam omnes simul) schuldig und verpflichtet sey, durch Göttl. Ehrl. Wege das fürzuwenden, was zu Erhaltung desselben Reichs gemeinen Standes, und Staats, und seiner hergebrachten Gerechtigkeiten, und Freyheiten nuz und noth ist, und füglich abzuwenden und zuvor kommen helffen, was zu Zerrüt-

tung

tung solcher hergebrachten Libertæten und Freyheiten gereichen wolte. Quæ omnia ex antea dictis, & dicendis satis apparent. Atque vi hujus obligationis tenentur Comitiis adesse, ut dictum *cap. 45. §. 5.* atque singuli suscipere Deputationes Imperii, interdum etiam in persona propria, & sub certa pœna. *Vid. R. N.* §. *128.* a qua tamen justa causa excusare potest, qualem allegavit Uberlinga, Catholica Urbs, sed ad incitas fere redacta. Vid. d. *C. prac. §. 9.*

§. III. In universum uti summa salutis totius Imperii in eo vertitur *ut Imperatori sua auctoritas, ac praeminentia constet, Statuum vero jura & libertas sint salva, & illibata:* ita cujusvis ex Imperantibus est, omnes nervos intendere, ut hic finis obtineatur. Atque in hac re prima, vera, & universalis *Ratio Status* consistit. Quas perticulares Cæsar, vel Ordines omnes, & quidem tum in relatione ad illum, tum inter se habeant, excussit *Textor in libello de Ratione Status Imperii nostri.* Ratio Status imperantium.

§. IV. Sed tamen hic illud non omittendum, obligationem istam Statuum non impedire, quo minus Cæsari in partem non suam involanti vis justa opponi possit a Satibus, quia eatenus imperium non habet; atque quisque Imperii summi partem habet, non potest non jus ha-

bere eam tuendi. *Grot. de J. B. & P. I. 4. 13. D. Stryk. Diss. de via facti Princ. cap. 1. §. 22. 33.* Et hæc non minus locum habebunt, si Ordines in duas partes discedant, atque una etiam Cæsari adhæreat. *a. 5. §. 17. J. P. v. d. c. XLI. §. 25. Tit. c. 4. §. 27.* Pariter ista obligatio non impedit, quo minus Ordines exteros sponsores pacis Westphalicæ implorare possint, ut, si pax ista violetur a Cæsare, consiliis & viribus adsint *vid a. 17. §. 10. seqq. J. P. O. Obrecht. de Sponsore pac. s. Garantia cap. 2. §. 2.* Qua tamen parte nemo negabit, maxima cautione opus esse, ne impingant, atque majora mala concitentur reipublicæ: atque adeo eo deveniendum non esse, nisi summa & inevitabilis necessitas id postulet, atque aliter Ordines sibi consulere nullo modo queant. *Conf. c. 30. §. 3. cap. 49. §. 4. seqq.*

CAP. XLIX.

DE MODIS QUIBUS IMPERANTES DESINUNT, ET EORUM POTESTAS FINITUR.

§. I.

Dispiciamus nunc de modis, *quibus imperantium* potestas finiatur. Desinit esse *Imperator*, vel *Rex Romanorum*, potestasque illius finitur tribus modis

1.) *morte*

1.) *morte* 2.) *resignatione* 3.) *exauctoratione*. Primus modus dubio caret: nam & summi Principes moriuntur & morte illorum jus potestasque, quo gaudent, solvitur. Quod ut dictum supra *cap. 18. §. 1. 3.* in nostro Imperio ita fit, ut nec jus successionis in aliquem devolvat, sed nova electione opus sit. Mortem vero solennes exequiæ sequuntur, & luctus totius Imperii, qui ex arbitrio Ordinum, in quolibet territorio definitur. Quid anno MDCCV. post obitum *D. Leopoldi* & anno MDCCXI. post obitum *Josephi* hac parte & in his terris contigit, in recenti memoria est. Audivimus scil. ex omnibus suggestibus denunciari mortem Cæsaris verbis ad dolorem exprimendum idoneis, & per decem & quatuor dies omnium campanarum sonitu excessum tanti Principis plangi. Quænam vero partes & Vicariorum, & Moguntini sint, Cæsare extincto, nullo successore vivo eo electo, dictum *c. 18. §. 15. 19.* Mors Imperatoris

§. II. Reliqui duo modi plus habent dubii. *Resignatio est actus, quo Cæsar sponte Imperio se abdicat.* Circa quem variæ quæstiones occurrunt. Prima est, *an possit Imperator ex solo suo arbitrio resignare, & deponere imperium?* de qua quidem in nulla lege publica aliquid habetur, nec observantia imperialis hac parte al- Resignati

 legari

legari poterit, cum nullum exemplum, nisi *Caroli V.* ejusmodi resignationis adsit. Et licet *Henricus II.* quidem suasioni locum dederit, ut propositum mutaret, dubium tamen manet, num obligatio quædam retinendi invitum strinxerit? Quicquid vero alias de hac re disputent scriptores, videtur, ex natura pacti hanc rem definiri posse, quo intercedente, recipit *Cæsar* potestatem imperatoriam, ceu omnes Capitulationes docent. Quoniam autem natura pactorum hæc est, ut is, qui pacto aliquid in se recepit, invito altero, id dimittere nequeat, nisi hujus nihil plane intersit: inde consequens est, Cæsarem Imperatorio solio, ex suo arbitrio solo, abire non posse, nisi eo casu, ubi nihil interest Imperii, puta, si tempora sint pacata, atque commode mox idoneus successor subrogari possit, vel jam designatus, ita, ut nihil detrimenti ex illa abdicatione capiat respublica; vel in talem statum quis incidat, ubi nullo modo præstare promissa potest. Hoc inquam casu, libere, invitis etiam Ordinibus, abdicare se potest Imperio. Decet tamen, ne clam deserat, sed ad scientiam *Ordinum*, vel *Electorum* saltem, vel Regis Roman. si adsit, res deferatur. *vid. Limn. ad Cap. Ferd. I.* Quando vero hi casus deficiunt, nova quæstio oritur: *cujusnam consensu*

ſenſu opus ſit? Pontificis conſenſum qui exigunt, fallunt, & falluntur. Nam uti in electione ejus nullæ partes ſunt, ita nec in reſignatione *vid. Limn. ad Cap. Ferdin. I. Lampad. p. 3. c. 2. §. 7. ibi Conring.* Rectius faciunt quidem, qui ſolis *Electoribus* hanc facultatem concedunt: nam, cum illi nomine omnium Statuum eligant *Imperatorem*, videtur, eos etiam omnium nomine abdicationi huic aſſentiri poſſe. *Schweder. P. Spec. Sect. I. cap. 32. § 4.* Sed non deſunt, qui omnium Statuum conſenſum neceſſarium eſſe putant, nec ſufficiens exiſtimant argumentum ab electione ad abdicationem. *Vitr. l. 9. 3. Caroli V.* abdicatio facta eſt, mit Vorwiſſen des H. Reichs Churfürſten *R. I. de ann. 1550. pr.* ſed talis illa fuit, quæ non pernicioſa Imperio, atque adeo ex noſtra hypotheſi ex ſolius illius arbitrio dependit. Nec opus fuit cauſarum allegatione, quæ fuere *ætas, valetudo adverſa, & imbecillitas* inde orta, obliegendes Alter, immerwährende Leibes Schwachheit, Augenſcheinl. Unvermögenheit. Sed ſatis fuit, eam Electoribus indicare. *vid. Gold. Pol. Imp. P. 7.* ubi acta illius abdicationis habentur.

Cujus conſenſu opus?

§. III. Tertius modus majoribus difficultatibus obnoxius vocatur *Exauctoratio & Depoſitio*, quæ duplex eſſe poteſt, *vel tacita*, qua Imperator ipſo jure & facto

Exauctoratio

cto excidit sua potestate; *vel expressa*, qua Imperator ex decreto illorum, penes quos hæc res stat, potestate sua exuitur. Prima supponit legem commissoriam, vi cujus excidat jure imperandi, si contra promissa agat. Sed talem legem non extare, jam monitum *supra cap. XI. §. 20.* De posteriori leges publicæ etiam silent, atque adeo quæstio, an hæc fieri possit? maxime dubia, ac periculosa est. Nam licet exempla exauctoratorum Imperatorum Germanicorum *Heinrici IV. Adolphi Nassovii*, & recentissimum *Wenceslai*, cujus sententia exauctorationis in Germanica veteri lingua cum actis quibusdam in Apparatu *Juris Publ. Argentorat. 1696.* edito, ac formula latina *T. II. rerum Germanicar. Urstisii* habetur, allegentur, ut de illis, quæ ævum *Ottonis I.* antegressa, non dicam: quousque tamen non liquido demonstratur, recte & ordine omnia hic fuisse acta, nihil ea faciunt ad rem præsentem. Qualis demonstratio hucusque quidem facta non est. Et licet *Wenceslaus* talis fuerit Princeps, qui parum, vel nihil digni Imperatore gessit, & multis modis gravis Imperio fuit, non tamen omnes Ordines, & ne Electores quidem (nam *Saxo* & *Brandenburgicus* illi actui non interfuere, *Königshoff Chron. Cap. II. pag. 143. vid. sent. dict. exauctorat.*)

Tacita

Expressa

rat.) assensu illam depositionem comprobarunt.

§. IV. Interim negandum non est, rectam rationem, & ex ea quæ fluunt principia civilis doctrinæ, licitam facere *interdum* exauctorationem Principum, quorum alioquin juri & auctoritati nec quicquam derogatum volumus. Et ideo diximus *interdum:* quoniam *regulæ neganti*, quam hic confirmare argumentis non est opus, insistendum esse remur. Scil. quando imperium defertur a populo, vel illum repræsentantibus non simpliciter, sed sub conditione, ut referat ejus exercitium ad finem civitatis, conditione hac deficiente, cessat obligatio a parte populi, atque ideo obsequium non tantum denegari poterit, verum etiam is, cui imperium delatum fuerat, si ei insistere velit, repelli atque ab eodem dejici. Quod tamen ita capiendum est, si tota deficiat conditio, atque omni ex parte imperans qui fuit, imperantis personam exuat, animo hostili in populum agat, eversionem reipublicæ intendat, atque de his omnibus liquidissime constet, nec ullo alio modo malo huic queat consuli. Itaque non quælibet male facta & gesta, vel unus alterve actus, vel etiam plures, qui officio imperantis & ejus promissionibus adversantur, sufficientem causam præ-

An Rex deponi possit?

bere possunt, ut ad extrema hæc populus possit pervenire. *vid. Conring. de Capit.* §. 57. Uti itaque secundum hæc Imperator neutiquam excidit jure, nec detrudi solio potest, si contra capitulationem quid faciat, idque semel atque iterum, & sæpe etiam fiat, nec etiam dici potest, illum judicio statuum proprie sic dicto subjacere: ita aliorum judicium sit, num tunc, quando omnino illa agit, quæ ad eversionem totius Imperii tendunt, & hostilem animum præ se ferunt, nullo modoque nec etiam datione coadjutoris, vel electione Regis Romanorum hoc malum averti potest, non per modum imperii, sed belli defensivi, quod non seditionis, sed legitimæ defensionis rationem habet, deseri, & solio repelli queat? Quod multis probabile videtur. *vid. dicta c. 48. §. 4. Tit. IV. 6.*

A quibus Cæsar possit? §. V. Posito vero, posse throno destitui Cæsarem, alia quæstio exsurgit: *cui hæc exauctoratio competat*? Hanc facultatem Romanos Pontifices sibi adrogasse jam supra diximus *cap. 12. §. 17. pag. 118. & cap. 42. pag. 23.* Sed impudentem hanc esse arrogantiam, ipsi agnoscunt, qui alioquin Romanæ ecclesiæ dogmata sequuntur. *vid. Limn. L. II. cap. II. num. 18. Hermes Fascic. J. P. cap. 6. n. 37.* Qui *Palatino* Electori judicium hoc defernnt, eos de-

os deſeruimus jam *cap. XXXV.* §. 7. Qui *Collegio Electorali* ſoli hanc facultatem competere affirmant, argumentum à poteſtate eligendi petunt, & regula *l. 35. ff. de R. J. Bertram. de Comit. th. 11. Herm. d. l.* Sed quia tamen à conſtitutione rei ad deſtructionem non ſemper recte infertur: ideo multi in hoc negotio maximi momenti, ex quo maximi motus, & mala Reipubl. naſci poſſunt, omnium Ordinum conſenſum neceſſarium eſſe credunt. *Conr. ad Lampad. L. III. cap. 2. n. 11. Vitr. l. p. 4.* In re tanti momenti noſtrum non eſt aliquid definire.

§. VI. Quando poteſtas illorum finitur, qui Vice Imperatoris funguntur, ex illis colligi poteſt, quæ diximus *cap. XXII.* Scil. ſi *Cæſar* alii vices ſuas commiſit, ſive ſit *Rex Romanorum*, ſive alius, commiſſio iſta expirat, actu vel tempore præſcripto finito, vel revocatione mandati. Si *Rex R.* vel *Vicarii* Ordinarii ob impedimentum Cæſari natum ejus loco funguntur, ceſſante impedimento propter quod, & Vicaria adminiſtratio ceſſat. Quod ad Romanorum Regem, vivo Imperarore electum, ea repetenda ſunt, quæ § *8. c. XXI. dicta.* Ille enim cum & propria poteſtate quadam gaudeat, hæc iisdem modis, ac Imperatoris poteſtas finitur. Qua ratio-

De fine Vicariæ poteſtatis.

ratione vero poteſtas Vicariorum, ſede vacante, dictum *cap. XXII.* §. 12.

§. VII. Quoad *Status collective* ſumtos, quatenus pro imperantibus ſimul habentur, modus finiendi eorum poteſtatem, nullus concipi poteſt, quouſque præſens forma rei publ. ſtat & conſervatur. Quod ſi vero plenarie ſe ſubjicerent Imperatori, jureque ſuo cederent ſtatuendi ſponte, vel vi adigerentur, ut hoc facerent, (quorum tamen neutrum nec ſperandum, nec optandum,) utique illorum poteſtas expiraret. Interim tamen negandum non eſt, corporis illius vaſti multa membra ab eo avulſa eſſe, & ſic qualitatem Status Imperii amiſiſſe, & adhuc amittere poſſe. Illa *avulſio* autem *exemtio* vulgo dicitur, qua ſcil. Imperii Status ab hac qualitate abſtrahitur, vel ſeipſum ſubducit, de qua queſtus eſt jam olim *Maximilianus II. R. I. de 1566.* §. 125.

Exemtio.

§. IIX. Eſt vero illa vel *totalis*, vel *partialis*. Exemtio *totalis* eſt, qua Status Imperii plane abſtrahitur, vel ſe ſubducit Imperio Romano Germanico, una cum territorio, quod habet. Cujus varia exempla ex *cap. 4.* peti poſſunt, quæ tamen non omnia dubio carent; ſed ut ibidem dictum, multa allegari poſſunt pro jure Imperii conſervato. Hæc exemtio vero nititur vel jure belli, vel ſpontanea ceſſione,

Quotuplex.

Totalis.

Jure belli.

ſione, eaque vel expreſſa, vel tacita. Quod ad Jus belli attinet, in theſi caret dubio, ſubjici regiones & provincias eo poſſe cum ipſis Principibus alteri. Quænam autem partes, & qui Status Imperii ita jure belli aliis acquiſitæ, vel ſubjecti fuerint? quæſtio facti eſt, quæ hic diſcuti non poteſt. Porro ceſſioni tacitæ inter gentes liberas, ſeu ut alias vocatur, præſcriptioni locum eſſe, nemo dubitabit *Grot. de J. B. & P. L. II. cap. 4.* illam ſcil. non quæ *juris civilis*, atque exiguis ſpatiis continetur, ſed quæ juris gentium, atque tanto ſpacio includitur, ut certiſſime concludere queamus, illum qui paſſus eſt rem ab alio poſſideri, vel jus in eam exerceri, ſuo jure plane cedere, & illud in alium transferre voluiſſe. Nullum etiam dubium eſt, civem alicujus reipubl. hac ratione in libertatem vindicare ſe poſſe. *Grot. de J. B. & P. L. II. cap. 4. §. 14. num. 2.* Quod ſi itaque Status quis Imperii extero ſe ſubjecit vel ab extero ſubactus eſt, vel ſuo jure absque agnitione Majeſtatis Imperii vixit, atque Imperium Romano-Germanicum paſſum eſt, per tantum ſpatium hæc ita fieri, utique inde ceſſio juris colligenda eſt. Itaque nuda poſſeſſio, vel uſurpatio non ſufficit, niſi conſenſus Imperii liquido ex factis demonſtrari queat, quem abeſſe certum eſt, ſi uſurpatio-

Ceſſione tacita.

ni

ni aperte contradictum, vel alio modo jus conservatum. *vid. cap. IV. §. 4. & 35.* Quaenam autem ita praescriptione avulsa sint, iterum in facto positum est, atque expeditu difficile.

Cessione expressa. §. IX. Certiori fundamento innituntur illa, quae pactis cessa sunt expressis. *v. §. 11. intra.* Quorsum pertinent P. W. & Rysw. Gallis plenarie cessa, de quibus *vid. d. cap. IV. §. 17. & 34. 35.* Utrum autem *Status Imperii* vel invitus, vel provincia, vasallus subditis invitis ab Imperio avelli, atque extero cedi possit, disputatum fuit tempore W. P. quo graviter illi questi sunt, qui Galli jus subire debebant. Sed necessitas jubebat duram hanc subire legem, & sequi voluntatem Caesaris & Imperii, cum aliter toti reipubl. consuli non posse videretur. *J. P. Feud. c. 7. §. 19.*

Particularis. §. X. Exemtio *particularis est, qua ille, qui hactenus Imperii Status fuit*, una cum territorio, si quod habet, *non quidem abstrahitur, vel subducit se Imperio plane, sed vel amittit qualitatem Status*, salva *immedietate*, vel *etiam hanc simul*. Prius contingit illis, qui jure suffragii se sponte abdicant expresse, consensu Caesaris & Imperii expresso, aut negligentia sua, vel non usu jus suffragii & sessionis in Comitiis amiserunt; nemini tamen, nisi immediate imperio adhuc subsunt. Nam, etsi hodie,

hodie, ubi comparitio in *Comitiis* non adeo rigorose, ut dictum *cap. 45.* §. exigitur, hæc pro re meræ facultatis haberi possit: si tamen quis sæpius serio vocatus, præfracte emaneat, non dubito, quin per huncce *non usum* jus suum amittere queat, quod & contingere potest, si quis accedere prohibitus acquiescat hac prohibitione. *Strauch. J. J. P. L. I. Tit. 20.* §. *4.* Exemplum amissæ per præscriptionem qualitatis Status in Rege *Bohemiæ* sistunt, qui illum Statum olim fuisse affirmant, hodie vero esse negant. Qualis exemtio tamen non statim eximit a Statu circulari, vel a contributionibus imperii. *Strauch. d. l. vid. supra cap. XXIII.* § *6.* *Alterum* contingit illis, qui vel ipsi se subjiciunt alteri Statui Imperii, vel ab altero abstrahuntur, atque ex Statibus Imperii immediatis Status mediati, & provinciales fiunt. Illi quibus ita alii Status subjiciuntur vocantur Status eximentes, Außziehende Stände; hi vero, qui subjiciuntur, Außgezogene. Utrorumque catalogus satis amplus legi potest *apud Limn. T. I. L. I. cap. 7. num. 73. & addit. T. I. d. cap. 7. A. H. E. T. I. 992.* Inter quos etiam exemptos sunt tres Saxoniæ Episcopatus, *Misenensis*, *Numburgensis*, & *Martisburgensis*, de quibus multa notabilia leguntur *ap. Hortied. T. I. lib. 5. c. 11, 12.*

Exemtio ab alio Statu facta

§. XI.

Divisio. §. XI. Fit vero hæc exemtio vel cum *onere*, ita scil. ut eximens solvat quotam Imperii antea exempto quæ incumbebat; *vel sine onere*, quando eximens propter exemptum nihil solvit imperio, & ita ejus quota plane interit. *R. I. de 1541.* §. *48. 1548.* § *52. 1570.* §. *108.* Ceterum illa exemtio est vel *justa*, vel *injusta*. Illa dicitur, quæ fit tum consensu exemti, tum etiam Imperatoris & Imperii (nam Electorum hic non sufficere *ex art. 3. Capit. Leopold* & *Joseph.* nec non *art. 1. Capit. Carol. VI.* colligi potest. *vid. cap. 43. §. 9.*) *expresso*, cujus exempla rariora sunt: vel *tacito*, qui per immemorialem præscriptionem inducitur. *R. I. de 1548.* §. *52. & 56.* qui tacitus consensus variis modis probari potest, per exercitium scil. omnium illorum actuum, qui a parte *eximentis* superioritatem, a parte *exemti* subjectionem inferunt, de quibus vid. *Vitriar. c. II. 5. 8.* Injusta exemtio est, quæ saltem facto & usurpatione innititur, ac licet forte per longissimum tempus facta; semper tamen interpellationem experta est.

Remedia contra exemtiones. §. XII. Uti vero illæ exemtiones, quæ temporis immemorialis præscriptione innituntur, tolerantur; modo eximentes onera Imperii pro exemtis solvant *R. J. 1541.* §. *48. 1548.* §. *52. seq.* ita adversus reliquos, qui vel pro illis exemtis nil solvunt,

vunt, maximo cum damno Imperii, in cassam Imperii, vel per usurpationem alios eximunt, variæ proditæ sunt Imperii Constitutiones, in quibus de coërcendis illis, & reducendis exemtis, vel saltem eorum collectis agitur. *vid. d. R. J. 1548. §. 53. seqq. 1570. §. 108. Maurit. de Mart. §. 45. Myler. ab Ehrenbach. de Stat. Imp. cap. 102. 103. D. a Lynck. de Redintegr. Circul.* Cæterum ad hasce exemtiones minime pertinet illa species, quando Status propter illud territorium, cujus intuitu Status est, alterius Status Vasallus esse incipit, quale exemplum est in Comitibus *Waldecciæ*; (alia exempla *vid. in Not. D. Hennig. ad Becker. L. III. cap. 2. pag. 219.*) multo minus si propter alia feuda id fiat: hæc enim non tollunt qualitatem Imperii Status: quæ etiam non tollitur, si maxime Status Imperii alterius Status subditus certa ratione fit. *vid. Kulpis. ad Monzamb. C. II. §. 12. pag. 581. Jpr. Feud. nostra. C. V. §. 34.*

§. XIII. Porro ista exemtio partialis interdum fieri potest ob *delictum*, per declarationem *in bannum* vel ubi *felonia* commissa est. Qua occasione Civitates quædam subjectæ aliis *Statibus*, vel in perpetuum vel usque dum sumtus in executionem banni facti restituantur. Ultimum hoc contigit *Donawerdæ*, *Limn.* Exemtio ob delictum.

VII. 13. 8. vid. Art. V. §. *12. J. P.* & dicta supra *cap. 41.* § *6.* Prius vero Urbi *Constantiæ*, quæ occasione *Decreti intermistici* illius famosi in bannum Imperii incidit; & per hoc in manus *Austriacas* pervenit. *Sleid. ad an. 1548. L. 21.* Qua quidem parte etiam contingere potest, ut persona prædita hac qualitate ea excidat: territorium tamen, cujus intuitu illa qualitas personæ competiit, haud eximatur ab immedietate, nec perdat jus adhærens Status Imperii, sed omnia hæc in aliam personam, agnatum forte banniti, vel noviter electum, quod nunc intuitu Archi-Episcopatus *Coloniensis* fieri potest, transferantur. Qua occasione non possum non mentionem facere querelæ nonnullorum Principum de neglecto consensu Collegii Principis circa banni declarationem adversus Coloniensem & Bavarum, quæ exhibetur, in *Specul. Stat. M. Jan. 1707. pag. 37. vid. dicta c. 44.* §. *7.*

Extinguitur. §. XIV. Per mortem *qualitas Status*, quæ inhæsit personæ, etiam extinguitur quidem ratione ejusdem personæ, sed resuscitatur in Successore, qui vel ex *pacto*, vel *lege*, vel *electione*, vel nova etiam collatione succedit. Utrum vero, si Feudum apertum, cui *qualitas Status* annexa fuit, juxta *Capit. art. 29. Joseph.* Imperio incorporetur, de qua re actum *c. 44.* §. *5.*

aut

aut, quoad vivat delinquens, & ejus descendentes; ad Imperatorem & Imperium redeat, Imperator propter illud territorium jus suffragii exercere queat, aliis pensitandum relinquo. *vid Spec. Stat. M. Mart. 1705. 57. 58. p. 59.* Pari ratione, si quis territorio se voluntarie abdicet cum omnibus juris annexis in gratiam alterius, quod fit per omnem alienationem legitime factam, *Strauch. l. 20. 19.* respectu illius qualitas Status utique extinguitur, sed in alio subjecto resuscitatur: quæ abdicatio interdum necessaria est, in casu scil. *reservati Ecclesiastici*, de quo dictum *cap. 9. §. 14.* Interim non desunt exempla, alienato licet territorio, qualitatem Status conservari posse, quale vide supra *cap. 23. §. 8.* uti etiam territorio vi ab alio possesso & injuste, votum a justo domino exerceri potest; quale exemplum est in Principali Comitatu *Montispelgardensi*: quamvis alias & possessores, qui possessionem legitime nacti sunt & exercent, licet titulum nomenque nondum sint adepti, ad Comitia admittantur, atque hinc frequens mentio in subscriptione Recessuum, der Inhabere dieser oder jener Graffschafft, oder Herrschafft. Imo improbabile haud est, suffragii jus principaliter personæ competens, *c. 23. §. 10* retineri, si territorium vi majori plane sit sublatum. Alienatione.

Mm 2 vid.

vid. supra *cap. 23. §. 8. vid. Hennig. ad Beker. l. 3. c. 2. pag. 221. seqq.*

CAP. L.
DE
PARENTIBUS VEL SUBDITIS IMPERII.

§. I.

Connexio. POstquam de Imperantibus independentibus, ratione universi Imperii egimus, atque illorum juribus, nunc etiam de his, qui *illis parent*, dispiciendum est. Quos *subditos*, vel *subjectos* Imperii vocare solemus, vel etiam *cives*. *Schilt. dissert. de Jure peregrinor §. 17.* quamvis interdum vocabulum civis pressius accipiatur pro *Statu Imperii.*

Parentium divisio. §. II. Dividi possunt 1.) *ratione Dignitatis*, quod alii sint vel cum *Nobilitate*; alii sine ea. Per *Nobilitatem* autem hic intelligimus *civilem*, seu dignitatem, & Ratione dignitatis. prærogativam præ aliis in civitate viventibus, a publica summæ potestatis agnitione ortam, quæ Nobilitas alia major, alia minor est, atque vel in posteros propagatur, vel, non, ut dictum *cap. 45. §. 11.*

Nobiles. Quæ ad *majorem Nobilitatem* species referantur, atque origo earum in Germania, cognosci potest ex antea dictis *cap. 45. §. 11. seqq.* Illa præditi, personarum illustrium nomine veniunt, Herrenstan=

Des

des, hohe Personen *art. 30. Cap. Jos. Minor Nobilitas*, quæ *majori* opponitur, continet infimum gradum eminentiæ super illos, qui *non Nobiles* sunt, quæ species in sensu strictiori *Nobilitas*, Adel-Stand, dici solet: De cujus origine in Germania legi potest. *Lehm. Chr. Spir. Lib. 2. c. 29.* De ejus vero varia distinctione secundum *Heerschilda Jur. Aleman. Feud. C. I.* ibique *Schilt.* Inter quos Nobiles nonnulli sunt, qui *Equites* dicuntur, de quibus dictum *cap. 45. §. 5.* Ad Nobilium vero classem etiam referendi *Patritii* in Civitatibus Imperialibus, qui tamen non sunt omnes ejusdem conditionis. *vid. Strauch. d. l. tit. 37. Schilt. l. 5. 3. Schwed. P. S. Sect. 2. cap. 10 §. 3. Bœcl. notit. Imp. c. 22. lib. III.* Porro ad eandem classem etiam pertinent, qui personalem nobilitatem ad heredes non transitoriam consecuti, *Doctores* scil. ac *Licentiati c. 45. §. 7. vid. a. V. J. P. O. §. 17.* similiter *Comites Palatii*, qui perpetuam nobilitatem & ad heredes transitoriam non sunt adepti. *Strauch. J. J. P. I. 28. v. S. C. §.* Qui *non nobiles* sunt, *plebeii* passim dici solent. Sed juxta usum publici nostri Juris adhuc intermedium genus est inter *nobiles* & *plebejos*, illorum scil. qui ex parentibus publicis muneribus honoratis præfectis, vel personali nobilitate exornatis ortum ducunt, die von guten Non-nobiles.

ten und tapffern Herkommen sind, ut Consiliariorum, Doctorum liberi, qui tum *Nobilibus*, tum illis, qui niedrigen Standes, opponuntur, *Cap. 40. Leopold. 39. Jos. Capitul. Rhet. l. 19. 7.* Ceterum plebeji, qui & Burgenses in genere interdum dici solent. *Schilt. l. 6. 3.* iterum sunt vel *ordinis civici* Bürger Standes, vel *rustici*, Bauer Standes. Illi sunt, qui urbes incolunt, atque in ejusmodi societatibus vivunt, qui jus Civitatis adepti; hi, qui ruri vivunt & pagos inhabitant, aut universitatum membra sunt, quæ jura civitatis nunquam acquisiverunt. *Schilt. d. l.* Inter utrosque *Wildfangii* & *homines proprii* dantur, qui civium rationem non habent omnimodo, sed suo modo servorum Romanorum conditionem imitantur, de quibus in Jure privato agi solet. Vid. *Schilt. l. 7.* Mev. Hus. *De Hom. propr. & illorum statu.*

Ratione subjectionis. §. III. Ratione subjectionis 2.) dividuntur in immediatos, & mediatos. *R. J. 1564. §. 29. R. N. §. 6.* Illi sunt, qui *immediate Summæ Majestati Imperatoris & Imperii parent;* hi qui *mediate*. Ad immediatorum classem referuntur 1) *Status Imperii singuli.* Dixi *singuli*, nam quod ad Status *universos ut collective* spectatos attinet, & coimperantes, illos non existimo pro subditis & parentibus haberi posse,

se, licet ut dictum *cap. 49.* §. 2. *honorem, reverentiam, & fidem &c.* Cæsari debeant, & juxta stylum Curiæ *S. Keyserl. Majest. unterthaenigste gehorsamste Gesambte des H. Roem. Reichs anwesende Geistliche und Weltliche Churfürsten und Staende*, se vocent. Quanquam etiam Imperator ad *Status collective* sumtos in terminis Majestati suæ convenientibus loquatur: non tamen temere uti solet verbis, quæ *mandatum*, vel *jussum* inferunt, sed aliis temperatioribus e. g. *Gesinnen, Begehren, Erinnern. vid. Propos. ap. Herden. II. 2. pag. 87.* it. Commissoriale præsentis Commissarii *Principalis Em. Cardinalis Lambergii in Sp. Stat. M. Jun. 1705. pag. 5.* *Singulos* vero *Status* subditos Imperii esse non tantum electio in caput omnium Statuum nomine facta, sed etiam *homagium*, quod, & quidem illi, qui feuda Imperii possident, præter Vasallagium Imperatori & Imperio præstant, probat. Jurant enim Daß sie der Röm. Käyserl. Majest. und dem Heil. Röm. Reich getreu, hold, gehorsam und gewärtig seyn &c. auch alles das thun wollen, was einem gehorsamen Churfürsten und getreuen Lehnfürsten, Lehn-Mann, gehorsamsten Fürsten des Reichs, und getreuen Lehnmann, gegen Sr. Käyserl. Majest. und dem Heil. Reich zu thun gebühret von Recht und Gewohnheits wegen. *Schilter. Jur. Aleman. cap. IV. §. 5. Itter. de* Status singuli.

 Feud.

Feud. Imp. cap. IX. §. 43. conf. Acta Praest. Homag. Ratisb. in Sp. Stat. 1705. M. Nov. & Dec. pag. 31. vid. supra cap. IX. §. 17. Etsi vero interdum per modum privilegii Status nonnulli ab actuali praestatione homagii liberentur, de quali *Argentina* olim gloriata est. *Fritsch. ad Limn. l. 7. 3. pag. 221. H. E. T. I. pag. 978.* non tamen ideo vinculum subjectionis remissum esse, censendum est. Alia argumenta, ex quibus subjectio singulorum Statuum probari potest, attulimus jam supra *cap. 14.* §. 7. quae repetere non est opus; latius autem excutere hic non licet. Illud tamen praetereundum non est, subjectionem hanc cum facultate coimperandi in toto Imperio, & territoriali potestate simul stare posse: quandoquidem illud consortium imperandi Statibus non, quatenus *singuli*, sed quatenus *conjunctim* considerantur, competit; superioritas vero territorialis, quanta quanta est intuitu territoriorum, dependens tamen est, & subalterna intuitu Majestatis Imperii universi. Interim tamen illa *subjectio* atque praestatio *homagii* interpretationem semper accipit juxta clausulam huic adjectam, Wie Ihm das zu thun gebühret von Rechts und Gewohnheit wegen. *vid. Jpr. Feud. cap. XIII. §. 5.*

§. IV. Post *Status Imperii* adhuc alii dantur subditi immediati, qui sunt vel *singuli,*

guli, vel *universitates*. Ad illos pertinent 1.) omnes isti, qui in *officiis* aulæ Cæsareæ, vel reipublicæ versantur, quæ officia longo ordine recenset *Strauch. I. 22.* ad quos etiam *Præsides*, & *Assessores* Judicii *Aulici* & Camerales pertinent. *vid. dicta supra cap. 45. §. 3.* In hunc numerum 2.) referendi sunt illi, qui *ex familiis* Electorum *Principum*, *Comitum*, & *Baronum qualitate Status Imperii præditorum orti*, actu tamen *Status Imperii* nondum sunt, (Nicht Regierende Herren) sed tantum spem vel proximam, vel remotiorem succedendi, atque sic qualitatem hanc consequendi habent, vel etiam interdum nullam, si sexus impedimento sit e. g. Statuum Imperii liberi, utriusque sexus, item Agnati, qui *Apanagiati* dicuntur h. e. primogenito relicta successione certam portionem, pro dignitate & conditione familiæ, accipiunt, vel in numerata pecunia, vel in reditibus certorum prædiorum. De quo Apanagio Tract. *Springsfeldii* legi potest. *Conf. Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 22. Jpr. Feud. c. XV. §. 20.* Pariter 3.) huc spectant *uxores Statuum Imperii*. Nam quamvis non desint, qui existiment, has & liberos Principis Regentis, des regierenden Herrn, territoriali superioritati subjacere: rectius tamen alii opinantur illos, & istas ejusdem cum pa-

Officiales.

Apanagiati.

rentibus & marisis, esse dignitatis & conditionis, exceptis iis quæ ad qualitatem Status, vel territorialis potestatis pertinent, atque sic ab immedietate quoque cum illis participare *Myl. d. l. c. 34. & 35.* Nec confundenda patria, vel maritalis potestas cum jure imperii civilis, seu superioritatis: quamvis aliud utique de illegitime natis dicendum sit. 4.) Præter hosce vero & illi *Principes Imperii*, des H. Röm. Reichs Fürsten, *Comites*, & *Barones Imperii* ad hanc classem pertinent, qui, vel quorum familiæ nunquam qualitatem Status Imperii obtinuerunt, vel nunc non obtinent. Ad quos suo modo etiam referendus Dux *Lotharingiæ. vid. dict. c. 4. §. 21. vid. tamen dicta supr. c. 44. §. 3 4. H. E. T. 1. pag. 769.* ubi & de Principibus *Italiæ* agitur, qui tamen ad subditos Germanici Regni, vel Imperii Rom. G. pressius ita dicti, non pertinent. Vocandi tamen 5.) huc sunt Commendatores ex Ordine Teutonico. Reinking *L. I. class. 5. c. 10. num. 23. Schweder. d. cap. 18. §. 14.*

Univers. fit. immediatæ §. V. Præterea dantur quædam, quæ ut universitates immediate imperio subjacent: ut *Collegia Canonicorum*, quæ immediate Cæsari & Imperio in civilibus subsunt & in Camera possunt conveniri. Tale est collegium Bruxellæ in *Brukheim* prope Spiram. Alia recenset *Reinking. Lib.*

Lib. I. class. 5. cap. 10. n. 18. Gail. I. observ. 30. num. 9. Schweder. d. l. §. 15. Porro huc spectant *Ganerbinatus*, quorum quidam immediate parent Imperatori, & Imperio, ut Friedberga in Wetteravia, qui Burggraviatus tamen ad Nobilitatem Rhenensem, quam ad Comites Wetteraviæ referri mavult. *Limn. T. I. addit. 6. 3. 32.* quamvis etiam ad Comitia vocetur universalia, licet ibidem non compareat. *vid. Schweder. P. S. Sect. 2. cap. 18.* §. 6. Alia exempla habet *Ganerbinatus* scil. *Gelhusani, Griffenberg, Busecker Thal H. E. T. I. pag. 770. Lynck de Ganerb.* §. 22. *Strauch. Inst. J. P. L. I. Tit. 25.* §. 3. Sunt vero *Ganerbii* socii, qui mutuæ *defensionis causa societatem inierunt*, atque *in castro in hoc vel emto vel infeudato sub certis legibus*, den Burgfrieden, simul habitant. Quibus societatibus bella privata in Germania olim usitata occasionem dederunt. Sed cum in abusum postea venissent, atque Ganerbii isti freti arcibus, & munitionibus suis alios per vim opprimerent, aut receptarent facinorosos, varias adversus istos Ganerbios proditas legimus constitutiones. *vid. Ord. Cam. P. II. tit. 13.* & plerique hodie sunt extincti, vel Statibus Imperii subjecti. Inter quos & Trefurtensis est in confinio *Saxoniæ*, *Thuringiæ* & *Hassiæ* situs, qui hodie Condominos habent

Ganerbinatus.

habent Electores *Mog. Sax. & Landgravios Hassiæ. Vid. Chr. Hass. Dill. p. 185. Leuck. de Ganerb. §. 7. conf. Killing. de Ganerb. Wehner, voce Ganerben.* Huc quoque referunt nonnulli quasdam civitates immediatas, carentes tamen qualitate Status Imperii. *Reinking. d. l. n. 20.* Sed si ad illarum recensionem deveniendum, res dubiis involvitur. Nam quæ huc referri solent vel prætendunt qualitatem *Status*; vel eximuntur ab aliis Statibus Imperii, vel saltem iis de immedietate quæstio movetur, ut contingit *Hamburgo. H. E. T. I. pag. 770.* Rectius referuntur huc *Pagi immediati*, quorum mentio fit in *J. P. a. 5. §. 2.* quales sunt *Suffelheim, Godramstein, Gamb, Althausen, it.* illi, qui habitant auf der Leitkircher Heyde und zu Meglas *Ludolph. Hugo de Statu Region. cap. 1. §. 8. & cap. 5. §. 6.* Quales etiam in partibus *Franconiæ* dari discimus ex *Wehnero*, & *Magero* de *Advocatia* armat. *c. 10. n. 27.* quorum immedietatis origo procul dubio ad tempora mortis Conradini Suevici referenda est.

Pagi immediati.

Nobiles immediati.

§. VI. Ex utraque specie *mixtam* constituunt *Nobiles immediati*, tum quatenus omnes *collective* spectantur, vel etiam quælibet eorum *classis*; tum etiam, qua *singuli*. *Immedietas* illorum *R. I. de 1555. §. 26. Cap. Leop. & Joseph. art. 3. Cap. Carol. VI. art. 1.* atque passim in J. P. W. asseritur.

Quæ

Quæ tamen *immedietas* non impedit, quo minus respectu certorum bonorum mediatorum aliorum Statuum *Vasalli*, & *Subditi* esse possint, ac sint. *vid. art. 5. §. 28. J. P. Diss. An nobiles immediati gaudeant Superioritate, a nobis habita 1694.* Dividitur hæc *Nobilitas in tres classes, Suevicam, Franconicam, & Rhenanam*, quarum quælibet iterum in certos pagos, seu loca Viertheil, Orte, Cantons, subdistribuitur. *Suevicor.* pagi sunt hi 1.) *An der Donau*, 2) *Im Hegau, Bodensee und Algau*, 3) *Am Neckar, Schwarzwald und der Ortenau*, 4) *Am Kocher*, 5) *Kreichgau*. *Franconicorum* sex sunt pagi. 1) *Odenwald*, 2) *Steyerwald*, 3) *Gebürge*, 4) *Altmuhl*, *Buchenau*, 6) *die Roehn und Werra*. *Rhenanorum* tres 1) im Gau und Wasgau, 2) Nieder-Rheinstrom, Hundesruk, Eberswald, 3) Wetterau, Westerwald, Rheingau; quibus accesserunt etiam nobiles *inferioris Alsatiæ*, *a Lerch. de Ordine Equestri II. 53.* verb. Der Elsassische Adel. Quorum libertati & immedietati licet prospectum in §. *Teneatur J. P. Monast.* coacti tamen Regi Galliæ juramentum fidelitatis præstitere, atque pace *Ryswicensi* plane in jura Gallica transierunt.

§. VII. Olim nobiles minores *Ducibus*, & *Comitibus*, quum vel tanquam officiales, vel jure hereditario & proprio pro- vinci- Origo horum Nobilium

vincias administrarunt, subjecti fuere. Cum vero sæculo XIII. *Conradinus* ultimus *Sueviæ Franconiæque* Dux a Carolo *Andegavensi* Neapoli extingueretur, Nobiles in *Suevia & Franconia* casum hunc, & exitiosa interregni magni fata in usum vertentes suum, in libertatem se vindicare, & ad immedietatem sic pervenire cœperunt atque in illas societates coaluere, in quibus nunc vivunt. Quæ libertas & immedietas postea temporis lapsu & LL. publicis confirmata est, qua de re latius actum *in d. diss. D. Rhet. de Subd. Imp. c. 4. §. 1.* Etsi vero varia jura atque privilegia, de quibus alibi, acquisiverunt: certum tamen est, neque ut singulos, neque ut corpus inter *Status Imperii* hodie recenseri, quandoquidem & LL. Imperii semper ab Imperii Statibus illos distinguunt. *art. 8. Cap. Leopold. in fin. & 7. Joseph. art. 15. Leop. & 14. Joseph. & Cap. Carol. VI. art. 1. 2. 14. in fin. & alibi passim. J. P. art. 5. §. 28.* Et si quando sub Imperii Statibus comprehenduntur, ad improprietatem indicendam, parentheseos distinctione includi solent, *art. 3. §. 1. J. P.* praxisque testatur, eos carere sessione & suffragio in Comitiis. Grundfeste l. 5. Ac licet an. 1688. inter Status Imperii recipi, locumque in scamno Principum post Comites sibi assignari magno cognatu petierint,

Non sunt Status Imper.

erint, *D. Leopoldus* etiam ipsorum desideriis non adversaretur: *Ordines* tamen, præsertim *Collegium Principum*, graviter contradixere, atque sic res successu caruit. Olim vero qualitate Status illos gavisos esse, qui asserunt, nondum id liquido probarunt. Namque sola præsentia, & Comitiis interfuisse, vel etiam vocatio non sufficit, nisi & loco suo sententiam, ut status, quis dixerit. Ad locum ex *R. de 1564* §. *32.* responsum est *in d. diss. qu. 1.* §. *4.* aliaque argumenta. *Conferatur Schwed. d. l.* §. *5.* *De Burggraviatu Friedbergensi vid. dict. supr.* §. *4.* Atque ideo, quoniam Status Imperii non sunt, *Civitates Imperii* loco cedere illis nolunt: quæ etiam in Conventu *Norimberga 1619.* prærogativam tuitæ sunt, protestantibus tamen Nobilibus. *Limn. VI. 3. 35. Myler. cap. 13. num. 6.* Controversia ista sæpius postea recruduit præsertim in Tractatibus P. W. ad quos Nobiles non quidem, ut *Status*, sed propter interesse suum admissi sunt. Quæ in utramque partem acta in *Hist. Pfann. P. W.* legi possunt, *l. 3. c. 97.* ubi habetur & qua ratione tandem post rejectas varias alias placuit Civitatum & Nobilium facere mentionem in *J. P. vid. Schweder. d. l. cap. 1.* §. *13.* Quod vero hic §. 12. in fine habet, *paris conditionis esse eos cum Comitibus*, qui Status Imperii non

An olim.

Præcedentcum Civitatibus.

non sunt, ex novissimis *Cap. Leop. 40. Jos. 30.* vix probabitur. Id enim ibidem habetur tantum: daß in Reichs-Hof-Kriegs- und andern Räthen auf denen Ritterbäncken zwischen denen von Ritterschafft, welche zu Schild und Helm Ritter und Stifftmäßig gebohren, (& si mediati sint alias nobiles) und denen Graffen und Herren, so in denen Reichs-Collegiis keine Session oder Stimme haben, in der Raths-Session, den alten Herkommen nach, kein Unterscheid gehalten werden solle, sed quemlibet secundum ordinem receptionis sedere debere.

Mediati. §. VIII. *Mediati* sunt omnes alii subditi Imperii, qui *immediati* non sunt: qui scil. immediate parent Statibus *Imperii*, vel *Nobilibus immediatis*, aliisque immediatis, qui rationem quandam Imperii, vel Magistratus habent, sed tamen ultimatim agnoscunt Majestatem totius Imperii. *R. J. de 1654.* §. 6. Atque ideo ab Imperatore vocantur unsere und des Reichs getreue. Et ob hanc caussam in nonnullis Civitatibus Provincialibus civium juramentis hoc inseritur, ut etiam Imperatori & Imperio fideles esse velint: quamvis id hodie frequentius omittatur, & tacite subintelligatur. *Seckend* Fürstenstaat. *P. II. cap. 2. Rhet. de Subdit. Imp. c. 4.* §. 5. Quorsum etiam tendit formula precum publicarum, quæ & pro Cæsare diserte

fun-

funduntur in Ecclesiis territoriorum protestantium. *vid. L. 51. §. 1. seq.*

§. IX. Hi etiam dividuntur ratione dignitatis, quod sint quidam cum ea, vel sine ea pariter ac dictum supra §. 2. Nam & inter mediatos *Principes Ecclesiastici & Seculares* sunt, ut *Archi-Episcopus Pragensis*, *Viennensis*, *Principes Silesiæ*, *Comites*, *Barones* & *Nobiles*: vel *ratione subjectionis*, dum quidam Dominis, vel Superioribus *immediate*; quidam *mediate* secundum varias classes subjiciuntur, *Cap. Jos. art. 3.* quorum utrique vel rationem singularum personarum habent, vel universitatum, de quibus omnibus infra suo loco est dicendum. Atque ad hos mediatos pertinent etiam *Cives* in Civitatibus Imperii aliaque membra, vel incolæ universitatum immediatarum. *Reinking. de R. S. & E. L. I cl. 5. cap. 10. num. 36. seqq.* Nam quamvis cives urbium imperialium freye Reichs Bürger se dicant, & multum de hoc axiomate glorientur, non tamen inde sequitur, singulos immediatos cives esse & jure immedietatis gaudere, quo tota universitas prædita est, *arg. l. 2. l. 7. §. 1. Quod cujusque univers.*

Divisio ratione dignitatis.

Subjectionis.

§. X. Ratione religionis subditi totius Imperii dividuntur in *Catholicos* & *A. C.* addictos, inter quos juxta tabulas P. O. a. 7. *Reformati* etiam comprehenduntur. *vid.*

Religionis.

cap. 9. §. 13. Cum vero præter dictas religiones nulla alia in S. R. I. recipiatur, vel toleretur, consequens est, nullum, qui alii addictus est, in civem, vel subditum *mediatum*, aut *immediatum* recipi posse, vel tolerari. Quod de *civibus perpetuis* intelligendum est, qui scil. larem, rerumque suarum ac fortunarum summam in nostra Republ. constituunt, vel constituere volunt, sive secundum R. Juris distinctiones *municipes*, sive *incolæ*, vel juxta hodiernum stylum, *Cives*, vel *Forenses* dicantur. Quod ad *temperarios* attinet, qui scil. in Republ. ad tempus vivunt, negotiandi, vel peregrinandi causa sine animo fixam sedem ibidem eligendi, cum illis non adeo rigorose agitur: si tamen per tempus longius subsistant, & præsertim metus sit, ne alios corrumpant, possunt, imo debent juberi exire. Illi qui hodie *Lutheranam* & *Reformatam religionem* ita conciliare conantur, ut *externe* saltem quoad *verba* & *formulas loquendi*, ac *adiaphora* utrique addicti inter se conveniant, dissensus tamen quoad primaria capita, quæ ad substantiam fidei pertinent, remaneat, & saltem occultetur, aut incrustetur, reapse nihil aliud agunt, quam ut novam sectam constituant, cui nec omnes *Lutherani*, nec omnes *Reformati* nomen dabunt. Viderint ergo, qua ratio-

ne

ne novos motus evitare, & tolerantiam ejus in Germania consequi possint. Satius est, secundum LL. publicas mutuo se ferre, donec divina gratia, quod quilibet pius non potest non serio optare, in rebus substantialibus consentiamus: cætera facile sequentur. (*)

(*) Protestantes nunc vigore Conclusi a Corpore Evangelicorum Ratisbonæ anno 1721. facti, arctius quodammodo inter se unitos esse, licet unio illa quibusdam Statibus suspecta visa fuerit. Conf. Fabri Staats-Canzlley P. XLI. c. 8. pag. 548. & P. XLII. c. 8. p. 502.

§. XI. De Judæis aliquid dicendum adhuc, quos cum *Synedriis* suis & *Synagogis* in *Germania* tolerari & protegi etiam videmus. De statu illorum sub *Imperatoribus* Rom. Christianis *Godofredus* legi potest in *Cod. Theodos. Strauch L. I. Inst. Tit. 31.* Olim facultas recipiendi Judæos in Germania solius *Cæsaris* fuit, cui etiam soli immediate subjiciebantur, atque ejus Cameræ servi speciales vocabantur. *vid. Privileg. Conradi de 1234. Leibniz. Prodrom. Cod. Jur. Gent. num. 12. Jus Alem. Provinc. cap. 76. Schilt. I. 4. 6.* quæ appellatio & hodie illis tribuitur. *H. E. T. I. pag. 772.* Postea aliis per modum privilegii specialis hæc facultas concessa, & Electoribus quidem in *A. B. cap. 9.* §. 2. imo tandem omnibus, qui ab Imperio regalia habent h. e. *per modum complexus*, seu *territorialem pote-* Judæi.

statem hæc facultas data. *Ord. Polit. 1548. 1577. tit. 20.* Quo tamen jure multi ex Statibus Imperii haud utuntur; imo legibus caverunt publicis, ne unquam Judæi recipiantur. *Myler. de Princip. & Stat. P. II. cap. 60.* ubi de conditionibus, quibus Judæi per LL. Imperii coarctantur, agit.

CAP. LI.

DE JURE CIVITATIS UNIVERSALI, SEU OMNIUM IMPERII SUBDITORUM.

§. I.

Cum subditi, vel cives gaudeant juribus, & oneribus obligentur juxta cujusvis civitatis leges; de utrisque, ratione universi, paucis videndum. Jus Civitatis. *Jus Civitatis universale* est, quod omnibus *Imperii Romani* seu *immediatis*, seu *mediatis competit.* Cujus juris causa efficiens est & norma, tum Jus Germanicum, tam non scriptum, quam scriptum, tum etiam jus Civile, Canonicum & Longobardicum, quatenus quodlibet usu receptum in Germania: idque vel publicum, vel privatum. *Schilt. diss. de Jure Peregrinor* §. *18. v. dict. c. 12. seq.* De illis, quæ ex jure privato proveniunt, agendi locus hic adeo non est: excutiamus tamen paucis jura, quæ subjectis ex *jure publico* competunt.

§. II.

§. II. Ad hæc jura pertinet *Libertas Germanica*, die alte teutsche hergebrachte Libertät und Freyheit, per quam non intelligo illam libertatem, quæ infert exemtionem a potestate *dominica*, qua quidem omnes gaudent subditi & cives *Germaniæ*, (nam *homines proprii* qui dicuntur, pro talibus haberi non possunt;) sed potius *libertatem quandam*, quæ refertur ad *imperium civile*, excluditque *Monarchicum*, & multo magis *Despoticum*. Jam aliquoties dictum fuit, Germanicis gentibus summum fuisse studium libertatis. *vid. cap. 14. §. 7.* quæ & in hæc tempora conservata est, sed ita tamen, ut hæc libertas salva sit, & illibata quidem Imperii Statibus, & immediatis membris; apud *mediatos* tamen subditos, eos sc. qui sub alterno Monarchico simili imperio reguntur, sæpe non tantum sit imminuta, sed etiam fere extincta. Magis tamen adhuc conspicua in illis, qui Aristocratico, vel Democratico regimine, vel mixto utuntur. *vid. §. c. præc.* Interim tamen quædam sunt, quæ omnibus adhuc subditis Imperii sunt salva & communia. Huc pertinet 1) libertas *mutandi civitatem*, & *emigrandi*, de qua in genere legi potest *Grot. de J. B. & P. Lib. 2. cap. 5. Puffend. diss. de Obligat. erga Patriam th. 35.* Quicquid autem alias de ea sit: apud nos certum est, cives & sub-

Libertas Germ.

Libertas mut. civit.

ditos *Germaniæ* libere posse recedere a patria, neque ulterius ratione originis eidem obstrictos manere, nec imperio jus esse revocandi. *Gail. L.II. obs. 36. num. 6. Dn. Lynck. Diss. de His quæ Principum Statuumve libertati perperam accens. Sect. I. §. 2. Diss. de Libert. Germ. exter. vid. §. 31.* 2) Libertas amplectendi religionem aliquam ex probatis in Imperio religionibus, quod quidem Principes & Status Imperii *Seculares* & *alii immediati* sine omni jactura facere possunt. *R. I. 1555. §. 5. & 16.* nisi ex conventione fortasse exceptio probari possit, quando quis sub lege amissionis quarundam rerum, vel jurium se ad retinendam religionem obligavit, vel sub conditione certæ Religionis quid consecutus est. *Lynck. d. l.* Episcopi autem aliique Clerici propter reservatum Ecclesiasticum ad æqualitatem utriusque religionis redacti Episcopatus, Abbatias & beneficia amittunt, *a. 5. §. 14. 15. J. P. W.* De *Clericis mediatis* dicendum esse idem, tuetur *D. Stryk. de Via Facti & c. 3. §. 19.* Alias mediati eandem libertatem habent, atque beneficium emigrandi *art. 5. §. 35. 36. J. P.* quamvis etiam migrare interdum coguntur ob religionem, de qua re infra est dicendum. Ubi tamen hi vel isti tolerantur, nullibi ob religionem despicatui haberi debent, nec a mercatorum, opifi-

pificum, aut tribuum communione, hereditatibus, legatis, hospitalibus, aliisque juribus & commerciis, minus a coemeteriis publicis, honoribus sepulturæ arceri &c. sed pari cum concivibus jure haberi, æquali justitia protectioneque tuti. *art. V. §. 35-7. P. O.* Quæ in Catholicis territoriis sæpe male servantur. 3) Omnibus Germaniæ subditis & civibus ex antiqua observantia libertas competit exteris militandi *R. I. 1570. §. 5.* Reuter u. Fuß-Knechts Bestallung 1570. rubr. Verzeichnüß etl. art. I. ibi: Vermög der teutschen hergebrachten Libertät und Freyheit, a quo jure nec rustici exclusi sunt illi, qui liberi homines. *Diss. nostra de Libert. Germanor. exteris milit. §. 23. 1582. §. 31. Capit. Leop. art. 16. & Jos. 15.* sed ita tamen, ne inde malum Germaniæ contingat, ut variis textibus id probavimus *in dissert. thes. 27. 30.* & si pro exteris delectus habeantur, Imperatoris accedat consensus, ut dictum supra *cap. 45. 25.* Non dubium tamen, quin Ordines in suis territoriis modum quendam illi libertati statuere queant, ut dictum *dict. diss. th. 20. vid. Ord. Pol. Sax. de 1612. §. 12.*

§. III. 4) Competit libertas Statibus Imperii apud exteros Reges, vel Principes protectionem quærendi, etiam sine consensu Cæsaris; modo non in præjudicium Imperii fiat; quum talis protectio & cli- Protectio.

entela nihil aliud sit quam fœdus inæquale, fœdera autem liceat inire cum exteris juxta *J. P art. 8. § Gaudeant D. Stryk. diss. de Via facti cap. 1. §. 30. Differt. D. Lyncker Diss. de his quæ Princ. lib. perp. &c. S. II. §. 4.* Multo magis licet Statui Imperii, quod imbecilliores facere soliti fuere, alteri potentiori, vel in perpetuum, vel ad tempus in protectionem se dare *Myler. P. I. c. 18.* Quod & *Nobilibus immediatis* concessum. *Myler. cap. 18. §. 20.* Nec subjectionem infert ista clientela juxta vulgatum, Schirms-Gerechtigkeit gibt keine Obrigkeit *Myler. d. l. §. 23.* quamvis negandum non sit, magna hic cautione esse opus: quia compertum, multos occasione ejusmodi protectionum vel mediatos factos esse, vel plane avulsos ab Imperio, juxta vulgatum, aus Schirm-Herren werden endlich Sturm-Herren. *Knipsch. de Civit. Imper. Lib. II. cap. 24. Viet. de Caus. exemt. Concl. 20.* Mediatis olim etiam in usu fuit *exterorum* Principum & Rerum publicarum, vel aliorum Principum Imperii, quam Dominorum protectiones quærere, atque desuper impetrare Cæsareas confirmationes. Sed huic rei quoad *exteros* modus positus in Capitulationibus, *art. 8. Cap. Leopold. & Joseph. & art. 27. Cap. Carol. VI.* ut dictum *cap. 45. §. 17.* Imo, nec licet regulariter subditis mediatis uti protectione alterius Statūs

Status Imperii sine Domini sui consensu. *A. B. cap. 15. PP. de 1521. tit. 13. §. 1. §. 26. 1555. §. 23.* ubi tamen limitatio habetur, si hocce jus acquisitum sit debito modo: alias limitationes habet *Knipschild. L. II. de Civ. Imper. cap. 24. 10 40. Myler. cap. 18. §. 16. & 29.* Interim tamen 5) licet iis, ut omnibus Imperii subditis, specialem protectionem Cæsaris implorare, atque accipere, ut dictum supra *cap. 45. §. 17.* imo 6) jus est omnibus subditis Imperii expetere generalem tutelam juxta *R. I. 1548. §. 67. Capit. Leop. & Joseph. art. 8.* ibi: in unsern und des H. R. Reichs alleinigen Schutz und Vertheidigung usque allerseits angehörige Unterthanen. 7) æqualem administrationem justitiæ secundum LL. Imperii *d. §. 8.* conservationem cujusque jurium & privilegiorum *§. 3. Cap. Joseph.* verb. Und die Churfürsten usque auch sonsten jeden nach seinem Stand und Wesen. It. 8) securitatem a vi injusta, *art. 15. Leopold. & 14. Joseph. C.* Porro 9) ad jura omnium Germaniæ subditorum pertinet, quod dignitates, majores præsertim, hisce magis, qui in Imperio possessionati, quam exteris, conferantur *Cap. Leop. 44. Joseph. 43. & Carol. VI. art. 22.* atque 10) muniis & officiis Imperii togatis & sagatis Germani imponantur. *R. I. de 1521. §. 31. Cap. Leopold. art. 40. Joseph. 39. & Cap. Carol. VI. art. 23. in fin. & 24.* quales

Protectio specialis Cæsaris.

Dignitatum acquisitio.

Officiorum.

les etiam illi sunt, qui a parentibus Germanis extra Germaniam nati, *art. L. 1. §. 2. ff. ad Municip. de Incolis.* quamvis intuitu illorum, qui ad consilia togata & sagata adhibentur, illud requiratur, ut & nati & educati sint in *Germania*, dictis *Capp.* ibi: gebohren und erzogen: quoniam alibi nati, licet postea jus Germanicæ civitatis adepti, vel nati in Germania, sed qui apud exteros adolevere, res & mores Germaniæ non æque bene cognitos habent. *Conf. Schilter. de Jure peregr. §. 25.* Officia vero bellica minora exteris quidem concredi possunt, sed ita tamen, ut Germani præferantur *R. I. 1641. §. 44. D. Stryk. de Militia Imperiali cap. 3. §. 7. seqq.* 11) Omnibus Germaniæ subditis hoc jus est, ut non possint evocari ad forum aliquod extra terras Imperii constitutum, ut ad *Pontificem, & Nuncios*, nisi inter Catholicos res eo pertineat. *R. I. de 1512. tit. 3. §. 14. R. Noviss. art. 19. Cap. Leopold. & 18. Joseph. & Cap. Carol. VI. art. 14. in med. supr. cap. 42. §. 30. Schilter. de Jure peregrin. §. 29.* ita ut id ne quidem ab ipso Imperatore fieri queat. *Videatur diss. d. D. Lynckeri de his, quæ Princip. Sect. I. §. 20. vid. art. 15. cap. Caroli V. 18. Leopold. 17. Joseph. & 16. & 18. Carol. VI.* Atque licet immediati forum in summis judiciis Imperii habeant, beneficio tamen primæ instantiæ, quo illi gaudent, quibus jus

Evocationis cessatio.

jus *Austregarum* est, privandi non sunt, de qua re suo loco. Uti etiam *subditi mediati* beneficio isto primarum instantiarum privari non possunt, & ne volentes quidem ad judicia Imperii immediate tanquam ad primam instantiam vocari queunt. Quæ res hodie per Capitulationes indubia, ut non amplius adeo privilegiis illis opus, quæ Status Imperii propter hanc rem olim impetrare soliti erant, ubi Imperatores sine discrimine in cives mediatos jurisdictionem exercebant. *vid. art. 3. Cap. Joseph. art. 18. Leop. 17. Jos. art. 18. Carol. VI. Supr. cap. 26. §. 8. 33. §. 9. 35. §. 10. in f. Lyncker. de Relig. obsequ. th. 24.* Quibus tamen *mediatis* salvum est jus provocandi, & querendi apud Cæsarem per dicta *cap. 45. §. 17.*

§. IV. Præterea jura quædam sunt personis in dignitate constitutis, sive *Status Imperii* sint, sive *non*, competentia, & illis quidem & extra respectum qualitatis Status vel territorialis potestatis. Quorsum pertinet 1.) jus præcedentiæ, quo nempe ob justas causas & bonum ordinem in republ. ac ne solennia conventuum & pomparum turbentur, ille qui majori dignitate pollet, reliquis aliis præfertur. *Limn. IV. 9. Myler. cap. 13. de Princip. & Stat. Imp.* Qua de re tamen in Germania variæ lites intercedunt, ut jam sæpius dictum, & le- Jus præcedentiæ.

gi

gi potest *apud Myler. d. l. & Crusium de Praec. Limn. IV. 9. v. dict. c. 45. §. 30.* It. 2.) quod ab inferioribus *reverentia* in dignitate majori constitutis debeatur. *Lynck. d. l. Sect. I. §. 10.* Huc etiam pertinet 3.) usus *insignium* praesertim galearum apertarum, quibus etiam Doct. uti possunt; alioquin nemo sine speciali concessione insignia assumere potest. *art. 45. Leop. 44. Joseph. art. 22. in fin. Carol. VI. Cap.* de quibus insignibus artis Heraldicae scriptores agunt, it. 4) praerogativa ornamentorum & vestimentorum *O. P. 1577. tit. 9. 11.* & 5.) alia privilegia *Nobilitatis majoris & minoris* e. gr. immunitas a vectigalibus ratione rerum, quibus nulla mercimonia exercentur. *Nolden. de Jur. Nobil. cap. 14. n. 37.* qua parte specialiter Electoribus, illorum subditis, & ministris prospectum in *Cap. Leopold. 23. Jos. 22. Carol. VI. 8.* Quae privilegia & jura passim tradunt scriptores, ut *Myler. de Princip. & Stat. Imp. & in Archiologia Besold. de Comit. & Baron. Schilt. de Comit. praerogat. D. Stryk. de Jure Baron. Nold. de Nobilitat. Itter. de Grad. Academ.* & alii quam plurimi. Nobis vero iis recensendis immorari non licet. Quae jura nobilitatis electione sordidi generis vitae, aliisque modis amittuntur. *Nold. cap. 17. n. 6. Rhet. I. 19. 22.*

Honorum. Insignium. Vestimentorum.

§. V. Etsi vero illa, quae Principum & alia-

aliarum perſonarum illuſtrium, Statuum Imperii etiam, *matrimonia cum annexis*, *adoptiones*, *emancipationes*, *modos acquirendi*, *teſtamenta*, *ſucceſſiones*, *contractus*, *alienationes*, *actiones*, *modumque tractandi eas* tangunt, ad jus privatum referri debent *allodiale*, vel *feudale*; & quidem vel domeſticum *Saxonicum* & *Alemannicum* antiquum, quo & ipſi Principes utuntur, *Jpr. F. cap. 1. §. 23.* ac quod in conſtitutionibus Imperii comprehenſum, vel etiam pro re nata *Jus Rom. Canonicum & Longobardicum c. 6. §. 3. ſeq. c. 12. §. 11.* ſunt tamen & hac parte nonnulla ratione perſonarum illuſtrium ſingularia, & quæ interdum publicam cauſam ſimul reſpiciunt, quale quid de *Tutelis* dictum eſt *ſupra c. 12. §. 12.* atque illis contingit, quæ alienationem, vel translationem qualitatis Status Imperii, & territorialis poteſtatis concernunt. Jura privat.

§. VI. Quoad matrimonia perſonæ *illuſtres* cum aliis hominibus pari jure utuntur, & liberrime ea contrahunt, nec opus eſt conſenſu Imperatoris, licet exteras fœminas Principes & Status Imperii, quamvis hoc ſæpe non conſultum ſit, ducant, quod in Galliæ regno nulli Principi licet. *c. 3. n. 7. & c. 3 n. 4. Myler. Gamol. Schilt. l. 9.* Illi vero, qui immediati ſunt, ex Evangelicis & hac libertate gaudent, quod prohibitionibus illis Pontificiis circa Matrimonia illuſtria.

ca gradus cognationis, vel aliis legibus humanis non teneantur, sed pro lubitu matrimonia inire possint, quæ jus div. permittit, quamvis, ne conscientiam forte lædant, consilio Juris divini & humani consultorum uti soleant. *Rhet. l. 21. 6. Schilt. d. l.* Quo loco illud observari meretur, possideri ab Evangelicis interdum beneficia, quæ conditionem cœlibatus habent. Exemplum præbent Commendæ Ordinis Teutonici. Si itaque ejusmodi Commendatores nubere volentes a *Magistro & Ordine Teutonico* assensum impetrare nequeant, proposito tamen insistant, commendis cedere coguntur. *Dn. Stryk. de J. Princip. Papal. c. V. §. 11.* Porro nemo dubitat, licere personis illustribus immediatis matrimonia ad *Morgenaticam* ex jure Longobardico II. F. 29. in Germaniam traducto inire: id quod *Landsassiis illustribus* sine speciali impetratione haud concessum dicitur. *Lyncker. ad Struv. S. J. F. IX. 5. 8.* quamvis alii & Landsassiis id non denegent, ne nobilibus quidem, nisi specialis prohibitio de illa re extet, qualem Brandenburgici Electoris exhibet *Dn. Coccej. de Matr. Morgen. S. V. §. 2. conf. Jpr. Feud. cap. 6. §. 2.* Cæterum illa regula, quæ *uxori* & *liberis* patris nobilitatem addicit, nec in *Principibus* & Statibus Imperii, ex veriori sententia officium perdit, ut

Ad Morgenaticam.

ut dictum *Jpr. Feud. cap. 6. §. 16. Rhet. l. 22. 3.* atque adeo multo magis, si plebejam nobilis duxit, eadem vera erit. *Dd. ad L. 8. 9. ff. de Senat.* licet propter consuetudinem & statuta liberi ex ejusmodi matrimoniis nati ad *torneamenta*, vel *dignitates* quarundam ecclesiarum, *art. 18. Cap. Joseph.* & quibusdam locis ad conventus *Nobilium* comitiales haud admittantur, nec etiam illi nobiles, die nicht Schild und Helm-Ritter und Stifftmäßig gebohren, æquali jure sessionis in Judicio Aulico cum his gaudeant. *art. 40. Cap. Leopold. 39. Joseph. art. 24. Carol. VI. Rhet. l 21. 9.* Fœminæ illustres non tantum ut viduæ dignitatem mariti retinent, sed etiam si alteri nubant, sine speciali concessione, quæ jure Rom. requiritur *l. 12. ff. de Senator.* Quod etiam virginibus illustribus nubentibus inferioribus contigit, ita ut si e. g. *Principissa* nubat *Comiti*, eandem retineat Principis dignitatem, quod variis exemplis comprobatur, *Strauch. l. 32. 4. & c. 36. J. P. F. c. 6. §. 11.* Hoc secus est in nobili, quæ si ignobili nubat, jus nobilitatis perdit *d. §. 11.* Illud ex *O. P. Magdeb. notandum c. 7. §. 7.* nobilem fœminam, per sententiam cui infamia irrogata est ducentem, nominis, insignium, & feudorum jacturam facere, salvo tamen liberorum antea natorum jure. De *adopt. emancip. vid. Schilt. l. 10. & 11.*

§. VII.

Tutelæ. §. VII. Quoad tutelas, quas dat immediatis *Cæsar* per *Judicium Aulicum*, vel *Camera Imperialis*, Principes jure privatorum regulariter uti, dictum supra *c. 12.* §. *12. vid. Ringl. de Tut. ill.* De Electorali vero tutela actum *cap. 30.* §. *4.* & matres quoque illustres tutelas subire notum, de qua tutela, quoad *Electoratus*, communiter aliud statuunt. *v. tamen D. Stryk. de Tut. matern. Princip. Imp. cap. II. th. 35. 36.* Nec etiam tutores *Principes & illustres* exemti sunt a juramento tutorio: quali tamen exemtione gaudet Domus Saxonica *Lyncker. diss. de his quæ Pr. Lib. S. I.* §. *11.* In quibusdam etiam familiis major ætas citius quam jure communi, finitur. *Jpr. F. c. 6.* §. *24. Schilt. l. 12.* Hoc tamen peculiare est fœminis illustribus majoribus, quæ terras habent & regunt, sive proprio, sive tutorio nomine, atque adeo consiliariis instructis, ut non indigeant Curatoribus. *Carpz. Dec. 3. vos. 5. de Jur. Foem.* Quoad alias vero secus se res habet. *Link. d. diss. S. 1.* §. *12.*

§. VIII. Circa præscriptionem bonorum Statuum Imperii, quæ domanialia vocant, vel mensalia, alia loco erimus occupati. Quæ de donationibus ab Imperatore vel Augusta factis in Jure Rom. habentur, applicant plerique Dd. ad Principes & Status Imperii *Myler. cap. 27.* quod

uti

uti admitto circa illas, quæ ab illis subditis, vel ab his istis facta; ita dubium est, si de iis quæratur quæ inter Principes & Status ipsos, vel conjuges contingunt, cum hic ad instar privatorum sese habeant. Alienationes aliæ ex jure Allodiali & Feudali æstimandæ. Allodialium bonorum libera quidem est: *art. 39. Leopold. 38. Joseph.* sed tamen, ut puto, nec Status sine Imperatoris consensu & Electorum in exterum transferre ea possunt. *D. Thomas. de Feud. oblatis c. 2. §. 37.* Feudalium bonorum Imperii alienatio, æque ac aliorum feudorum prohibita est. *Itter. de Feud Imp. cap. 32.* quod limitari solet in partibus quantitativis, si præsertim non adeo magni momenti sint, ut dictum *cap. 20. §. 10. Jpr. Feud. Lynck. Diss. dict. de his quæ Princip. Sect. 2. §. 14. 15. 16. ubi qu. 17.* disputat, an subditorum consensus necessarius? Quoad testamenta personarum illustrium, imo ipsorum Principum & Statuum Imperii asseruimus *Jpr. F. c. 14. §. 14.* secundum solennitates juris Civ. & Constitutiones *Maxim. I.* fieri debere, in qua sententia subsisto, quam multis rationibus confirmat. *D. Lyncker d. diss. Sect. 2. §. 7.* De bonis feudalibus vero eatenus testari poterunt, quatenus jure feudali id fieri potest. *vid. c. 14. Jprud. Feud.* Quod tamen ad legitimam atti- Testamenta.

net, illis in familiis, ubi jus primogenituræ introductum, liberis, cum Apanagium est assignatum, præcise relinqui non debere, docent *Springsfeld. de Apanag. c. 12. num. 17. D. Lyserus de Apanag. 37. vid. Resp. 12. Append. 2. Jpr. Feud.* Hoc vero jus primogenituræ sine speciali consensu Cæsaris intuitu bonorum feudalium introduci non potest. *vid. c. 15. Jpr. Feud. c. 19. Respons. 2. Append. 2. n. 119.* De Fidei commissis familiarum illustrium a-

Success. Legit. git *Knipsch. Tract.* Legitimæ successiones vero pro re nata ex jure allogiali & feudali petendæ, nisi pactis familiis aliud placuerit. Uti autem hodie inter alios pacta successoria in usu sunt, ita præsertim inter Principes aliasque personas illustres frequenter iniri solent, quæ *confraternitates*, Erbverbrüderungen, dicuntur, quibus, si res feudales concernunt, Imperatoris consensus robur addere debet. *Cap. Leop. 39. Jos. 38. Carol. VI. art. 11. v. Jpr. F. c. 16. §. 19. & supr. c. 44. §. 5. in f. Betsius de Pact. Famil. Schilt. II. 9. III. 1.*

Contractus. §. IX. Pacta & contractus illustrium ex jure privato regulariter æstimandi. *Schilt. II. 7. III. 3. seq.* Hic vero illud non omittendum, promissionem vel assertionem, bey Fürstl. Gräffl. ꝛc. Ehren, a Principe vel alia persona illustri Germaniæ factam, loco esse juramenti, vel ei æquiparari, passim

paſſim tradi *Carpz. P. I. Deciſ. 87. n. 12. & Deciſ. 119 num. 2.* ob dignitatem perſonæ & fidem Germanicam antiquam, quæ hiſce perſonis in gradu excellentiori eſſe creditur. Ob quam cauſam ſæpius etiam in R. J. legimus, perſonas ſublimis dignitatis ſublevari a juramento, quod cæteri in pari cauſa ſubeant. *vid. Ord. de Regim. zu Wormbs 1521 §. und ſollen die Perſonen.* ibi: *ausgeſchieden Churfürſten und Fürſten. 33.* Et in officiis circularibus *R. A. zu Augſpurg 1555. §. Und da ein Churf. §. 58. O. C. § 58. P. I. tit. 2. 4. & P. II. tit. 10.* Sedtamen iſta formula jusjurandum non eſt, quoniam formali, nempe invocatione Numinis divini deſtituitur. Itaque, ubi jusjurandum pro forma requiritur, veluti in renunciationibus filiarum, vel beneficio reſtitutionis, non idem valet ac Sacramentum, nec hoc ea evitari poteſt. *Carpzov. II. 36. 9.* Idem dicendum, ſi de Juramento reviſorio, vel Appellationis quæſtio *Lyncker. d. l. Sect. I § 22. Blum. Tit. 48. n. 45.* uti etiam teſtimonium Principes ſub corporali juramento dicere oportet *Ruland. P. II. de Commiſſar. lib. 3. cap. 11. n. 20. 45. conf. tamen diſſ. noſtra de probat. plena per unum teſt. cap. 2. §. 13.* Interim uti Electorum, Principum & Statuum conſiliarii in cauſis Dominos tangentibus a juramento calumniæ immunes ſunt, ita

 multo

multo magis Domini ipsi erunt. *R. Nov.* §. *43.* Quæ quoad delicta singularia occurrant circa Principes & Status Imperii, alio loco dicemus. De Juribus Judæorum intuitu publici & privati juris *vid. Strauch. C. J. J. P. l. 31. B. Ziegl. Diss. de Judæis.*

CAP. LII.
DE
OBLIGATIONE CIVIUM ET SUBDITOR. RATIONE UNIVERSI; ET QUOMODO JUS CIVIT. ACQU. VEL AMITTAT.

§. I.

Obligatio subditorum

VIdeamus nunc paucis *de obligatione subditorum Imperii singulorum, intuitu universi.* Uti vero in qualibet civitate summa obligationis parentium secundum præcepta *Juris Publici Gentium*, de quo dictum *c. 1.* §. *4.* eo tendit, ut 1) Rectoribus *civitatis reverentiam, fidelitatem & obsequium debeant, ac præstent* 2) *salutem & incolumitatem civitatis servare, & firmare studeant, ac* 3) *amice & pacifice cum concivibus vivant*, ita hæc omnia quoque pertinent ad Germaniæ cives & subditos in genere, quod paucis ex LL. Germaniæ illustrabimus. Et 1) quidem ista, quæ numero primo dicta, omnia debentur *Cæsari* & *omnibus Statibus collective*

ctive ſumtis, vel *Cæſari*, & *Imperio*, ut ſtylus ſolet eſſe, *vid. ſupra c. 15. §. 4.* quippe penes quos ſumma Majeſtas tota hæret, a ſingulis Imperii ſubditis cujuscunque conditionis; quorſum etiam formula homagii & vaſallagii ſupra relata *cap. 50. §. 3.* it. verba: *auch nimmer wiſſentlich in den Rath ſeyn ſollen, noch wollen, da ichtwas wieder K. M. Perſon, Ehre, Würde, oder Stand gehandelt, oder vorgenommen würde, ſondern K. M. und des H. Reichs Ehre, Nuz und Aufnehmen betrachten und beſœdern*, it. *ob ſie verſtünden, daß etwas fürgenommen oder gehandelt würde wieder K. M. Perſon, oder das H. Reich, denſelben wolten ſie getreulich vor ſeyn, und K. M. deſſen ohn Verzug warnen.* ap. *D. Stryk. in App. Jur. Feud. n. 14. 15.* Quod homagium licet per conſvetudinem non ab omnibus Imperii membris *immediatis*, raro vero a mediatis, exceptis civibus & incolis civitatum & communitatum Imperialium, actu præſtetur, ut dictum ſupra *cap. 5. §. 3.* nihilominus tamen hoc nihil impedit, quo minus & penes illos obligatio iſta ſit. Imo quamvis mediati & immediati quidam aliis *Homagii* vel *Vaſallagii* nexu obſtringantur; ſemper tamen exceptus intelligitur Imperator cum Imperio. *R. J. 1559. §. 59. 1564. §. 3.*

quibus apparet, nec *Status Imperii* singulos ab ista obligatione eximi, nec subditos mediatos, nisi exceptio ex ipsis LL. Imperii nostri doceri queat. De quali privilegio gloriatur *Rex Bohemiæ*, de quo supra dictum fuit, illum Recessibus Imperii in Comitiis conditis, in quibus non concurrit, non teneri *c. 30. §. 3. sqq.* Non tamen ideo omnibus LL. est exemtus, quia ita plane naturam subditi exueret; sed A.B. *Capitulationibus*, constitutionibus pacis publicæ & legibus, quæ ad nexum feudalem pertinent, stringitur; imo si cum alio litem habet, secundum jus commune illa dirimenda est. *Lincker. diss. de his, quæ Princip. Rect. 2. §. 1. De Duce Lotharingiæ vid. dicta cap. cap. 4. §. 22.* Sic quoque, quod ad mediatos attinet, legibus Imperii non tenentur in præjudicium *territorialis Superioritatis*, vel LL. *Provincialium*, quatenus legibus Imperii contrariæ condi possunt, de qua re infra.

§. III. Porro jussibus & judicatis Imperatoris solius etiam omnes obtemperare debent. Quod tum formulæ homagiorum probant, tum plurimi *textus. vid. Ordin.* des Landfriedens *1525. tit. 17. §. 2.* ibi: *Bey denen Eyden und Pflichten, die Ihr uns von des Reichswegen insonderheit zugethan, und bey der gehorsamb, die Ihr uns als Rœm. Kayser schuldig seyd. §. 7. art. 17. J. P. art.* Imperatorem

art. 25. Jos. Cap. scil. in iis, ubi Cæsari jus est jubere, & judicare. Si ea vero jubeat, vel statuat, quæ *manifesto* (nam in dubio regulæ insistendum) Capitulationi repugnant atque adeo nullitate jussus laborent, aliud utique est, *vid. cap. XI. §. 19. art. 18. Leop. 17. Jos.* ibi: solchen mandatis keine parition zu leisten. Quodsi jussus juri div. directo contrarietur, nemo dubitabit, nec salva conscientia obtemperari posse. Quod Status Evangelici in causa religionis sæpius obverterunt *vid. c. 18. §. 28. c. 42. §. 14.* Similis obedientia debetur *Cameræ Imperii R. I. 1548. § 24.* verb. Und sollen Churfürst 2c. gehorsamb leisten, quod iterum intelligendum de causis, in quibus Camera habet fundatam intentionem. *Ord. Cam. P. II. tit. 1.* nam si *manifesto & liquido* de incompetentia fori constet, exempla *vid. supra cap. 45. §. 27. 28.* nulla est ejus autoritas. Itaque si & Camera, æque ac Imperator per *judicium Aulicum* evocare velit, *immediatum*, qui beneficium primæ instantiæ habet, vel *mediatum* ad primam instantiam, *vid. c. præc. §.* impune non paretur; & prohiberi potest subditus *mediatus*, ne compareat, vel talibus mandatis obtemperet. Uti e contrario si Imperator & Camera in casibus, ubi jurisdictio Cameræ fundata e. c. Appellationis, denegatæ justitiæ, testimo-

Cameram Imper.

ſtimonii dicendi, ſubditos ſine ſubſidio immediate citet, quod fieri ſolet *Rhet. I. 3.4. Lynck. de Relig. obſeq.* §. 24. obſequium non poteſt denegari: quamvis in quibusdam territoriis & præſertim noſtro Electorali Saxonico ejusmodi immediata citatio haud admitti ſoleat. *vid. ſupr. c. 33.* §. 9. *vid. D. Stryk. de Via fact. cap. I.* §. 34. Ceterum circa *mediatos* quæſtio ſuboriri poteſt: *utrum juſſus Cæſaris, an juſſus Domini immediati, ſi ſibi contrarientur*, præferendus ſit? Ad quam non incommode ita reſponderi poteſt. *Dni immediati* juſſum præferendum eſſe, ſi ea jubet, quæ *jure territorialis ſuperioritatis & jurisdictionis* ſuæ jubere jus eſt, nec poſſe in his ſubditum immediatum Cæſaris mandata ſequi. Quod ſi autem Cæſar jubeat, quæ ad ejus Reſervata ſpectant, quæve territorialis poteſtas, vel alia inferior juxta LL. Imperii impedire nequit, Cæſaris juſſus utique præferendus eſt, nec immediati præferri poteſt: quem & ſequi tunc non decet, ſi jubeat ea, quæ adverſus Cæſarem & Imperium, in eorum perniciem tendunt. *vid. Lynck. de Relig. obſeq.* §. 24. *in fin. Jpr. Feud. cap. 18.* §. 12.

§. IV. Utrum autem *Cæſari* vel *Cameræ Imperii*, ſi de facto procedant, reſiſti poſſit, & vis injuſta vi repelli? difficilis quæſtio eſt. Non immemores ſumus, quæ *An Cæſari reſiſti poſſit?*

de Statibus collective sumtis vel etiam in partes divisis, supra asseruimus, *c.48.§.4.* Sed hic quæstio est *de singulis membris*, quæ privatorum rationem habent, sive *Status Imperii sint, sive non.* De illis qui *Status non sunt*, nemo fortasse erit, qui resistentiam illis concedet, sive Imperator tanquam Imperator, sive tanquam Judex per judicium Aulicum, aut *Camera* aliquid tale facit. Quod si mutari non potest, patienter erit ferendum. Quod vero ad Status Imperii, imo & *Nobilitatem immediatam* attinet, ex artic. 15. *Leopold.* & *14. Joseph.* & *art. 21. Carol. VI.* notum, Imperatorem promittere, *daß Er selbige nicht selbst vergewaltigen, solches auch nicht schaffen, noch andern zu thun verhengen wolle.* It. non permittere se velle, ut illi, qui jure adversus se agi haut detrectant, *mit Raub nahme, Brand, Pfandung, Vehden, Kriegen &c.* graventur. Si itaque tale quid fiat ab Imperatore, offensio esset injusta, cui ex regulis omni jure probatis defensio, vel repulsio juste opponi poterit; cum præsertim Status Imperii tales sint subditi, qui præ aliis multis insignibus prærogativis gaudent, atque suo modo participes sunt summæ Majestatis. Sed quia tamen ex tali resistentia, si cuilibet liceret, maximæ turbæ, atque mala nasci possunt, caute hic incedendum

est,

eſt, nec temere quid ſtatuendum, ſi præſertim de reſiſtentia aliqua majori, & violenta quæſtio ſit. Nam illa, quæ minor eſt, facilius admitti poteſt, uti repulſio nunciorum Cameralium, qui citationes, vel mandata in territoriis Ordinum inſinuant, ubi inſinuari ea fas non eſt, quos ſæpe non adeo bene exceptos eſſe novimus. Plane ſi Cæſar, quod non facile præſumendum, per vim injuſtam, & de facto ageret adverſus Statum, reliqui Status cauſam ſuam haud difficulter facient, & id agent, ut gravamen hocce ceſſet, vel ſi P. W. læderetur ſponſorum pacis auxilium, ſi opus, implorabunt juxta *art. 17.* §. *5. 6. J. P. O.* Subditi vero Statuum, in tantum Dominis tali caſu aſſiſtere poſſunt, ac debent, in quantum illorum juſſus Cæſaris mandatis præferendus.

§. V. Poſthæc 11) nullum decet civem Imperii & ſubditum, ut de ſtatu & forma Reipubl. qualis in præſenti eſt, abjecte ſentiat, & eam diſputando, concionando, ſcribendo & docendo impugnet *art. 5. J. P.* §. *utriusque 50.* nec ad res novas animum adjiciat, ſed in præſenti ſtatu acquieſcat. Eſt etiam ejus, ut pro ſalute & incolumitate ejus agat, quæ poteſt, quod Statibus præſertim incumbit, *c. 27.* §. *2.* fortunas ſuas conferat belli & pacis

Obligat. erga Rempublic.

cis tempore, juxta modum in Imperio receptum. *vid. dicti supr. c. 48. §. 3. 6.* Ad quæ etiam tum *Nobiles* Imperii, tum *Pagi immediati* suo modo tenentur, ut dictum, itemque mediati, *art. 3. Cap. Jos. & art. 15. Carol. VI. R. J. nov. 1654. §. 180.* de qua re alibi. Imo etiam Judæorum est, *coronarium* Imperatori noviter electo offerre. *Myl. de Pr. & St. c. 61. §. 11.* Quæ obligatio efficit quoque ut cives operam militarem patriæ potius, quam exteris præstare debeant, atque adeo avocatoriis mandatis obtemperent. *vid. Diss. de lib. exteris mil. th. 30.* ut hostem publicum, & turbatores pacis persequantur, non vero recipiant, juvent, vel foveant *R. I. 1559. §. 21. 1521. t. 7. O. C. P. II. t. 10.* E contrario vero ne fœdus cum exteris adversus Imperium ad illud opprimendum ineant, vel bellum adversus Imperium suscipiant, aut illos, qui hoc faciunt, vel illorum socios juvent. *R. I. 1495. tit.* Handhabung des Friedens *art 8. Gaud. J. P. vid. Diss. de libert. Germ. ext. milit. th. 27. R. J. 1541. §. 68. 1551. §. 97 1564. §. 23. art. 15. Cap. Joseph. Ord. Cam. P. II. Tit. 20.* ubi & in specie prohibitum, contra omnes Xianos, ne Turcas juvent consilio, vel opera.

Concives. §. VI. III.) Nemo debet ex Civibus Imperii, & ne *Status* quidem adversus *Concivem*

civem jus ſuum vi, vel armis proſequi, & via facti procedere *art. 2. §. 5. 7. art. 17. J. P. R. noviſſ.* §. *6.* vel aliis adverſus Statum Imperii militare *Cap. Joſ. art. 15. R. I. 1544.* §. *72.* vel fœdus inire, §. *10. Cap. Joſ. art. 5.* & *Carol. VI. art. 6.* §. *8. J. P.* quo ipſo etiam repreſſaliæ *R. I. 1570* §. *84.* propria autoritate quæ fiunt, prohibitæ ſunt adverſus concives, niſi Imperatoris conſenſus adſit. *vid. art. 8. Capp. Noviſſ.* verſ. Es ſoll denen. *D. Stryk. de Via facti* §. *28.* Idem dicendum *de pignorationibus*, *atque arreſtis* illicitis, *Ord. Cam. P. II. Tit. 22. R. I. 1594.* §. *die Mandata 70. 1570.* §. *84. Rhet. IV. 12. 13.* *Bella* enim ejusmodi *privata*, quæ in nulla bene conſtituta Republ. toleranda ſunt, per conſtitut. pacis publ. jamdudum ſunt ſublata, ut dictum *cap. 8.* §. *3.* atque ratio lites per duella, ſive ordelia dirimendi vel etiam per *campiones*; Fauſt-Recht und Selbſtgerichte, jamdudum in uſu eſſe deſiit. *Schottel. de Jure antiq. German. cap. 28.* *Beſold. Theſaur. voce* Fauſt-Recht. *Mand.* & *Ordal.* Atque LL. civiles, quæ vim privatam coercent, aperte comprobantur. *Ord. Cam. de 1521. t. 32.* §. *2. R. J. 1532. rubr.* Cammer-Gericht betreffend. §. *15. D. Berger. Diſc. For. Tit. 5. obſ. 6.* Si qua itaque controverſia incidat, unusquisque debet jure experiri, ſententiam expectare, & illa acquieſcere, vel eidem ſatisfacere, *d. art.*

17. §.

17. §. 7. *J. P. R. Noviss.* §. *6. 193.* ubi tamen semper casus defensionis, quo & Jure communi vim vi repellere licet, excepti sunt. *R. J. noviss.* §. *6.* ibi: und ohne Excess wieder erlanget. Speciales casus habentur *art. 17.* §. *6.* ibi: *ad repellendam*, it. ratione vectigalium §. *21. Cap. Joseph.* & *art. 8.* § Wann auch einige. *in fin. Capit. Carol. VI.* de quo *dict. supr. cap. 44.* §. *2.* It. *in art. 7. Capit. Jos.* & *art. 15. in fin. Cap. Carol. VI.* Atque ad hanc classem quoque illud officium pertinet, ut nemo alteri se difficilem, sed commodum præbeat, subditos alterius per territorium suum libere commeare & navigare sinat, alterius subditos non abstrahat, vel contra Dominos concitet, aut profugos ob delicta foveat. *P. P. d. 1548. præf.* §. *1. Tit. 16. R. I. 1555.* §. *14. Cap. Joseph. art. 22. inf. Blum. Pr. Cam. Tit. 29. n. 17.*

Reat. §. VII. Qui itaque adversus ista facit, gravissime peccat, & pro re nata criminis læsæ Majestatis, & fractæ pacis reus fit: *A. B. c. 24. a. 118. Cr. Const. J. P. a. 17.* §. *7. R. J. 1541.* §. *60. 1544.* §. *72. 73. Cap. Jos. a. 15. c. 8. sup.* §. *7.* quorum illud, etiam in specie Perduellionis, omnes Imperii subditi, quicunque illi sint, incurrunt, mediati & immediati, si adversus *Cæsarem*, vel *Regem Rom.* vel totum Imperium hostili animo quid machinantur. Cujus criminis diserte mentio facta in declara-

claratione banni Colonienſis, & Bavari *Sp. Stat. 1706. Majo pag. 22. 23. vid. dicta cap. 20. §. 9. cap. 24. A. B.* quo loco id ad *Electores* etiam extenditur. *v. dict. c. 25. § 7.* ubi & de aliis Principibus actum. De aliis, tum civium in genere, tum horum, vel illorum in ſpecie officiis hic agere, inſtitutum non patitur.

§. VIII. Paucis adhuc videndum, quomodo *qualitas* & *obligatio Civis*, vel *ſubditi Imperii R. Germanici*, intuitu *juris Civitatis univerſalis*, *acquiratur*, & *oriatur*, vel *amittatur* & *deſinat*. *Prius fit* 1) *nativitate*. Atque ita omnis pro *cive* vel *ſubdito* habendus, qui a *Germanis* parentibus, ſaltem patre, in locis, ad *Germaniæ Regnum* pertinentibus, habitantibus, nati ſunt, ut adeo nec *Bohemi*, nec *Lotharingi* excludendi. Nec obeſt, ſi maxime alibi in loco, ubi parentes, non mutata plane tamen civitate, ad tempus commorati, editus, *arg. l. 3. C. de Municip. l. 6. ff. ad L. Municip. l. 1. §. 2. ff. eod.* II) *Allectione*, eaque expreſſa, vel *tacita*. *Expreſſa* fit ratione *immediatorum* ab Imperatore, cujus exemplum in Principibus & Comitibus Imperii, qui ex exteris tales creati. *Diſſ. de lib. Germ. exter. milit. th. 24.* *mediatorum* a Statibus Imperii, vel Magiſtratibus illis ſubalternis, vel a *Nobilibus*, & Communitatibus *immediatis*. Quor-

Acq. Jur. Civ.

Allectione.

Quorſum etiam pertinet in territoriis Saxonicis, ſi exterus ad ſimultaneam inveſtituram admittitur, & ſimul in ſubditum recipitur. *Jpr. Feud. cap. 12. §. 30.* *Tacita* fit permittente ſuperiore per conſtitutionem *domicilii habitationis*, vel *bonorum acquiſitorum*, vel *translatorum. vid. art. 1.* poſt Ordinat. der Reuter Beſtall. *de a. 1570. ibi:* die in Reich, oder deſſen Schutz und Schirm angehörigen Landen nicht geſeſſen: quamvis bonorum immobilium poſſeſſio raro ſine expreſſa voluntate ſuperiorum fieri ſoleat. Quo loco notandum, jus Civitatis noſtræ acquiri poſſe ab extero, ſalvo ſuæ civitatis jure, quia nulla lex id impedit. *Schilt. de Jur. peregr. §. 25.* Quo omnia primario de illis ſunt intelligenda, qui participes ſunt munerum & civilium honorum: qua parte intuitu civium in excellentisſimo ſenſu, *ſeu Statuum* repetantur *dict. c. 24. §. 6. c. 43. §. 9.* & ſecundario de illis, qui capaces ſunt munerum civium & honorum; & per conſequentiam etiam tandem de pueris, mulieribus, (quæ tamen interdum & Status eſſe, & regalia poſſunt habere) & illorum, qui habent ſervorum rationem. *Schilt. Ex. 3. §. 6.* De temporariis *vid. d. §. c. præc. & Schilt. de Jure peregrin. §. 15.* Omnia vero iſta non pertinent, ad *Zingaros*, quos vocant, qui in Germania tolerari

lerari non debent, nec pro civibus & ſubditis habentur, licet in ea a Germanis nati. *Ord. Polit. 1577. Tit. 28. & al. text.*

§. IX. Amittitur, & deſinit jus & obligatio iſta voluntaria *migratione*, & *mutatione* patriæ, quam cuilibet licere, ſupra diximus *c. praced* ſi ſcil. aliquis plane ſe abdicaverit civitate Germanica; quod tamen doloſe aut intempeſtive fieri non debet. *Rhet. de Sarc. Migrant. Diſſ. de libert. Germ. exter. milit. th. 31.* Quæ tamen abdicatio non ſtatim præſumenda eſt, ſi quis reipublicæ exteræ nomen dederit; nam nullibi prohibitum reperio, quo minus ſalva civitate id fieri poſſit: atque tunc priori obligationi hæc nova cedere debet §. *31 d. Diſſ.* Interim tamen, ſi quis iſti abdicationi avulſionem territorii, vel bonorum aliorum territorii immobilium jungere vellet, id utique fieri non poteſt, ſine conſenſu Imperatoris & Imperii per *dicta ſupr.* II) finitur exemptione totali territorii, qua ſimul omnes inhabitantes cives, & ſubditi eſſe deſinunt. *cap. 49. §. 8.* III.) Morte *naturali* ea deſinere nemo dubitabit. IV.) quod & fit morte *civili*, puta banno Imperii, de quo alibi. *vid. Schilt. Ex. 3. §. 9. d. Diſſert. §. 24.* Amiſſio

Pp CAP.

CAP. LIII.

DE CIRCULIS IMPERII.

§. I.

Connexio. POstquam sic *imperantes* & *parentes* ratione universi excussimus, de illa divisione Imperii nunc dicendum est, quam *cap. 16. §. 7.* indicavimus, in *Circulos* scil. qui sunt *complexus diversorum Statuum, & membrorum immediatorum eorumque territoriorum ad tranquillitatem & utilitatem communem autoritate publica sociatorum.* Originem debet *Maximiliano I.* qui occasione Regimenti Imperii, de quo dictum *cap. 47. §. 1. anno 1500.* sex regiones constituit, ex quibus Assessores vocari debebant. *vid. Ord. Regim. 1500.* Postea *R. I. 1512. §. 11. seqq.* distributio in X. *circulos* facta, quamvis usus veteris divisionis non plane fuerit tunc sublatus. *Vitr. II. c. 6. §. 6.*

Circuli X. qui? Sunt vero isti X. Circuli 1) *Austriacus*, 2) *Burgundicus*, 3) *Rhenanus inferior* seu *Electorum*, 4) *Saxonicus superior*, 5) *Franconicus*, 6) *Bavaricus*, 7) *Suevicus*, 8) *Rhenanus superior*, 9) *Westphalicus* & 10) *Saxonicus inferior*: qui ordo in *declarat. P. P. 1522.* habetur; alibi aliter refertur, ita, ut ordo dubius sit. Fuit actum de adjiciendo *Bohemico & Borussico*, sed sine successu. *Vitriar. II. 6. 10.* atque sic adhuc hodie dantur Status & membra, quæ nullo circulo com-

comprehensa, ut *Bohemus*, & *Sabaudus*, *Montpelgard. Schweder. d. l.* §. 4. quamvis hunc sub Ducatu Wurtenbergico contineri tradat *Schilt. II. 1. 7.* Sic licet verum sit: daß die 10. Kreyse in das gantze Reich ausgetheilet, falsum tamen est: daß das gantze Reich in die 10. Kreyse eingetheilet. *Decl. P. P. 1522. §. 2.*

§. II. Illud vero non usquequaque liquidum est, quinam status, quænam provinciæ ad hunc, vel istum circulum pertineant? Legi quidem possunt indices, quæ habentur *ap. Limn. l. 7. H. E. T. I. pag. 90.* quæ tamen litibus non carent. De lite circa Palatinum Sulzbacensem in circulo Bavarico *vid. Spec. Stat. 1705. M. Mart. pag. 59. seqq.* ubi *pag. 63. de Abbatia Keisersheimensi* agit, quam *Svevicus*, & *Bavaricus* circulus vindicant. Porro inter se non sunt æquales, nec in omnibus omnis generis Status occurrunt. In *Austriaco*, *Burgundico* & *Saxonico* superiori hodie nulli dantur *Episcopi*, nec *Civitates Imperiales. Schweder P. G. c. 5.* §. 8. Aliqui minuti, ut Rhenanus superior per *J. P. M. & Rysw. Vitr. II. 6. 10.* de quorum redintegratione sæpius actum. *Lynck. de Redint. Circ.* Aliqui tamen etiam aucti, exempla habet *Schweder. d. l.* §. 6. aliud supra relatum *cap. 46.* §. 12. Nec omnes, qui in Circulos relati & in conventibus

Status circulorum.

eorum votum, & sessionem habent, Status Imperii sunt. Exempla habet *Schweder. d. l. §. 8. Vitriar. II. 6. 10. S. c. 22. §. 6.* Porro nec omnis, qui in Circulos relatus, contribuit in cassam Imperii, ut Austriacus.

Finis & utilitas. §. III. *Finis & utilitas* hujus divisionis in Circulos primaria est, ut hac vicinarum provinciarum & territoriorum arctiore conjunctione in certa corpora subdependentia a directorio circulari subordinata universali corpori pax publica per vires conjunctas servari possit. *Schilter. II. 1. 7.* In specie vero hæc utilitas conspicitur 1.) in præsentatione Assessorum Cameralium. *Ord. Cam. P. I. tit. 1. R. Noviss. §. 169.* ut olim Regimenti 2.) in distribuendis, colligendis, ac moderandis collectis in Comitiis decretis *R. I. 1551. §. 55. 1594. §. 63.* 3.) in inquisitione matriculæ *R. I. 1582. §. 51.* 4.) in cura monetæ & vectigalium Müntz-Ordnung Ferdinandi I. *1559. §. 158. R. I. 1576. §. 118.* 5.) in conservatione pacis publicæ & executione justitiæ. *R. I. de 1512. §. 8. seqq. 1548. §. 37. 1555. §. 71. 1570. §. 22. 1654. §. 160. 178. sqq.* atque ut 6.) hæc obtineri possint, in collectione copiarum, & pecuniæ, Creyß-Hülffe und Creyß-Steuern *R. I. 1570. §. 21. 1542. §. 47.* ibi: Creyß-Truhn *1570. §. 49.* quibus 7.) denique accedit *προβουλία* rerum, quæ in Comitiis tra-

tractanda sunt. *Londorp. Lib. VI. Tit. IV.*

§. IV. Ut autem hæc omnia fieri possint, certum regimen, seu Politia in circulis recepta. Circa quam notandi sunt primo Officiales Circulorum. *Majores* sunt (1) *Directores* (2) *Duces* (3) *Adjuncti*; & *Minores Secretarii*, *Receptores* Crenß-Einnehmere und Cassirer, *Monetarii Zygostatæ*. Primus est Director, der Crenß-Ausschreibende Fürst, qui est primarius circuli Status, sub cujus directione ac moderamine reliqua circuli membra in commune consulunt, & agunt. *Titius V. 2. 12.* In aliquibus est unus, ut Archi-Dux & Dux Burgundiæ in suis; quorum hic tamen nullum habet *Constatum*; in *Saxonico* superiori *Elector Saxoniæ*. In aliis plures, ut in inferiori Saxonico *Dux Magdeburgensis*, *Bremensis* alternatim, condirigente Domo Brunsuicensi. *I. P. art. 10. §. 10. in Rhen. super. Episc. Wormat.* & *Pfalz Simmern*, sed videatur tamen *Lyncker. in Analect. ad Schwed. §. 10. in Suevico Ep. Constant.* & *Dux Wurtenbergiæ, in Westphal. Episc. Monast.* & hodie *Brandenburg.* ac *Palat. Neoburgicus* alternantes. *Pfeff. ad Vit. II. 6. 11.* In *Bavar. Elect. Bav.* & *Archi-Episc. Salisburg.* in *Francon. Ep. Bamberg.* & *Marchio Brandenb. vid. Schwed. d. l. cap. 10.* Quæ officia hereditaria quasi facta sunt. Munus vero hoc in eo consistit, ut gravamina Statuum circula-

Officiales.

Director.

cularium aliorumque desideria audiant, conventus indicent, eaque dirigant; ac Archivi & totius rei circularis curam gerant; qui tamen potestate sua non abuti debent, nec imperium in Con-Status affectare.

Dux. §. V. Dux Circuli, Creyß Oberster, est persona *habilis rei militari circuli legitime præfecta*, *Decl. P. P. 1522. tit.* wie ein Creyß mit Erwehlung. Ex quo textu simul discimus, eligi hunc a Statibus circularibus omnium, vel plurium consensu, ut adeo nulli hic successioni locus sit, quamvis familia Antecessoris non facile negligi soleat. Debet vero esse alicujus eminentioris conditionis, & quidem regulariter ex ipso Circulo, vel suadente utilitate & necessitate etiam ex alio. *R.J. 1555.* §. *56.* Poteftque etiam eligi, qui Director alicujus Circuli est, *d. l.* §. *56.* qualia exempla in circulis Saxonicis frequentia sunt. Utrum vero Ecclesiasticus huic muneri imponi possit, in *Franconico* Circulo 1555. acriter fuit disputatum *Limn. T. I. add. ad Lib. I. pag. 49.* Plerique tamen negant per declarationem *P. P. 1522. t. 3.* Et sane propter militares expeditiones, quas Dux Circuli ipse sæpe suscipere debet, hoc munus non adeo bene convenit cum Ecclesiastica qualitate. *Vitriar. II. 6. 12.* Præterea Imperii nexu civili

Civili vel Vasallitico obstrictum esse debere, docet *R. J. 1555.* §. *50.* An vero soli ? disputatur. Atque hinc Dano 1625. a Ferdinando II. quæstio mota; sed *vid. Schweder. d. l.* §. *13.* Electus Dux si acceptat munus, solenni juramento, vel si Princeps est, bey Fürstlichen Würden und wahren Worten promittit, munere se recte velle defungi. Formulam *vide* §. *58. d. Rec. Imp. 1555.* Atque si ex Circulo electus, operam gratis, per substitutum tamen, si vult, præstat; si extraneus, & gratis nolit, mercede conducendus propriam tamen operam impendere debet *R. J. 1555.* §. *57. 58.* Officium vero in quo consistat, longa serie legi potest §. *60. d. R. J. de 1555. Ord. Cam. P. III. tit. 48. 1582.* §. *40. R. Noviss.* §. *179.* Summa hæc est, ut provideat, ne pax publica turbetur, ne delectus ab exteris contra constitutiones Imperii habeantur, quod si turbæ suboriantur, adjunctos convocet, cum his de illis compescendis agat, & Status Circulares moneat de auxilio submittendo, atque ita Circulum ab omnibus incommodis liberet, & denique adversus pacifragos & alios sententias banni, vel alias exequatur. *vid. Schweder. d. l.* Qua tamen parte potestate sua in præjudicium Statuum abuti non debet, nec superioritatem aliquam sibi adrogare, nec auxi-

lia circularia in suum privatum usum vertere §. *58.* & *73. d. Rec. J. 1555.* Quid vero faciendum, si ipse Dux alterum de facto invadat, docet §. *76. d. R. J.* nempe unum ex adjunctis eo officio defungi debere. Utrum vero Imperator alterius circuli præfecto, quam illius, ubi executio fieri debet, hanc demandare possit? disputatum fuit a tempore executionis banni adversus Donawerdam. *vid. Limn. T. II. add. I. 7. pag. 102. Pro regula negativa art. 16. §. 2. J. P. W.* & arctior. mod. exequendi de 1649. facit; & præsertim §. *160. R. J. noviss.* ubi except. habentur. Atque ita *Erfurdensis* illa executio banni Electori *Moguntino* eique actoris vices gerenti, copiis *Gallicis* instructo, commissa, haud immerito in dubium vocatur. *v. H. E. T. I. pag. 930.* Paucis abhinc annis disputari cœptum est in causa *Megapolitana*, utrum præcise Circuli & eorum *officiales* adhibendi sint ad executiones a Cæsare: num vero Cæsar per alios Commissarios sententias in *Judicio Aulico* latas mandare possit executioni? Posterius affirmat Aula Cæsarea, existimans, nullibi hac parte in LL. Imperii necessitatem absolutam Cæsari impositam esse, sed omnia ejus in arbitrio sita per *R. J. de 1507. tit. 17. §. 1.* nec etiam eundem processum, qui in Camera est solitus in accidentalibus processus,

An alii executio demandari possit?

ſus, quale dicit executionem, obſervandum. Prius vero affirmant, qui *Circulorum* partes defendunt, & præcipue ſe fundant in *Decl. P. P. de 1522. Tit. I. & J. P. W. d. a. 16. §. 2. R. J. nov. §. 160.* exiſtimantes, executionem maxime ad ſubſtantialia proceſſus pertinere, atque ſic eodem modo proceſſum Cameræ ſervandum eſſe etiam hac parte *art. 5. J. P. §. quoad proceſſum 55.* qua de re vid. ſcripta publica, quæ extant in utramque partem *H. E. T. I. pag. 930.* Quæ controverſia hactenus nondum decisa, etiamſi ipſa cauſa ſucceſſionis Megapolitanæ transactione amicabili ſopita. Cæterum, quomodo Cæſari, & ejus Legato per Colonellum locum tenentem Guſtravia ejecto ſatisfactum ſit, legi poteſt in *Sp. Stat. de 1699. M. Jan. pag. 11.* Utrum vero executio etiam Directori circuli committi poſſit, vel Commiſſio Cæſarea cum Officiis circularibus concurrere? diſq. *ill. aut. H. E. d. l. pag. 932.* De relaxatione & reſignatione hujus officii *vid. R. 1555. §. 74.*

§. VI. *Adjuncti Ducis*, Zugeordnete *perſonæ habiles ſunt eo fine conſtituta, ut Duci conſilio & opera aſſiſtant, & eo impedito, vel negligente officium, ejus vices ſubeant. R. J. 1555. §. 56. ſeq.* Quoad habilitatem, electionem, officium, promiſſionem, durationem eadem locum habent, quæ de Adjuncti.

Duce dicta, nisi quod *Duci Adjuncti* subordinentur, & numerus eorum ex arbitrio *Circuli* pendeat, *R. J. 1555. §. 56. 59.*

Quæst. *76.* Quæstores Creyß Einnehmere sunt, qui ærario circuli præfecti *R. J. de 1542. §. 88. add. R. J. 1570.* §. *22.* a quibus differunt der Reichs Pfennig Meister *R. J. 1535. §. 21. 1541. §. 27.* qui præfectus est Imperii ærario. *Schilter. II. 1. 14.* Quæstoribus illis subordinati sunt, die Creyß Cassirer, qui pecuniam recipiunt & expendunt. *Secretarii* Circulorum ab actis sunt vel *Directoris*, vel *Ducis*. De ministris monetariis alibi agitur. De aliis *vid. Gokel. de Circulo Svev. & Francon. pag. 15. & de Europ. Regib. cap. 21. num. 5. pag. 943.*

Comitia circul. §. VII. Posthæc de Comitiis circularibus Creyß Tägen dicendum, quæ sunt *conventus Statuum circularium ad negotia circularia debite expedienda, constituta.* Qui conventus varii sunt generis. Nam interdum conveniunt *omnes Circuli*, interdum tantum *quidam Circuli*, interdum vero *unius Circuli* membra tantum. Quoad primum genus *Universalium* sc. observandum, non omnia circulorum membra convenire, quod Comitia universalia saperet; sed tantum aliqua potiora, præsertim *Directores & Duces* cum suis *Adjunctis*, *tempore*, & *loco*, ut placuit. *vid. R. J. Ratisb. 1567. §. 54.* Exemplum contigit

tigit *Erfurti 1567.* cujus conventus Recessus in Codice R. J. habetur. Posthæc nullum occurrit: nam quæ in *R. J. de 1603.* §. *52.* habentur, exitu caruere *Schw. d. l.* §. *19.* atque ob difficultatem ordinis inter circulos vix sperandum est. Quod ad secundum, & tertium genus *particularium* sc. attinet, illi iterum *duplicis generis* sunt: nam vel omnia cujuslibet circuli membra conveniunt; vel *Directores* cum nonnullis aliis ex singulis scamnis, quæ die engern Creyß Convente vocantur: vel Status *ecclesiastici* tantum, aut *seculares* tantum; vel etiam Principes unius circuli tantum &c. congrediuntur. Alias comitia talia in *Stataria* vel *arbitraria* dividuntur. Illa certo tempore instituuntur, quod monetæ probandæ causa inter circulos *correspondentes* fieri debet, juxta *M. O. 1559.* §. *158. seqq. 1570.* §. also wollen wir nochmahls *138.* hæ indicuntur & habentur, quoties utilitas, & necessitas postulat.

§. VIII. *Generales* omnium circulorum jus convocandi tribuit *Moguntino Schwederus;* sed ex *R. J. d. 1603.* §. *52.* vix probabitur. Pendet nempe illa coitio ex voluntate Statuum. Ad *Particulares* conventus Status a Directorio circuli cujusque vocantur per literas, quibus *tempus, locus* (qui plerumque est Civitas Imperialis, non tamen semper, nec in illis, ubi nullæ

nullæ ſunt, eſſe poteſt; ideoque in noſtro Circulo *Lipſiæ* plerumque habentur; habitæ tamen & fuere *Witebergæ* hic, *Francofurti*, *Juterboci*,) & *cauſa* indicatur. *Müller* de *Convent. Circ. c. 14. num. 2.* Utrum vero hoc fieri poſſit, *inſcio Imperatore*, vel licentia ab eo non petita? olim fuit diſputatum. *Limn. T. I. add. L. 9. c. I. p. 425.* Sed *Joſeph. Capit. a. 6.* & *Carol. VI. art. 13. in fin.* Statuum circularium Libertas hac parte firmatur conveniendi, quoties neceſſitas, vel eorum intereſſe exigit, abſque mentione ſcientiæ vel conſenſus Cæſarei. Interim tamen Cæſar ſæpius ipſe *conventus circulares* urget, vel jubet: quod, quando fit, ſignificari Cæſari indictionem factam a Directoribus, res ipſa poſtulat. *Schwed. d. l. §. 20. Lyncker. de Commiſſ. Imp. §. 16.* Quibus caſibus uti etiam ad conventus univerſales, qui Statibus placuere, Commiſſarios mittit Cæſar. *R. I. 1566. §. 1. 2.* Ad illos conventus vero, qui ex Circulorum arbitrio coguntur, præſertim unius tantum, rarius Commiſſarii Cæſarei adſunt, licet eorum miſſio Cæſari deneganda non ſit, ſed ita tamen, ut Commiſſarii, invitis Statibus, ad deliberationes haud poſſint venire. *Limn. T. I. add. 9. 1. p. 388. Lynck. de Commiſſ. Imp. §. 16.*

§. IX. Status vel ipſi, vel per legatos com-

comparent (absentium nulla habetur ratio. *R. I. 1555. §. 68.*) & non vocati ultro nomen apud Directorium profitentur, mandata exhibent Legati, et vocati adsunt, quando a Directorio propositio fit, rogatique, omnes sententias *viritim* dicunt, quibus Directorium suam addit. *Stryk. de milit. Circul. c. 2. §. 10.* Negotia, quæ in his conventibus tractantur, sunt præsentatio *Assessorum Cameræ*, *probatio monetæ*, *conservatio tranquillitatis publicæ*, *collectæ* ad utilitatem Imperii, quæ tamen ad Comitia remitti solent. Grundfeste *P. 3 cap 3. p. 202. disquisitio vectigalium*, *emendatio matriculæ* quoad præparationem, collectio militum, executio mandatorum & sententiarum, quatenus de his deliberandum, ipsam vero *officiales* faciunt, *collectæ circulares ob utilitatem circuli*, *constitutio officialium*, *& quæ alias ad utilitatem circuli pertinent. v. H. E. T. I. pag. 952.* Conclusio fit per majora, *R R. §. 183.* atque a Directorio in recessum redigitur circularem, Creyß-Abschied, qui si placet reliquis prælectus, subscriptione & sigillis munitur, & ad Archivum Circuli defertur. *Myler. d. l. conf. Gockel. d. l. n. 17.* Atque interdum Cæsaris confirmatio desuper expetitur. *D. Stryk. de Mil. circul. cap. 2. §. 2.* Quibus conclusis tamen, limites constitutionibus Imperii præscriptos Circuli

Com-parit.

culi non possunt egredi, nec illa statuere, quæ expresse, vel tacite in Recessibus Imperii & placitis Comitiorum concessa non sunt, aut illis adversantur. *Paratitla*, sed valde jejuna Recessuum Circuli superioris Saxonici edidit *B. Ahasv. Fritsch.* Novissima hujus circuli Comitia *ann. 1683.* quæ *Lipsiæ*, obsidentibus *Viennam Turcis*, habebantur, turbavit & rupit lis de equis, cujus mentionem fecimus *cap. 38.* §. *2.* & ab eo tempore cessavere plane, & munera circularia, excepto *Directoris*, omnia vacarunt. *vid. Fritsch. in fin. Paratit. H. E. T. I. pag. 952.*

Creyß-Bereitschaft. §. X. De *ærario* & *militia* circulari, der Creyß-Bereitschafft, *vid. R. I. 1570.* §. *22. 1576.* §. *49. 1654.* §. *181.* & *diss. D. Stryk. de milit. circul.* Cum autem tota hæc constitutio, & politia Circulorum valde sit conturbata, de illa *redintegranda*, in Westphalia actum, & in Comitia proxima hoc rejectum §. *Habeantur. a. 8. J. P.* Sed cum nec in his res hæc confici potuerit, ad deputationem Francofurtanam negotium remissum, sed iterum cum infelici fato. *vid. Herden. 3. 6. & 3. 9.* Interim Leop. & Joseph. Capitulationibus *art. 12.* & *art. 5.* & *10.* Capit. Carol. VI. redintegratio promissa & in *R. J. noviss.* ordinatio executionis *de 1555. seqq.* repetita §. *178. seqq. vid. Dissert. Lynck. de Redintegr. Circul.*

CAP.

CAP. LIV.

DE JUDICIIS IMEPERII, RATIONE UNIVERSI, IN SPEC. DE JUDICIO AULICO.

§. I.

SUpereſt, ut de judiciis Imperii, ratione univerſi, ſolliciti ſimus, quæ autoritate ſummorum *imperantium* exercentur in illos, qui *parentium* nomen habent, eosque invitos. Inter quos cum Imperator, qua talis, non ſit, conſequens eſt nullo etiam judicio iſtum ſubjacere, niſi cui voluntarie ſe ſubjiciat, de quo dictum *cap. 35. §. 6. ſeqq.* Agnoſcit etiam illud vero, quod ex nexu feudali ortum ducit, quando inter ipſum tanquam Dominum feudi, & Vaſallum diſceptatur. *vid. Jpr. Feud. cap. 25. §. 13.* Alias enim hucusque non eſt probatum, Reges & Imperatores Germanicos unquam judicio procerum & populi, vel Pontificis Rom. vel alterius fuiſſe jure obnoxios *Kulpiſ. ad Monzamb. II. 5. 15. Titius VI. 2.* *Judicia* vero antiquitus ſub Francicis & Germanicis Imperatoribus in ſubditos qualiter habuerint ſeſe, late diſquirere hic non licet. Legi poteſt *Lehm. Chron. Spir. & Conring. de Judic. Reip. Germ.* Sed ad præſentia deveniendum eſt: repeti tamen poſſunt, quæ de Judiciis *eccleſiaſticis c. 42. §. 37. dict. & de ſecula-* Judicia.

cularibus c. 35. §. 2. & cap. 39. §. 7. cap. 45. §. 27. 50.

Judicium Aulicum. §. II. Præ omnibus autem eminens judicium Imperii, est des Käysers und des Reichs höchstes Gericht. R. H. O. *Tit. I.* §. jedoch. *Senatus*, vel *Consilium Aulicum Cæsaris* Käyserl. Reichs-Hof-Rath, quod est *Collegium a Cæsare constitutum in Aula Cæsarea nomine & autoritate ejus de causis illuc pertinentibus Jus dicens.* Quod judicium non confundendum est cum Consilio Aulico, quo Cæsar in Comitiis utitur, præsens si est, dum de negotiis Imperii deliberat. *Maurit. de Jud. Aul.* §. 3. Origo. Origo hujus judicii cum ipsis incunabulis regni est coæva. Semper enim in Aula Regia judicium summum fuit, & cum illa per regna & Imperium ambulavit, cui præfuit Rex, vel Imperator & sub eo *Comes Palatinus*, ut dictum *supra cap. 35. Schilt. 4. 4.* Et licet plures Palentiæ & Sedes Pfaltz Städte, Stühle, cum tempore conditæ, quibus *Comites Palatini*, aut *Burggravii* præfecti; mansit tamen semper in Aula judicium, atque in illis ipsis Palentiis, si quando Cæsares ad illas pervenerunt, illud excercuerunt, ipsique illi sæpissime præsederunt, litigantes audivere, & sententias dixerunt. Exempla *Rudolphi I.* & *Sigismundi* vide apud *Lehmannum C. 8, lib. 5. cap. 100. & lib. 7. cap. 70.* Appellatum

latum fuit alias *Curia*, *Camera*, Käyserliche Kammer-Gericht, Hoff-Gericht, Käyserlicher Hoff, *Aula Cæsarea*, *A.B. tit.5.§.3.R.I.1512.§.8. Articul.17.Cap.Jos.Lehm. L.V.c.107. Schilt. d.l.§.23. Dutt.L.IV.c.1.*

§. III. Caput supremum hujus judicii est ipse Imperator. *R.H.O.T.I.* ibi: *Dessen Obersten Haupt und Richter allein wir.* Personæ quæ illi, quum ipse his rebus vacare non possit, subordinantur, in *Senatum* & *Cancellariam* distinguuntur. Illum constituunt Præses & Assessores, quos omnes Cæsar præficit muneri solus, cui etiam soli jurant. *Schweder.P.S.Sect.1.cap 12.§.3.* Jurisdictio enim solius est Cæsaris; atque judicium hoc non efficienter, sed objective Reichs-Hoff-Rath, Reichs-Gerichte dicitur, nec jurisdictio ejus delegata commode dici potest. *Lyncker ad Schweder. d.l. §.13.* quam tamen secundum LL. publicas exercet. *vid. art.42. Leopold.41. Joseph. art. 24. Carol. VI. Cap.* *Præses* & *Vice-Præses* ex *Principum*, *Comitum*, *aut Baronum* ordine est, cujus officium, rogare sententias, ex illis, juxta majora, formare decreta (exceptiones. *v.R.H.O. Tit.I.§* jedoch *T.5.§.* Da über) dirigere negotia Senatus, & ejus auctoritatem tueri, recipere memorialia, & supplicationes pro decernendis processibus, quod quidem *Vice-Cancellarius* etiam sibi vindicat. *Assessorum* juxta no-

Caput. Jurisdictio. Præses. Assessores.

noviſſ. Ordinat. *Ferdinandi III.* numerus, excepto Vice-Cancellario Imperii, qui ſemper aſſidet, als zugleich würckl. Reichs-Hoff-Rath. *Cap. Leop. 41. Joſeph. 40. Carol. VI. 25.* & locum poſt Præſidem occupat. *art. 40. Cap. Joſeph.* (voto carere tradit *H. E. T. I. pag. 902.*) usque ad *ſeptendecim* perſonas porrigitur; ſed jam *ann. 1663.* tribus auctus eſt, & hodie multo pluribus *H. E. T. I. pag. 902.* Deſumuntur autem partim ex ordine Principum, Comitum & Baronum, partim ex ordine der Rittermäßigen, *Graduirten*, oder ſonſt gelehrten wohlerfahrnen anſehnl. frommen und geſchickter Perſonen; quæ omnes natæ & educatæ in Germania (non tamen omnes Auſtriacis ſubjectæ ſint *art. 40. Leopold. 39. Joſ. art. 24. Cap. Carol. VI.*) linguæ hujus periti, integræ exiſtimationis, poſſeſſionati, legum & rerum Imperii ac forenſium periti, & actis referendis idonei, nam omnes ſine diſcrimine his rebus vacare debent. *art. 40. Joſeph. Capit. R. H. O. T. 1.* Et quidem quoad religionem *art. 5. J. P. §. 54. v. Sed idem etiam cautum;* aliquot A. C. addicti in Judicium Aulicum adlegendi eo numero, ut eveniente caſu litis inter Catholicos & Evangelicos paritas judicantium ex utraque religione Aſſeſſorum obſervari poſſit. Quam ob cauſam in Ordinat. noviſſ. *Judicii aul. Tit. 1.* con-

1. constitutum, *sex* ex Evangelicis Assessores esse assumendos: resque eo nunc devenit ad instantiam El. Brand. ut & ex Reformatis unus admitteretur. *Pfeff. ad Vitr. IV. 7. 13.* Omnes vero in duo scamna dividuntur, quibus a dextra Præsidis, Fürsten Graffen Herren und Rittermäßige, a sinistra Literati, graduati, vel non, insident, atque juxta modum præscriptum sententias dicunt. *vid. Ord. jud. aul. T. I.* §. die Session *Tit. 5.* §. Demnach. *vid. dicta supra c. 50.* §. *7.* De præcedentia & *privilegiis, salariis* illorum *vid. Capit. Leop. art. 41. Joseph. 40.* ubi *Mauritius R. H. O. tit. Capit. Carol. VI. art. 25.*

§. IV. Ad *Cancellariam* pertinet 1.) *Vice-Cancellarius*, qui ab Electore Moguntino tanquam Archi-Cancellario Germaniæ constituitur. *vid. supra cap. 28.* §. *3.* una cum Secretariis duobus, Protocollistis & aliis personis ad hanc Cancellariam pertinentibus. *art. 40. Leopold. art. 30. Joseph. art. 25. Carol. VI. Cap.* (*) Ille Vice-Cancellarius dirigit Cancellariam & ejus expeditionem, Archivum custodit, & sigillum, (de majori vero *Maurit.* §. *24.*) ac tabulas, ubi opus, subscriptione sua munit. *Mallink. de Archi-Canc. P. II. p. 48. Wagens. de Off. c. 6.* Quinam vero in hoc judicio Advocatorum, & Procuratorum munere fungi, & qua ratione possint, docet *tit. 7. Ord. Jud. aul.* Cancellarius.

aul. Maurit. d. l. §. *11.*

(*) Memorabile est, Vice-Cancellarium in d. art. 25. primum cœpisse nominari der Reichs-Hoff-Vice-Cantzler/ cum in prioribus Capitulationibus solum appelletur. Reichs-Vice-Cantzler. Conf. Ill. Auctor der gegenwärt. Verfassung der Käyserl. Regierung in Teutschland p. 188. lit. a.

Personæ subjectæ. §. V. Conveniri possunt in hoc judicio omnes immediate imperio subjecti in *prima* & *secunda instantia*, ipse etiam *Cæsar*, qua *R. Bohemiæ*, vel *Archi-Dux*, nisi quoad illam privilegio austregarum gaudeant; vel privilegium electionis fori habeant, ut *Suecus* juxta *a. 10. §. 12. J. P.* alia exempla habet *Rhet. IV. 3. 2.* Excipiuntur etiam *Camerales* personæ, quæ absque concurrentia hujus judicii Cameræ subjectæ. *O. C. P. II. Tit. 50. R. Noviss. J.* §. *141.* uti e contrario personæ judicii Aulici nec Cameræ subsunt. *Maur.* §. *13.* Mediati vero in prima instantia ibidem conveniri nequeunt regulariter, bene tamen in secunda, nisi privilegia de non appellando, quæ & in hoc judicio vim habent, id impediant. *J. P. art. 5. §. 56. vers. Cætera R. J. 1654.* §. *Was den Churfürsten R. H. O. Tit. 2.* §. *Wir befehlen art. 3. Cap. Leop. & Joseph. 18. Leopold. 17. Joseph. & art. 18. Carol. VI.* Legatos etiam Principum & alios ob negotia sua in aula commorantes ibidem conveniri posse docet *Maurit. d. l. §. 10.*

Causæ. §. VI. Ratione causarum de omnibus cogno-

cognoscere potest, de quibus Camera, cum qua habet concurrentem jurisdictionem R.H.O. *Tit.* 2. §. So wollen. *Maurit. d. l.* §. 12. ita, ut locus sit præventioni. *R. N.* §. 166. *Cap. Jos. art.* 41. & *Carol. VI. a.* 16. Præter eas causas vero ad Judicium Aulicum quædam pertinent, in quibus Cameræ nulla est jurisdictio, causæ sc. ad *regalia feuda pertinentes*, *præcedentia Statuum*, *controversia vectigalium*, *validitatis Privilegii* Cæsarei eo modo, quo dictum *cap* 45. §. 28. 29. 30. it. *causæ aliæ Reservatorum*, ut *datio* veniæ *ætatis*, restitutio famæ &c. *Investitura Feudorum*, *Privilegiorum concessiones*, quæ, uti omnia, quæ in rebus gratiæ & aliis expedienda, diplomata dignitatum, in Cancellaria Imperii; quæ & sola illa interdum A. B. munit, expediantur. *vid. art.* 33. 44. *Cap. Jos. art.* 22. *Cap. Carol. VI. Maurit. de Jud. aul.* §. 24 *Thulem. de Bullis. cap.* 2. §. 15. *Vitriar. illustr. l.* 2. 12. Item causæ *Italicæ* omnes. *vid. O. Jud. Aul. noviss. Tit.* 2. von Sachen des Reichs Hoffrath *H. E. T. I. pag.* 906. Nec etiam *causæ Pacis Religiosæ*, & *Ecclesiasticæ* excludendæ sunt, quatenus sc. hæ ad judicia secularia pertinent, ut dictum *supra cap.* 42. §. 28. *arg. art.* 5. §. 54. *J. P. Maurit.* §. 15. & 17. imo nec criminalis statuum. *vid. Maurit. d. l.* §. 16.

§. VII. *Locus* Judicii Aulici est ibi, ubi

Locus. aula R. H. O. *Tit. 1.* §. alle, licet, si fortasse Cæsar ad tempus non adeo longum secedat, in loco ordinario Aulæ maneat

Ordinat. *Vitriar. IV. 7. 27. 28.* *Ordinationes* Judicii præter antiquas *Friderici II.* Rudolphi I. apud *Goldastum* R. S. *P. II. pag. 17. Lehman. Chron. Spir. Lib. V. cap. 108.* tres habemus recentiores 1) Ferdinandi I. *1550. apud Lehman. de P. R. Lib. I. cap. 37. pag. 146* 2) *Matthiæ 1614.* quæ tamen nunquam usu recepta. Extat tamen ap. *Lehm. d. l. cap. 38. pag. 156. Pfeffing. ad Vitrar. d. l. & Limn. J. Publ. IX. 4. §. 34.* 3) *Ferdinandi III.* quæ edita *1654. Ratisbon.* durantibus Comitiis. Petebant communicationem ejus Ordines *Protestantes præsertim*; sed facta illa tunc non est, re ad Comitia prorogata rejecta. Grundfeste *3. 5.* Quam ob causam Ordines illam agnoscere noluerunt, ut videre est ex monitis *ad art. 42. Cap. p. 242. ap. Herd. III. 3.* Interim tamen in *Cap. Joseph. Leop. art. 41. & Jos. 40. & art. 16. Capit. Carol. VI.* ubi tamen in fine emendatio ordinationis hujus promissa est, ab *Electoribus* ista Ordinatio approbata est, usque dum in Comitiis aliud concludatur. Extat illa *T. V. Limn. Lib. IX. cap. 4.* Quid in his Comitiis hac de re actum vid. apud *Maurit. §. 19.* Cæterum *juxta J P. art. 5.*

Processus. *§. 55. processus Judiciarius* in hoc judicio secundum Ordinat. Camer. *per omnia dirigi debet.*

debet. Sed O. J. A. §. So wollen *Tit. 2.* addita est clausula: So viel möglich. item Hingegen wollen wir Sie an andere unnöthige Gerichts Solennia &c. keines weges verbunden rc. ita ut sic facile via pateat elabendi. *Maurit. ad art. 41. Cap. Leop.* Interim laudatur hoc judicium, quod non tam lento, ac in *Camera*, sed velociori cursu lites ambulaverint. *Kulpis. d. l. P. II. cap. 5. §. 146. Maurit. dissert. §. 23. seqq.* Ubi differentiam processus utriusque judicii ostendit.

§. VIII. Si dubia circa interpretationem Constitutionum, aut R. J. publicorum; aut in dijudicandis causis Eccles. vel Polit. inter partes diversæ religionis vertentibus Assessores numero pares utriusque religionis contrarias sententias foveant, Cath. unam, Evangel. adversam tuentibus, res ad Comitia deferenda est, *art. 5. §. 56. J. P. R. H. O. Tit. 5. §.* da über. Quibus locis etiam habetur, quomodo alias paritas utriusque religionis Assessorum haberi debeat, partim re ipsa, partim per fictionem, quæ tamen multis sufficere non videntur. *vid. Schwed. d. l. § 5. Herden. II. 5. pag. 270.* Fuit vero & suetum in causis gravioribus, ubi politicæ considerationes accedunt, placitum Senatus ad Cæsarem mitti, qui in *Concilio Semotiori* Geheimen Rath rem expende- Relatio ad Cæsar.

 bat,

bat, num expediret ita pronunciare, ac Senatui visum, hoc rerum statu, & num commode sententia talis exitum capere possit? *Limn. T. I. add. 9. 4 pr.* Quod ægre tulerunt Status; atque tandem *Ferdinandi III. capit. art. 44. Leop. 42. Jos. 41.* & *art. 16 Capit. Carol.* §. Auch wollen wir nicht gestatten & *art. 17.* §. Wiewohl aber *in fin.* conventum, Consilium intimum negotiis ad Consilium Aulicum pertinentibus se immiscere non debere. Interim tamen abusus hic tantum improbatur, nec in causis dubiis, & momentosis relatio ad Cæsarem prohibita. *H. R. O. Tit. 5.* Wo aber. cui uti integrum est, uti consilio Electorum & Principum juxta §. 55. a 5. ita non poterit ei denegari, si in Consilio suo Sanctiori rem expendere velit. *H. E. T. I. pag. 954. vid. Lyncker. ad Schweder. d. l.* §. *12.* De Jure Principum, Fürsten-Recht *vid. supra cap. 45.* §. *28.*

Remedium. §. IX. Adversus sententias Judicii Aulici remedium *supplicationis* gravatis concessum est, abscissa omni ulteriore provocatione, vel alia cognitione; & mutatione sententiarum. §. *55. art. 5. J. P. R. H. O. T. 5.* §. wofern. Quod in *Capitul. Leop. art. 42. Jos. 41.* improprie *Revisionis* dicitur. Remedium hoc in judicio Aulico in-

Supplicat. distincte effectum suspensivum habere ex

§. Quoad

§. *Quoad processum art. 5. J. P. ex a. 42. Cap. Leop. & 41. Jos.* colligi satis posse videtur, nec *R. J. noviss.* §. *124.* qui de *Revisione* proprie sic dicta agit, hue trahi potest. *vid. Text. diss. 13.* §. *62.* Sed praxin tamen Judicii aulici aliam esse, & non obstante supplicatione, præstita tamen prius a parte victrice cautione idonea, in casum, ubi supplicans vicerit, de restituendo, executionem decerni docet *Uffenb. de Jul. Aul. c. 23. sect. 4. pag. 269.* Utrum hæc praxis sibi constet, fides sit penes Autorem. Plane recentissimi scriptores, & inter illos *Bukisch ad d. l. J. P. Obs. 170.* de illa tacent. *conf. Lyncker. ad Schwed. Sect. I. P. Sp. cap. 12.* §. *12.* *Erfurtensibus* denegatam fuisse *Maurit. ad art. 42. Cap. Leop.* docet. De *executione* l. c. §. 5. Ceterum Electori *Moguntino* jus est visitandi Consilium Aulicum toties, quoties opus fuerit, observatis iis, quæ in Comitiis placito Statuum observanda videbantur, *art. 5.* §. *55. J. P. & Cap. Leop. 42. Jos. 41.* Sed Evangelici habent causam querendi, quod nullæ hic illorum sint partes. *Maur. ad art. 42. Cap. Jos. Cap. Carol. VI. art. 24.* Eorum & aliorum Statuum gravamina intuitu hujus Judicii vid. ap. *H. E. T. I. pag. 903. 904. Pfann. L. 7. cap. 1. H. Com.* (*) Mortuo Imperatore Acta omnia a Registratore obsignantur, & vacante throno,

Executio.

Visitatio.

Vicarii judicium aulicum interim exercent quilibet scil. intra suos limites *Maurit. d. l.* §. 27. *Schweder. d. l.* §. 13.

(*) Gravamina Statuum contra Judicium Aulicum Carolo VI. Imperatori Gloriosissimo anno 1711. Francofurti exhibita, legi possunt in Elect. Jur. Publ. Tom. VII. n. XI. p. 165. Quæ vero a prælaudato Imperatore pro corrigendis Judicii hujus defectibus disposita anno 1714. sint, ex Elect. Jur. Publ. c. l p. 180. itidem apparet.

CAP. LV.

DE JUDICIO CAMERALI.

§. I.

Camera Alterum supremum tribunal Imperii est *Judicium Camerale*, das Cammer Gericht, it. *Camera Imperii, quod est collegium a Cæsare & Statibus institutum, de causis illuc pertinentibus, per Imperium jus dicens.* Nomen habet a loco, *Camera*, seu *conclavi*, ubi judicium haberi solet, quod nomen interdum etiam judicio *Aulico tribuitur*, quod fit in Rescr. *Friderici III, 1448. ap. Gold. P. II. R. S. pap. 155. & Lehmann. cap. 120. pag. 949. cap. 120. p. 999. Rod. P. Cam. 129.* Hoc vero judicium originem debet *Maximiliani I.* auspiciis, qui consensu Ordinum in *Com. Worm. 1495.* illud instituit, eum in finem, ut sancita P. P. perpetua, de qua dictum *cap. 8. §. 13.* quilibet causam suam fecilius jure sine vi agere

agere posset, litigantesque illis incommodis carerent, quæ mobilitas Judicii Aulici, quod Cæsarem in dissita loca interdum sequebatur, pariebat, atque sæpius viæ facti præbebant occasionem. Historiam hujus judicii Leges *ap. Blum. T. 3. 4. D. Datt. R G. L. IV. c. 1.*

§. II. Personæ, quæ hoc Collegium constituunt, vel formant 1) ipsum *Judicium*, vel 2) *Cancellariam*, vel 3) *ministerium* præbent in colligendis pecuniis sustentationi Cameralium personarum destinatis. Ad judicium ipsum pertinent *Judex, Præsides & Assessores. Judex*, Cammer-Richter, *qui caput judicii negotia juxta præscriptum ordinem dirigens*, unus semper fuit & a *Cæsare* ex *Principum Germanorum Ecclesiasticorum*, aut *Secularium*, vel saltem *Comitum*, aut *Baronum* ordine deligendus; ita tamen ut Laicus, si haberi possit, præferendus. *O.C.P.I.tit.1.§.1.* Potest etiam esse *Evangelicus P. I. tit. 3. §. 3.* sed hoc rerum statu id vix sperandum; nec hactenus unquam fuit. Officium ejus late describitur *tit. 10. & 11. P. I. O. Cam.* & apud *Blum. Tit. 5.* quod inprimis in directione rerum judicialium, distributione actorum, collectione votorum, & cura, ut omnia recte & ordine fiant, consistit. Proximi huic sunt *Præsides*, qui Judicis absentis vices sustinent, & in *Senatibus* præsident.

Personæ

Judex.

Præsides dent. Primum hoc *Præsidum* nomen incognitum fuit: originem & historiam hujus muneris legas, si vis, apud *Blum. Tit.* 6. §. 2. *seqq.* Hodie *quatuor* ab Imperare, vel Rege Romanorum ex ordine *Comitum*, aut *Baronum* constituuntur, duo *Catholici*, & duo *Evangelici a.* 5. §. *Præterea* 53. *I. P. O.* Officium illorum *O. C. P. I. t.* 12. continetur, & coincidit in plerisque cum Judicis munere, differentias

Assessores. tamen tradit *Blum. t.* 6. §. 8. Hos sequuntur *Assessores*, qui una cum *Judice* vel *Præside jus dicunt*, h. e. de causis ad judicia pertinentibus cognoscunt, easque decidunt, qui & ipsi sæpe *Judices* vocantur. *Blumius Proc. Cam. Tit.* 7. §. 2. atque adeo non consilium nudum tantum præbent, vel jus suggerunt, ut Assessores, quorum *sub tit. ff. de Offic. Assess.* fit mentio: *Ummius de Proc. disp.* 2. *th.* 1. & 2. Numerus illorum, qui *Ordin. Cam. tit.* 1. §. 2. & 4. recensentur, per *I. P. W.* ad L. usque crevit, *a.* 5. §. 53. ita ut *Catholicorum* sint 26. A. C. *addictorum*, quibus etiam Reformati interesse possunt, 24. *Duos Catholicos Assessores* præsentat *Cæsar*, reliquos omnes Electores, & quidam singuli *binos*, ac *Circuli* ea ratione, quæ §. 57. *d. Art.* 5. habetur. *Blum. tit.* 7. §. 9. Circulus *Rhenanus inferior* vero nullum præsentat, quoniam *quatuor Electores*, qui in illo sunt,

eo

eo jure utuntur, licet ad sustentationem Cameræ conferat. *Blum. d. l. §. 9.* Sed nunquam tamen hucusque Camera hunc numerum completum vidit. (*) Interim, si intra sex menses non expleatur locus vacans, juxta *R. I. N.* §. *12. seqq.* ipsi judicio jus constituendi competit. Quales vero omnes hæ personæ Cameram constituentes esse debeant, ex *Tit. 3. P. I. O. Cam.* cognosci potest. Eadem fere sunt requisita, quæ circa *Consiliarios Aulicos c. præc.* §. *3.* recensuimus. Id tamen in hoc judicio peculiare, quod is, qui *Nobilis non est*, ad Assessuram haud queat adspirare, nisi *gradum Doctoris, vel Licentiati* in Academia Cæsaris privilegiis munita ascenderit *O. C. d. l.* ibi: der Rechten nicht gewürdiget. *Blum. tit. 7.* §. *32.* & in iis Jus docuerit, vel quinquennium absolverit, & rerum forensium peritus, quamvis studium quinquennale, quod requirit *O. C. P. I. t. 3.* § *2.* non adeo rigorose exigatur. *R. N.* §. *28.* Quarum personarum omnium *salaria* hodierna, & unde accipiant, cognoscere licet ex *R. I. Nov.* §. *11. seq. Blum. 5. 13. privilegia, & immunitates* ex *O. C. I. 63. R. Nov.* §. *141. Blum. d. c. 23.* §. *16. seq.* (**) His accessoriæ personæ sunt *Advocati Fisci* ac *Procuratores*, ac alii de quorum *constitutione* & *officio* legenda *O. C. P. I. t. 15. seq. Blum. Pr. Cam. T. 8. 9. 10.* Quo loco illud ob-

observandum, Procuratoris munus æque honorificum esse, ac Advocatorum. Vid. *D. Stryk. in U. M. D. Tit. de Post. & de Procur.* Cæterum Assessores non idoneos a Visitatoribus Cameræ removeri posse discimus ex *Tit. 50. P. I. O. C.* utrum vero Cæsar solus etiam hoc possit? nostro tempore disputatum est, de qua re extant scripta publica.

(*) Quin imo ex schemate Personarum Cameralium, anno 1718. vulgato pellucet, XI. tantummodo Assessores tum temporis fuisse. vid. Elect. Jur. Publ. T. XIII. p. [illegible]73. Cum vero exiguus hic Assessorum numerus expediendis negotiis Cameralibus haudquaquam sufficeret; Collegium Camerale anno 1719. ab Imperatore & Statibus Imperii petiit, ut numerus Assessorum augeretur, eorumque salariis, postea quam pretia rerum crevissent, aliquid adjiceretur. Conf. Fabri Staats-Canzelley P. XXXIV. c. 16. p. 542 P. XXXV. c. 4. p. 471. P. XXXVI. c. 13. p. 630. P. XXXVII. c. 9. p. 707. seqq. & P. XXXVIII. c. 12. p. 633. ubi inprimis p. 705. extat placitum Imperii, vi cujus numerus Assessorum ad XXV. salaria autem eorum ad alterum tantum augeri debent, P. XXXIX. c. 10. p. 671. ubi p. 731. etiam Ratificatio Cæsarea dicti placiti Imperii reperitur. P. XL. c. 11. p. 610. P. XLI. c. 9. p. 568. Vid. quoque Elect. Jur. Publ. T. XV. p. 331. 620. 1013. T. XVI. p. 68. 429. T. XIIX. p. 41. 453. 878. Item Dn. de Ludolph Historia sustentationis Judicii Supremi Cameræ Imperialis, quæ anno 1721. prodiit.

(**) De Salariis hodiernis, eorumque augmento modo dictum est. vid. Staats-Canzelley II. alleg.

Cancell. §. III. *Cancellariam* constituunt *Praefectus*

ctus Cancellariæ, vel *Administrator* Cantzley Verwalter. *Proto-Notarii*, *Notarii*, *Lectores*, *Ingrossistæ*, *Famulus Cancellariæ*, *Receptor*, *Magister Nunciorum*, & *Nuncii equites & pedites*. *Præfectum Cancellariæ*, *Proto-Notarios*, *Notarios* & *Lectores*, constituit Elector *Moguntinus*, reliquos præscitu & consensu ejus Præfectus recipit. *vid. Ord. Cam. P. I. tit. 39.* De omnium horum officiis, & salariis tum *O. Cam. p. 1. t. 27. sq.* tum *Blum. t. 11. sqq.* legi potest, uti & *tit. 19. de Bedellis.* Ad *tertium* genus pertinet *Quæstor seu Præfectus* rei nummariæ Cammer Gerichts Pfennig-Meister, qui a Statibus Imperii constituitur *Ord. Cam. P. I. tit. 40.* De ejus salario, & subalternis. *vid. Blum. tit. 21.* (*)

(*) Omnes has personas Camerales augmenta salariorum nuper petiisse, patet ex Staats-Cantzelley cc. II.

§. IV. *Jurisdictio*, quæ in hoc judicio exercetur, *est Cæsaris & Statuum* §. *165. R. Nov. ibi:* Damit aber unsere und des Heil. Reichs Cammer-Gerichte, als welches uns sambt Churfürsten und Ständen des Reichs repræsentiret. Atque adeo des Reichs Cammer-Gericht non solum *objective*, ut Judicium Aulicum, sed etiam *efficienter* dicitur. Ut adeo fallant, qui Cæsaris solius esse putant. Sunt aliqui, qui admittunt quidem, judicii hujus *constitu-* Jurisdictio.

stitutionem quoad *subjectum*, *formam*, & *modum* expediendæ jurisdictionis communi Cæsaris & OO. auctoritate factam esse, sed tamen *ipsam Jurisdictionem* a solo *Cæsare* accepisse tradunt. *Lampad. de Republ. R. G. P. III. cap. 16. n. 28.* & *Kulpis. P. II. ad Monzamb. cap. 5. §. 10. pag. 123.* Quod eatenus admitti potest, quatenus ante constitutionem hujus judicii omnis jurisdictio solius Cæsaris fuit, & ille jure suo hac parte in ipsam constitutione ejus cessit. Postquam autem in consortium Status hoc intuitu admisit, amplius dici non potest, jurisdictionem illius solius esse, quod certe Constitutiones Imperii, & præsertim illa novissima, quam indicavimus, haud patitur. *vid. H. E. T. I. pag. 785. seqq.* Atque si quæratur, an Jurisdictio ejus *ordinaria*, *an delegata* sit? prius potius, quam posterius affirmandum. *Schweder. d. l. §. 8. H. E. T. I. pag. 921.* quamvis alii neutrum, ac terminos hos huc non quadrare velint. *Vitriar. IV. 6. 22.* Sane disquisitione hac carere nos posse, bene judicat *Titius VI. 4. 23.*

Personæ subjectæ. §. V. *Personæ* huic judicio subjectæ omnes sunt *immediati* subditi, salvis tamen, pariter ut dictum de Judicio Aulico *c. praeced. §. 5. Vitriar. d. l. §. 20.* juribus & privilegiis primæ *instantiæ*, *electionis fori*, & aliis specialibus, qualia habent suo modo

Duces

Duces Burgundiæ, *Lotharingiæ* & *c. Schwed. d. l.* §. *10. O. C. P. II. t. 2. sq.* Subditorum *mediatorum* lites in secunda instantia ad hoc judicium pertinent, si scil. per modum appellationis, vel querelam nullitatis, eo deferantur: modo privilegia de non appellando &c. id non impediant, de quibus dictum *cap. 45* §. *27. vid. a. 10.* §. *deinde J. P. O.* Minime vero in prima instantia regulariter mediati huc trahi possunt. *O. C. P. II. t. 1. a. 3. 17. Cap. Jos. art. 18. Cap. Carol. VI. cap. 54.* §. *5. sup.* Cessant tamen tunc respectu immediatorum & mediatorum jura *primæ instantiæ*, si justitia denegetur, vel protrahatur, atque suspectum reddat sese judex illius. *O. C. P. II. tit. 1.* item quando factum tale est, ut sua natura, non obstantibus privilegiis primæ instantiæ, ad Cameram pertineat. *O. C. P. II. t. 9.* quæ recenset *Rod. Lib. I. t. 6. seqq. Cocc. 32. 10.* Circa quæ tamen notandum, illas causas ad mediatos reos non pertinere, nisi quando ob fractam P. P. *profanam* & *religiosam* ad bannum Imperii agitur. *Roding. d. l. L. tit. 6.* §. *21. Tit. 7.* §. *96.* In specie ratione *mediatorum*, si Dominus subditos conveniat, *O. C. P. II. t. 4.* §. *ult. 55.* vel conveniatur, qui habet domicilium sub jurisdictione litigiosa. *Gail. II. O. 1.* si connexitas causæ id exigat. *C. Sing. post. L.*

 l. Rod.

I. Rod. p. 299. Cameræ intentio fundaest.

Causæ. §. VI. *Causæ* omnis generis in hoc judicio tractari possunt, nisi exceptio probetur. *O. C. P. II. tit. 27. 28.* Excipiuntur vero illæ, quæ ad reservata Cæsaris pertinent, ut dictum *c. præc. §. 5. 2.) spirituales, & ecclesiasticæ*, sed tamen cum temperamento, quod suggessimus §. *28. c. 42. vid. a. 5. §. 54.* ibi: *causæ ecclesiasticæ J.P. 3.) causæ criminales*, quæ ad mortem vel corporis pœnam afflictivam tendunt, *O. C. P. II. tit. 28. §. Nachdem. Carpz. Pr. Crim. qu. 130.* nisi concernant delicta a personis Cameralibus Commissa, quæ tamen post inquisitionem ad Magistratum loci remittendæ, ut pœnam exequatur. *O. C. P. I. tit. 50. §. ult. vid. tamen H. E. T. I. pag. 911.* vel causas *fractæ pacis publicæ. O. C. P. II. tit. 9. & delicta Fiscalia. Schweder. d. l. §. 11.* Quæ autem causæ in prima instantia ad Cameram non pertinent, illæ nec per modum appellationis illuc devolvi possunt. Interim tamen in causis criminalibus de manifesta iniquitate, & nullitate sententiæ queri quis potest apud Cameram *O. C. P. II. tit. 28. §. 5. Roding. I. 33. §. 12.* uti etiam in ejusmodi causis, si judex illegitime procedit, mandata possunt decerni. *Blum. Tit. 43. §. 13.* E contrario causæ sunt, quæ quidem in prima instan-

tia

tia tractari possunt coram hoc tribunali; non tamen in secunda, ut decreta alimentorum, causæ momentaneæ possessionis. *Blum. t. 46. n. 55. v. c. 45.* §. 22. Quemadmodum autem, judicio Camerali instituto, Judicium Aulicum minime est sublatum, sed utrumque concurrentem jurisdictionem in casibus non exceptis habet, & præventioni locus est; ita Judicium Aulicum Cameram in exercitio suæ jurisdictionis turbare non debet, nec causas ibi pendentes, (quæ litis pendentia quomodo fundetur *Blum.* docet *Tit. 25. num. 48.*) avocare, vel processus annullare, aut inhibitiones decernere, potest: nec a partibus ea ad J. A. transferri possunt. *d. R. Noviss.* §. *166. Cap. Leop. art. 42. Jos. 41.* Potest tamen Imperator, si vult, causas, in quibus Judicium Aulicum prævenit, ad *Cameram* remittere *Blum. tit. 25.* §. *43.* & *Cap. Carol. VI. art. 16.*

§. VII. Sedes primum assignata fuit *Francofurti ad Moenum*, sed vix per menses octodecim ibidem substitit, atque *Wormatiam*, *Norimbergam*, ac *Ratisbonam 1504.* migravit, ac tandem *1527. Spiram*, quæ *R. J. 1530.* §. 77. propria sedes quasi constituta, ut abinde exceptis belli, & pestis temporibus, nisi communi Imperii consensu transferenda. *O. C. P. II. tit. 34. R. J. 1570.* §. *103.* Tempore *P. W.* actum fuit de Locus.

transferendo eo in alium omnibus Statibus commodiorem locum; sed nihil definitum, re in Comitia proxima rejecta. *art. 5. §. 53.* Juxta *R. Noviss.* §. *167.* visum fuit, translationem illam tunc temporis non e re esse. Interim cum civitate *Francofurtana* sæpius actum de recipiendo hoc judicio, sed illa deprecata est receptionem ob causas, quas scripto comprehendit, quæ legi possunt apud *Lond. T. V. L. I. pag. 161.* Tandem, cum *M. Majo 1689.* Spira, ubi tot lites spirarunt, per Gallorum furorem expiraret ipsa, necessitas coegit Judicium hoc transferre *Wezlariam, ubi de 31. Jan. sunt. n. 1690.* prima sessio acta. De solenni introductione *ann. 1693. facta vid. Thücelius Elect. J. P. c. 10.* (*)

(*) Non ita pridem de translatione huius judicii denuo cogitatum, sed nihil decisum est. vid. El. J. Publ. T. VI. p. 904.

Modus procedendi. §. VIII. De *modo procedendi* in *Augusto hoc Judicio* pluribus agere hic non licet. Discendus ille est ex *Ordinat. Cameral.* & aliis, Recess. novissimo præsertim Imperii, atque scriptoribus hujus processus. Neminem tamen, puto, exactam harum rerum scientiam posse nancisci, nisi qui in ipsis rerum Cameralium argumentis versatus est: & usum, ac observantiam magistrum habuit. *Ordinationes Cameræ* ab ejus incunabulis 1495. ubi prima condita,

dita, variæ extant, quarum ultima prodiit 1555. quæ nominatim in *Capitulationibus* confirmatur *art. 38. Leopold. 37. Joseph.* Fuit jamdudum ab anno 1613. de nova actum, atque ſpes facta in Comitiis ſuperioribus formulam an. 1613. conſcriptam, atque ad præſentia tempora accommodatam, authenticam formam nacturam eſſe; ſed hucusque ſpes hæc fruſtranea fuit. Formulam iſtam *Jac. Blum.* revidit, & ex novioribus Conſtitutionibus auxit, atque aſſenſu Electoris Moguntini edidit 1663. *Vitr. IV. 6. 50.* De diſcrimine judicii *audientiæ* & *judicii Senatus*, it. de *ordinibus cauſar.* agit. *Blum. tit. 60 ſeqq.* De modo referendi, qui interdum nimis prolixus eſſe ſolet, & ſententias dicendi ex *O. C. & R. noviſſ.* §. *143.* inſtruit lectorem *Blum. tit. 75.* Quod ſi autem cauſa religionem tangat, vel inter diverſæ religionis partes vertatur, vel interpretatio LL. publicarum dubia, eadem locum habent, quæ dicta *c. præced.* §. 7.

§. IX. Si ſententia dicta eſt, nulla ulterior appellatio, vel ſupplicatio locum invenit, *O. C. P. 3. t. 51.* ne tamen omne remedium deſit, conceditur 1) *reſtitutio in integrum*, qua partis error redarguitur, petita a Judice Cameræ. *Blum. tit. 78. Roding. Lib. 3. tit. 6. Dn. Eiſenhart. pec. Tract.* ubi de effectu ejus ſuſpenſivo *cap. 8. agit.* Remedia.

2) *Revisio*, qua judicis culpa redarguitur, quæ ab Electore *Moguntino*, vel si ipsum causa tangat, *Treviro*, petitur & impetratur juxta modum in *O. C. P. 3. t. 53. R. nov.* § *125.* præscriptum, in certis causis de quibus agit, §. *127. d. R. nov.* Quæ revisio licet olim indistincte effectum *suspensivum* habuerit *R. Deput. 1600.* §. *157.* juxta *R. Nov.* § *125.* tamen hic hodie in causis futuris cessat, si pars, pro qua sententia lata, sufficientem præstet cautionem in casum succumbentiæ, exceptis causis religionis, & spiritualibus, quatenus sc. ad Cameram pertinent. Ipsa vero revisio a Visitatoribus fit, qui acta denuo perlustrant, atque in causa controversa pronunciant. *O. C. P. 3. tit. 53.* §. *4. R. N.* §. *128. vid. dicta cap. 47.* §. *6.* De qua *revisione* tractatus *Zepperi* & *Benderi* legi possunt. *Syndicatus* 3) est, quo judicis dolus, aut procuratoris prævaricatio redarguitur, atque simili processu ac revisione tractatur, *O. C. P. 3. tit. 53. Blum. tit. 79.* De *executione* vid. Execution. Ordin. *d. a. 1555. 1557. 1564. 1570. 1582. 1594.* quæ in R. horum annorum habentur, & in Capitul. confirmantur. Vid. dicta *c. 53.* §. *5.*

Auctorit. Judicii. §. X. Etsi vero Judicium Cameræ nulla polleat legislatoria potestate, sed hæc ad Comitia pertineat, atque adeo illius sententiæ pro Legibus haberi non possint, ut

ut olim sententiæ Roman. Imperatorum *L. 3. ff. de LL. L. 1. §. 1. ff. de Constitut. Princip.* magnæ tamen sunt autoritatis, atque judices inferiores non facile recedere debent ab illis, quæ summo tribunali placuerunt, sive per *decreta communia*, gemeine Bescheide, quæ ipsi promulgare licet, *Blum. Tit. 2. §. 6.* sive quando inter partes pronunciavit; ii præsertim, a quibus causæ ad illud devolvi possunt, *vid. R. J. 1570. R. 1600. 1654. §. 94. 137.* salva tamen Legislatoria potestate Ordinum in territoriis suis *d. §. 137. R. N.* Cæsare mortuo acta non obsignantur; nec cessant audientiæ, sed decreta processuum fiunt: expeditio autem ad Electorem Moguntinum remittitur, usque dum a *Vicariis* sigillum Cameræ transmittatur. *vid. Roding. L. I. tit. 3.* quorum nomine judicium exercetur, *vid. supr. cap. 22. §. 9.* Ultimo Interregno Camera *Bavarum* agnovit *Roding. d. l. §. 9.* non *Palatinum* v. 5. cap. 24. §. 6. De *defectibus* Cameræ multæ & antiquæ sunt querelæ, quæ partim sublatæ. R. N. partim supermansere: præsertim vero, quod lites ibidem immortales fere fiant, omni tempore Imperium questum est. Causas scrutari non licet: nunquam tamen magis misera fuit ejus facies, quam hoc nostro tempore, ubi inter *Præsides*, & *Assessores*, varia crimina mutuo sibi objicientes, Defectus.

entes, tantæ lites atque inimicitiæ ortæ, ut propter eas per aliquot annos justitium fuerit. Tanto malo eradicando *Extraordinaria* Visitatio, de qua dictum *cap.* 47. §. 6. insudat, faxit Deus, ut felicissimo successu!

(*) Exitus huius visitationis jam supra ad c. 47. §. 6. fuit commemoratus.

CAP. LVI.

DE JUDICIO ROTHWEILENSI, ET ALIIS IMPERII JUDICIIS.

§. I.

Definitio. Dantur adhuc alia Judicia Imperii ad unius, vel plurium provinciarum personas, & causas pertinentia; duobus illis tamen subordinata suo modo. Ex his est *Judicium Rothwilense*, a sede Urbe Imperiali in Suevia sita ita dictum Rothweilisch Hoffgericht. Est collegium a Cæsare institutum nomine & autoritate ejus per certas Germaniæ provincias jus dicens.

Origo. Origo illius ad Conradum III. refertur, qui proemii loco in urbe ista, quæ adversus *Lotharium* Saxonem multum opis, & præsidii in illum contulit an. 1146. istud constituisse dicitur. *Wehner. ad Ord. Rothwil. præf.* quamvis alii originem altius petant. *Pfeff. ad Vitr. IV. 8. 4.*

Præses. Præses hujus judicii perpetuus vel *Judex hereditarius* quondam fuit Comes *Sulzensis*, ein Graf

Graf von Sultz, cui sub nexu feudali id fuit concessum. Ultimus ex hac familia fuit *Johannes Ludovicus*, cujus filia *Maria Anna* nupsit *Ferd. Willhelmo Eusebio, Principi Schwarzenbergico*, in quem illud translatum est. *Bukisch. a. 5. J. P. Obs. 178. D. Pfeff. d. l.* Vice-Præsidis, quem ex privilegio Ruperti Judex constituere potest *Schilt. IV. 9. 2.* munere Comites, & Barones fungi solent. Assessores partim ex equestri Ordine, partim ex Senatu *Rothwilano* a Septemviris, in hanc rem singulis annis sub juramento constitutis, prævio examine Judicis & Assessorum, deliguntur *Ref. Max. II. Tit. 1. §. f. Schweder. P. S. Sect. I. cap. 14.* Assessores.

§. II. Jurisdictio in hoc judicio, quæ ordinaria recte dicitur *R. Jud. Roth. t. 5. pr.* pendet a solo Cæsare, & Status hic non concurrunt, ut ostendit *Maur.* de *Judicio Roth. P. II. 2. t. 5.* Nec aliud ex eo evinci potest, quod non raro in Conventibus Imperii de hoc judicio deliberatum, & definitum quid fuit. Nam si hæc illatio valeret, etiam Judicium Aulicum a Statibus simul dependentiam haberet. Interim maximopere notandum, non per totum Imperium illam sese diffundere, sed tantum per *quatuor* Imperii *Circulos*, nempe *Austriacum*, utrumque *Rhenanum*, *Suevicum* & *Franconicum*, non tamen in- Jurisdictio. Limit. Jurisdictionis.

tegros, ſed tantum certas eorum partes. Limites illius in *Maximiliani I* confirmatione privilegii *apud Gold. R.S.pr.p.206.* & *Maximil. II.* Reform. deſcribuntur, quorum ſumma apud *Maurit. d.l.* §.7. legi poteſt, it. apud *Schweder. d.l.* §.4. Competit autem in omnes illis diſtrictibus comprehenſas perſonas, & quod notabile mediatas quoque: quod ad reliquias exercitæ olim in ſubditos mediatos jurisdictionis a Cæſare pertinet. *Lynck. de Rel. obſeq. th.24.* ut adeo cum omnibus Magiſtratibus concurrentem habeat jurisdictionem, & locus præventioni ſit. *Wehner. ad Reform. P.2. tit.1. pag.17.* Quam ob cauſam multi Status tum ratione ipſorum, tum etiam ſubditorum privilegia exemtionis impetrarunt. Quorſum & privilegium Electorum pertinet. *A.B. tit.11.* Alii præſcriptione, transactione &c. ſe liberarunt ab eo, qua de re vid. poſt *Wehner. Gyllmann. Maurit. d.l.* § 9. ubi §.11. diſputat, an ſubditi illis privilegiis exemtionis Domino invito renunciare poſſint? Cæterum iſta privilegia ad cauſas reſervatas, quæ *Ehehafften* dicuntur *Ref. Jud. Rothw. P. II. tit.5.* regulariter non pertinent: poſſunt tamen adverſus illas quoque privilegia obtineri *Maurit. d.l.* §.11.

Cauſæ. *Schweder. d.l.* §.5. Quoad *cauſas* Jurisdictio in omnibus exercetur ſive ſint *volunta-*

luntaria, five fint *contentiosa*, *criminales* & *civiles*. Excipiuntur tamen *Reservata Cæs.* ecclesiasticæ, atque inter illas matrimoniales *Maurit. c. 3. d. diss.*

§. III. Ordinationes hujus judicii variæ extant. Exhibet quondam hujus Judicii Ordinationem *Gold. P. I. der Reichs-Handlung p. 6.* quam partim ad tempora Conradi III. ipsius, & ad annum 1147. refert, sequentium tamen Imperatorum constitutionibus auctam dicit: sed sine die & consule ista Ordinatio apparet, adeoque incertum, quando prodierit. Plane stylum antiquioris temporis non redolet. *v. Schilter. d. l.* Sed tempore *Maximiliani II. 1572.* nova prodiit, quæ hodie adhuc in usu est, atque *Wehneri Comment.* illustrata. add. *J. G. von Zimmern. Quod libet. Judic. ex Jud. Cæsaris.* In *R. J. 1570.* §. 71. querela allegatur, quasi nullus ordo in tractandis causis in hoc judicio habeatur. Servat tamen Cameralem procedendi modum in plerisque, nisi ubi Ordinatio Judicii, seu Reformatio alium indicat, quem breviorem laudat *Maurit. c. 4.* ac Cameralis est. A sententiis judicii Rothweilensis appellatur, vel ad Aulam Cæsaream, vel ad Cameram, ex quibus Judiciis inhibitiones possunt obtineri adversus illud *R. J. 1570. §. 71. Ref. Rotw. P. 3. tit. 17. Cap. Leopold. art. 18. Joseph. 17. Carol.*

Ordinationes.

Processus.

Carol. VI. art. 18. quamvis hoc non impediat, quo minus dici posſit, cum illis Judiciis concurrentem in diſtrictu ſuo habere jurisdictionem. *Schilt. IV. 60. 370. H. E. T. I. pag. 919.*

Gravamina. §. IV. Adverſus hoc Judicium jam per duo fere ſecula multæ Statuum querelæ fuere. *vid. R. J. 1532. §. 5. 1570. §. 71. Cap. Matthiæ a. 16. J. P. art. 5. § 56.* tum quod ſubditi mediati illuc, tum etiam ſub prætextu caſuum reſervatorum, cauſæ, quæ eo non pertinebant, traherentur. Quibus *Maximiliani II.* Reformatio attulit remedium quodammodo; atque in Capitulationibus conventum de abuſibus tollendis *vid. Cap. Leop. 18. Joſ. 17. & Carol. VI. a. 18.* Vota Statuum vero de abolendo hoc Judicio, ut ex dictis locis apparet, & monitis Statuum apud *Herden. 3. p. 220.* exitu caruere. In comitiis *1653. 1654.* cum de hac re ageretur, *Comes Sulzenſis, & Senatus Rotwilenſis* jus ſuum ex inveſtitura feudali & privilegiis ortum allegarunt. *Limn. T. II. add. L. 9. c. 3. pag. 393. vid. Schurſchmid. not. ad Schuz. Vol. II. ex 2. §. 8. pag. 111.* atque ſuſpenſa abolitione judicium hoc anno 1659. diploma confirmatorium obtinuit *Schwed. d. l. §. 10.* De fœdere *Rotwilenſium* cum pagis Helveticis pro conſervando hoc Judicio *v. Maur. d. l. c. ult. §. 7.*

§. V. Præter hoc judicium *Rotwilenſe* in Sue-

Svevia Judicium Provinciale datur, Keyserl. Land-Gericht in Ober- und Nieder-Schwaben, quod in tribus civitatibus Imperialibus, *Ravensburg*, *Wangen*, *Isny*, *ac pago Altdorf* genandt Weingarten habetur. Quolibet loco tot constituendi *Assessores*, ut singulis Juridicis XII. præsto esse possint. Ex ejus ordinatione ostendit limites *Schwed. d. l.* §. *15.* in quo districtu omnes qui degunt, competens habent forum cum Statibus circuli *Svevici* non privilegiatis, (exceptis tamen & hic casibus reservatis, oder Ehehafften, Kreidem. von des Teutschen Adels Staat in Schwaben *qu. 14. p. 105.*) concurrens. Besold Voc. Landger. in Schwaben. Ab hoc Judicio ad Cameram appellari debere hoc summum tribunal asseruit, & in possessione recipiendæ appellationis est; sed Archi-Duces Austriæ ad Judicium supremum Oenipotanum provocationes fieri debere contendunt. *Schwed. d. l.* §. *12.* Ast juxta *Capit. Leop. 18. Jos. 17. & Carol. VI. a. 18.* ab hoc & omnibus judiciis provincialibus ad summa duo Judicia Imperii appellari potest. Est & adhuc in *Suevia* aliud Judicium provinciale auff der Leutkircher Heyde in der Pursch *Limn. enucl. L. IV. cap. 75. in fin. Wehner. T. 6. Sympt. cap. 8. num. 13.* Provincia Sueviæ.

In Franconia Judicium provinciale *Burggraviatus* Norimbergici Onoldini est, cujus Franconia.

jus mentio sit in Privilegio *Rudolphi I.* Burggraviis Noricis dato, quod exhibet *Lim. T. IV. J. P. Lib. 5. cap. 7. num 20. p. 745.* cui jungi potest privilegium Caroli IV. quod idem exhibet. *T. V. d. c. 7. n. 131.* Judicium hocce *Norimbergæ* olim habitum fuit, sed privilegio *Friderici III.* concessa facultas extra civitatem illud exercendi. *conf. Limn. d. l. T. IV. pag. 749.* ubi ordinatio Duellorum olim suetorum in hoc judicio habetur, cum variis privilegiis *judicii.* Extat de eo dissert. D. Bachelbels a Gehag. His addendum est judicium *Herbipolense* in eadem Franconia, de quo Wehner *Tom. 6. Symphor. c. 8. p. 249.* & denique judicium provinciale *Hagenauense*, de quo *Gyllm. Tom. 3. Symph. fol. 275.* quod cessum est P. Monaster. Regi Galliæ §. *Tertio.* Atque ideo jamdudum appellationem ab eo ad Judicia Imperii prohibuit. *Scharschm. d. l. ad Schüz. pag. 115.*

Alsat.

De reliquis judiciis provincialibus pariter ac de Rotwilensi querelæ jamdudum auditæ sunt, & a Statibus illorum abolitio petita, sed hucusque nihil aliud effectum, quam ut de abusibus eorum tollendis promissio in Capitulationibus facta. *d. art. 18. & 17. Cap. Leop. & Jos. & Cap. Carol. VI. art. 18. Conf. Schilt. IV. 12. 11.*

Judic. Westphal.

§. VI. Restat ut aliquid dicamus de judiciis *Westphal. occultis* seu *secretis* Vom Gericht,

Gericht, alias dictis (it. Frey-Stühle, Frey-Gedinge.) Quaenam ratio eorum fuerit exponit *Aeneas Sylv. de Statu Eur. sub. Frid. III. c. 29. Meibom. de Irminsula Saxon. Schottel. de singular. & antiqu. Germ. Judiciis & juribus cap. 29. & pecul. diss. Marqu. Freh.* ac novissime *D. Datt. R. G. L. 4. c. 2. seq.* ubi varia alibi non obvia, acta etiam, & processus istorum Judiciorum habentur. Etsi vero quidam locum *Æneæ Sylvii* pro primo & antiquissimo inter historicos habent, ubi de hac re agatur: non tamen puto illis esse assentiendum. Nam licet locum *Wipponis* in Vita Conradi Salici *cap. 6.* quem nonnulli huc trahunt, dubium faciat *Dn. Schilt. 4. 10. 1. Heinricus de Harfordia* tamen, qui sub Carolo IV. vixit, diserte scribit, *Carolum* legem secreti Judicii dedisse, quem locum in lucem produxit *Meibom. d. l.* Extat etiam *Joh. de Ffurtia*, qui claruit temporibus *Sigismundi*, Tractatus adversus Scambinos occulti Judicii *Feymesos* dictos, a Frehero editus, quo propositione II. Scabinos a *Carolo* Imperatore potestatem suam derivare dicitur, vehementerque invehitur in corruptelas illorum Judiciorum. Ex quibus simul patet, non primum esse *Sylvium* aut Constitutionem *Friderici III.* ubi ad Carolum M. origo horum judiciorum referatur, sed jam ante ab aliis id factum esse,

esse, famamque constantem apud majores hanc fuisse. Quæ ipsa tamen veritatem originis non multum confirmat, quandoquidem ignotum haud est, majores nostros omnia fere ad *Caroli M.* instituta retulisse. Atque cum omnes Carolini ævi & seculorum multorum post scriptores circa hancce rem notatu dignissimam sileant, fama illa multis suspecta videtur. Etsi vero negandum non sit, Carolum M. contra perduelles Saxones judicia instituisse, atque electos fuisse, qui per singulos Comitatus delicta indagarent, & denunciarent, quæ ex Capitularibus Caroli & Capit. ejus de Partibus Saxoniæ probat *Schilt. 4. 10. c. 1.* utrum tamen illa judicia & Westphalica eadem fuerint, incertum; vel si ex illis hæc orta, nullo tamen monumento doceri potest, Carolum ea instituta reliquisse, secundum quæ sine sufficienti causæ cognitione, qui nocens creditur, statim ad supplicium rapi possit, quod judices hos fecisse, passim traditur. *Conf. Datt. L. IV. R. G. cap. 2. §. 53. Maurit de Jud. Aul. c. 1. §. 6.* Autoritas horum Judiciorum, quæ die Stuhl-Herren, Frey-Grafen, und Frey-Schöppen constituebant, *Datt. c. 3. d. l.* qui *Reform. 1442.* recensentur, magna primum fuit, non tantum in Westphalia, sed etiam per alias Germaniæ partes præsertim in-

tra

tra *Visurgin*, & *Rhenum*. Postea tamen in abusum declinarunt, quando non tantum personæ viles ad ea admissæ, verum etiam negotia illuc non pertinentia eo tracta sunt, innocentesque sæpe ab his judicibus ultimo supplicio affecti. Qua de causa multi se privilegiis contra hæc judicia muniverunt, atque jussu *Sigismundi* in Comitiis Augustanis 1439. a *Diterico* Archi-Episcopo Coloniensi Reform. edita est, quam allegat *Fridericus III.* §. 9. *Ref. Fr.* Illa vero Dieterici Reformatio extat apud *Goldast.* in Reichs-Satzungen *P. I. p. m. 163.* ubi recensentur causæ ad ea pertinentes: *Si laicus Christianus masculus a fide Christiana deficeret; si quis consecrata templa, & cæmiteria combureret, aut spoliaret, si quis manifestæ proditionis reus esset; si quis puerperis stuprum, aut vim inferret; si quis furto, rapina, homicidiis, seditionibus, & incendio operam daret, si quis contra Magistratum graviter delinqueret, judicio autem se sistere detrectaret.* Postea a *Friderico III.* R. J. 1441. §. 9. & *Maximiliano* 1495. Constitutiones adversus illa editæ, quæ in R. J. extant, & abusus ac corruptelas horum judiciorum coercent. Deinde in Comitiis apud *Treviros* habita Capitulatione cum *Frey-Graviis* per *Philipp.* Colon. Præsulem nova lex prodiit *1512.* quæ extat *ap. Goldast.*

Ss *d. l.*

d. l. in R. S. P. I. pag. 235. Ipse *Carolus V.* aliam edidit 1522. quæ habetur *apud Goldast. P. I. pag. 252. Conf.* §. *Und nachdem. 16. R. J. 1521. O. C. nov. P. 2. tit. 20. §. 8.* Sed post ea tempora medicinam superante malo, plane hæc judicia concidere. *Freher. de Occult. Westph. Judic. p. 6. Maurit. de Judic. Rothwiel.* §. 7. Ultima mentio sit eorum in Constitutionibus Imperii *O. C. P. II. Tit. 20.*

CAP. LVII.

DE JUDICIO AUSTREGARUM.

§. I.

Connexio. Aliquoties dictum, immediatos omnes in *Judicio Aulico*, & *Cameræ* conveniri posse in prima instantia, nisi jure & privilegio Austregarum gaudeant. *O. C. P. II. tit. 1. R. Noviss.* §. *168. art. V. J. P.* §. *56. C. Leop. art. 18. 38. Joseph 17. 37. Capit. Carol. VI. art. 18.* quod tamen in *Rothwilensi* judicio attendi non potest, quia ab eo ad judicia summa appellatur. *Blum. Tit. 27. n. 11.* Austregæ. *Austregæ* ab Austragen, vel Austrag, quod idem est ac definire, vel definitio, dictæ sunt, atque hæc vox, quæ in plurali usurpatur, & personas significat, qui judicium constituunt, & ipsi Schieds-Personen, *R. I. 1555.* §. *22.* Austrags-Richter, vocari solent, qui & unus tamen

esse

esse potest, unde *judicium, vel forum Austregarum*, Austrags-Gericht. Sunt itaque *Austregæ judices primæ instantiæ jure publico approbati, coram quibus certi Status & membra immediata conveniuntur. Schilt. 4. 7. 1.* D finitio.

§. II. Originem illorum ex tempore interregni magni derivat non male *Conring. de Jud. Germ. th. 53.* quo defectu judiciorum compromissoria judicia inter primarios Germaniæ cives orta, quibus deinde privare noluit, vel non potuit *Maximilianus I.* quin potius confirmavit ea, & certam formam illis dedit *O. C. 1495. Tit. die Churfürsten, Fürsten. &c.* Alii sunt *conventionales, quos nonnullæ familiæ, & universitates sibi ipsis peculiares constituerunt*, quas Stamm-Austräge, Erb-Aus-Träge, Gewillkührte Austräge, vocant, quales habet familia *Saxonica. Limn. Lib. 5. cap. 15. §. 4. Herold. Europ. T. I. p. 922.* Atque hi iterum *duplices*: vel enim pacto perpetuo Judices Austregarii jam in antecessum sunt constituti, vel orta controversia, pro lubitu litigantium, eliguntur. Alii *legales*, vel *ordinationis*, quæ *deficientibus conventionalibus ex generali dispositione legum Imperii dependent. O. C. P. II. t. 2. §. 1.* Utrarumque autem *auctoritas est a lege*, licet partes petitione, nominatione, vel electione sua subjectum

Origo.

Divisio.

jectum sistant; cui lex eam deferat, vel quod legis ex concessione illa uti potest. Atque adeo a privatis arbitris differunt, & reus invitus quoque ab iis citari potest. Imo & ipsi inviti munus delatum suscipere debent. *Blum. cap. 27. §. 90.* Utrum illorum autem jurisdictio ordinaria sit? disputant Dd. varie. Pro sententia priori pugnat *Gail. l. I. O. 33.* pro posteriori *Textor. ad R. Noviss. disp. 3. th. 15. Blum. tit. 27. n. 12.* Non male facere videntur illi, qui talem jurisdictionem tribuunt, quæ singularis est plane, & interdum habet rationem ordinariæ, interdum delegatæ. *Uffenb. de Jud. Aul. c. 2. Sect. 2. Sect. 1. p. 145. Zynk. in Analect. ad Schweder. P. Spec. Sect. 2. cap. 17. §. 12.*

Quibus competat hoc privilegium. §. III. Jure & privilegio *Austregarum* gaudent illi, qui ex *concessione expressa*, vel *tacita Cæsaris, generali*, vel *speciali*, id acquisiverunt. Juxta *R. Noviss. §. 116.* tamen privilegia talia illis, qui huc usque eis caruerunt, facile concedenda non sunt. Habent vero hæc privilegia, quod coram Austregis conveniri possunt, non nisi *membra immediata*, non tamen omnia: *Civitates* enim Imperii regulariter illis carent. Dantur tamen quædam, ut *Norimberga, Ratisbona &c.* quæ ex speciali privilegio, vel præscriptione *Austregis* utuntur. *vid. Schweder. d. c. 17. §. 6.* U-

tuntur

tuntur etiam illis ex nonStatibus *Principes, & Comites Apanagiati, D. Stryk. de Foro Austregar.* §. *26. Nobiles immediati O. C. P. 2. tit. 2.* Nec ecclesiastici excluduntur, si ratione bonorum suorum conveniendi. *Blum. tit. 20. num. 43.* quoad Evangelicos vero & in personalibus ad forum Austregale eos provocare posse, existimaverim. Dividuntur autem personæ hæ conveniendæ in *duos Ordines. Primus* continet *Electores, Fürsten und Fürstenmæssige; alter prælatos minores, Comites, Barones & Nobiles immediatos. Primi ordinis* personæ Austregis gaudent, a quocunque conveniantur; *alterius* non nisi tunc, si a *primi ordinis* actore judicio pulsentur, aut a *sui ordinis* persona. *O. C. P. II. tit. 3. 4. 5.* alioquin cessat hoc forum. Ex quibus consequens est, illum, qui ex primo ordine aliquem convenit, immediatum non esse debere; bene tamen actorem, qui ex secundo ordine reum judicio pulsare vult, imo etiam ex eodem ordine primo, vel secundo. Hinc si Civitas, vel pagus Imperialis Comitem, vel Nobilem immediatum in jus vocare velit, ad judicia Imperii abeundum. Cæterum non video, cur, si *exterus Germanum Principem* conveniat, hic privilegio hoc destitui debeat, & foro Austregarum *D. Stryck. d. l. num 23.* Dissentit *Textor. disp.*

Ordin. duo.

3. ad R. Noviss. th. 42. Quæstio utrum reus, invito actore, renunciare possit foro Austregarum ab alia pendet: in cujus favorem sc. hoc forum sit introductum? In utriusque autem actoris & reî favorem id factum esse tradit *Blum. Tit. 27. §. 48.* ex quo consequens est, invito actore, reum forum hoc fugere haud posse: quibus autem modis compelli possit *vid. Blum. tit. 37.* Sed uti istud de Statibus Imperii concesserim: nescio tamen, an de aliis actoribus affirmari possit.

Judic. qui? §. IV. *Judices Austregales*, ubi peculiares conventiones desunt, secundum ordinationem legis eliguntur, & constituuntur juxta diversitatem ordinis modo indicatam. Nam si persona *primi ordinis* convenienda sit 1) ab *ejusdem ordinis actore*, *Reus* quatuor Principes nominat, ex quibus actor unum eligit, qui per Consiliarios suos litem definit. Si autem 2) ab *actore secundi ordinis*, vel tali, *qui Austregarum Jure destituitur*, in jus vocandus, in *O. C. P. II. t. 4. VIII. via*, ut vocantur, introductæ, quæ ibidem & apud Commentatores *Blum. tit. 27. n. 99. Roding. I. 4. 3.* legi possunt; in compendio vero exhibentur a *Rh. 4. 2. 15.* ex quibus modis *tertia*, & *quarta via*, frequens, sc. ut reus tres Principes regentes nominet,

Octo viæ.

& actor

& actor ex istis unum eligat; vel a Cæsare impetretur Commissarius, auf die Austräge sc. (nam si simpliciter petatur, & decernatur Commissio, intelligitur in dubio Aulica, seu simplex delegatio von Hof aus, de qua agit *art. 17. Cap. Joseph. Coccej. cap. 32. numer. 31.*) Atque his viis etiam locus est, si subditi Principem suum convenire velint. *O. C. P. II. tit. 4. in fin.* Quod tamen ita temperandum, si in territoriis per observantiam, privilegia, vel pacta cum subditis certa judicia non constituta, coram quibus Principum causæ tractari possunt, da die Lands-Herren Recht geben, und nehmen. *D. Stryk. de Foro Austreg. n. 25.* qualia in terris Saxonicis sunt. *vid. H. E. T. I. pag. 922. O. Jud. Prov Lips. Tit.* Wer vor das Ober-Hof-Gericht. Plane si subditi de nimia sævitia, vel prægravatione ex impositis oneribus querantur, & narrata verisimiliter probent, ita, ut *mandatis S. C.* locus sit, cessant *Austregæ. R. J. de 1594. §. 93. 94.* Sed tamen judicia suprema hac parte caute procedunt, observatis iis, quæ *R. J. Nov. 1654. §. 106. Cap. Jos. & Leop. a. 3. Joseph. 17.* & inprimis *Cap. Carol. VI. art. 19.* habentur. Si personæ *secundi Ordinis* conveniendæ, 1) a primi ordinis actore, tunc duplex modus est constituendi *O. C. P. II. tit. 3.* ut scil. 1) actor Commissarium petat sui ordinis a Cæsare; vel reus nominet

 requi-

requisitus tres ex Elect. & Principum ordine, ex quibus actor unum eligat. Si vero 2) *secundi Ordinis* persona ab *ejusdem ordinis* actore pulsetur, iterum, vel reus requisitus tres Principes nominat, ex quibus eligat actor unum, vel Actor Commissarium a Cæsarea Majestate impetrat. *tit. 5.* juncto *tit. 4.* § 7. 9. *dict. O. C.*

Causæ. §. V. In his autem judiciis tractantur causæ *civiles*, *reales*, & *personales*, quæ per appellationem ad Cameram devolvi possunt. *O. C. P. II. tit. 2.* §. 2. ibi: Spruch und Foderung, so einer zu dem andern hat, juncta *tit. 28. §. 1.* Excluduntur tamen *Causa feudales* vere tales, quæ & Jure communi Feudali peculiare forum habent: *Stryk. de Foro Austreg. num. 40.* quæcunque feuda tangant; namque inter *Judicium Aulicum & Cameram* differentia quæ est juxta *cap. 45.* §. 28. huc non pertinent. *Schwed. cap. 17. d. l.* §. 13. Quænam autem causæ vere feudales sint, dictum *Jpr. Feud. cap. 25.* §. 1. Sed hæc de legalibus intelligenda: nam causæ Feuda Imperii majora etiam concernentes, ab Austregis Conventionalibus non plane excluduntur; ut patet ex *Confrat. Sax.* & *Hassiaca. H. E. T. I. pag. 923.* Matrimoniales huc non pertinere; nec *criminales* docet *Schwed. d. l.* §. 13. *Stryk. de For. Austreg. n. 34. 39.* Pariter cessant Austregæ in omnibus causis, quæ

ad

ad reservata Imperatoris pertinent, it. in iis, ubi Camera ratione causarum habet fundatam intentionem, ut in causis *fractæ Pacis utriusque fiscalibus, pignorationis, litigiosæ possessionis, arrestorum, mandatorum, constit. legis Diffam. protractæ justitiæ. Blum. tit. 27. num. 71.* quæ mero judicis officio continentur, ut *tutelæ datio. v. Blum. T. 27. §. 174.*

§. VI. Processum Austregarum describere hic non licet. Ex O. C. & Constitut. Imper. *Blumio, Rodingio* & aliis cognosci potest. *vid. Stryk. de Process. Austreg. num. 15. Hoffmannus Relat. Cameral. Noviss. in f.* ex quo saltem id observandum, cognitionem intra semestre spatium, vel annum, & diem fieri debere *O. C. P. II. tit. 4.* quod tamen adeo præcise non servatur. *Stryk. d. l.* & pœnam contumaciæ esse amissionem fori hujus. *tit. 4. O. C. P. II.* §. dieselben *in f.* Si quis per sententiam Austregarum gravatum se putat, ad Judicium Aulicum, vel Cameram appellare potest. *O. C. P. II. tit. 6. O. Jud. aul. tit. 2.* dieweil, licet Judex Austregalis alias in suo territorio gaudeat privil. denon. appell. *H. E. T. I. pag. 923.* Si non est appellatum, quæstio est, quisnam exequatur sententiam? Pro Austregis loqui videtur *O. C. P. II. tit. 4. §. 14.* atque ideo pro illis multi pugnant. *Schubart. de Au-* Processus.

streg. th. 7. lit. O. Sed tribuunt alii Cameræ, ut *Blum. tit. 27.* §. *203.* quibus novissime accedit *Dn. Coccej XXXII. 37.* Quæ sententia mihi vero similior, cum nullibi Austregis id concessum esse, legamus, atque adeo in regula, quæ habetur *O.Cam. P. 3. tit. 48.* exemplo comprobata *P. II. Tit. 8. §. 8.* subsisto. Textum *O. Cam.* in contrarium allegatum non de executione judicati, quæ in ista via octava a 9. Consil. vix fieri poterit, sed *citationis* explicat *D. Coccej. d. l.* non male forte etiam intelligi potest de executione totius processus usque ad sententiam, von Ausübung der Sache in erster Instanz. Quoad praxin notandum, implorari super executione Cæsarem (quod maxime fit, si ipse Commissarium dedit,) aut Cameram, ut illam Ducibus Circuli committant. *Lyncker. ad Schweder. d. l. §. 16. H. E. T. I. pag. 923.* Sed vid. dicta *supr. Cap. 53. §. 5.*

CAP. LVIII.

DE JUDICIIS CRIMINALIBUS IMMEDIATORUM.

§. I.

Quid sint? JUdicia Criminalia Jure Civ. vocantur, quibus ob delictum, ad vindictam publicam agitur: usu tamen Germaniæ

niæ *Criminalia* illa dicuntur, quæ ad pœnam mortis, vel corporis afflictivam tendunt, wenn die Klage an Haut und Haar gehet, oder die Strafe an Leib und Gliedern geschiehet. *a. 10. 41. O. C. Carpz. Prax. Crim. qu. 102. n. 178.* In Ordinatione tamen criminali Peinlich, etiam dicitur, ubi quis existimationis jacturam patitur, *art. 110. Ord. Crim.* In hisce itaque causis Camera judex non est, ut diximus *c. 55. §. 6.* nisi propter fractam pacem, & perduellionem, aut contumaciam ad *bannum Imperii* agatur. *O. C. P. II. tit. 9. & tit. 20.* quæ causa pro criminali utique habetur *Blum. tit. 29. §. 112.* quia bannitus omnium internecioni, & offensioni expositus est *O. C. P. II. tit. 10. §. 2.* Alia exceptio allegata supra quoad personas Camerales: quamvis alii verba Ordinat. Cameræ de summaria & qualicunque cognitione saltim intelligant, post quam delinquens Magistratui ordinario post pleniorem cognitionem puniendus extradatur. *Schwed. P. V. Sect. 2. cap. 17. num. 17.* Ad Austregas eas quoque non pertinere, præcedenti capite dictum. De *Judicio Rothwilensi* asseruimus criminales causas illuc pertinere post Mauritium *cap. 3. §. 2.* uti & ob causas fractæ pacis coram hoc judicio ad bannum Imperii agi potest. *Maurit. d. l.* Cæsarem vel ipsum, vel per Judicium

An Camera exerceat

Judic. Rothwiel.

Cæsar.

um Aulicum, vel per Commissarios in immediatos judicium criminale exercere posse, nemo dubitabit. *vid. Spec. Svev. P. I. cap. 24. Const. Frid. II. & Alberti I. apud Londorp. T. I. cap. 5. pag. 333. & Gold. P. II. Reichs S. fol. 27. Schweder. d. l.* §. *20.* atque interdum simul in mediatos pro re natâ, quale exemplum est *in Mülleri Annal. Sax. ad ann. 1567. d. 14. Apr.* Utrum autem tali casu, si adversus Principem quendam Imperii agatur, & Statum præsertim, aliorum Principum consilium, *nach den Fürsten-Recht*, ut vocatur, adhibendum sit præcise, disputari solet, de qua re *vid. dicta cap 45. §. 20.* Sane *Carolum V.* in *Johannem Fridericum Saxonem*, ejusque caput absque consilio Principum sententiam ante Wittebergam dixisse, notum est. Etsi vero olim in Principes quoque Imperii pœnas capitales, & corporis afflictivas decerni potuisse a Cæsare ex *S. Svev* & dictis constitutionibus *Friderici II.* ibi: *Wo es aber Fürsten &c. an Ihr Leib, an Ihre Ehre*, & *Alberti I.* ibi: *an ihr Leib, oder an ihr Ehre.* apparet; atque etiam *Carolus V.* ut dictum *Electorem* capitis damnavit; frequensque olim fuit pœna portationis canis, quam ob turbatam quietem publicam Principes subibant, qualia exempla leges *ap. Wittekind. Lib. II. Otton. Frif. de R. G. Friderici Lib. II. cap. 28. Lehm.*

Lib.

Lib. IV. cap. 2. porro legimus, *Philipp.* Hassiæ Landgravium judicium Cæsaris metuisse ob polygamiam, ac consilia agitasse, quid faciendum, si ob hancce causam in jus vocaretur. *Seckend. L. III. Sect. 21.* § 73. per aliquot tamen secula non constat, adversus Principem Germaniæ aliam pœnam, quam *banni*, & *carceris perpetui*, quod *Johanni Friderico Juniori, S. D.* contigit, fuisse reapse deductam in usum; nam ut notum, sententia illa adversus Electorem Saxoniæ lata exitum non cepit, & forte in terrorem saltem lata fuit. Imo vix propter aliud delictum, quam *perduellionem*, *vel fractionem* pacis publicæ in jus vocatos esse, novimus. Ut adeo usus juris Publici hic eximat a conditione reliquorum Principes Germaniæ in foro humano. Cæterum si immediatus, vel Status etiam Imperii ex inferioribus ordinibus in Status alicujus territorio delinquat, vel ob delictum deprehendatur, forum delicti, vel deprehensionis adversus eum fundatum erit. *Myler. ad Rumel. in A. B. P. II. diss. 1. th. 15. 262.* Quod si tamen delinquens Princeps sit, usu Juris Publici compertum non est, in personam hac dignitate fulgentem a Statu Imperii aliquid statutum fuisse. Et quia asseruimus supra *cap. 50.* §. 4. uxores & liberos Principum, & Statuum Imperii territoriali Supe-

Superioritati mariti, vel parentum non subjacere: nec criminale judicium tanquam in subditos perpetuos ab iis exerceri poterit. Et licet forte forum delicti, vel deprehensionis fundatum hisce casibus videatur: usus tamen, ut dixi, juris publici hactenus non tulit, supplicia decerni a Principibus Imperii in Principes. Et si omnino judicio opus, judicium parentum valde suspectum esse poterit; & ideo, cum superior Judex non desit, rectius illi causa relinquitur. Cæterum in Comitiis Archi-Marschallum Imperii per Vicarium suum jurisdictionem criminalem exercere: Uber der Stände, und derer Gesandten, wie auch der frembden Bottschafften Diener, und Gesind; sed tamen sub certo modo, ut ex transactione cognoscitur apud *Bertram de Comit.* §. *61.* Antequam hinc abeamus de pœna *banni*, cujus toties mentio facta est, aliquid dicendum, Imperii scil. quod vulgo die Acht, Reichs-Acht, interdum Ober-Acht, dicitur, quando præsertim jam declaratus in bannũ iterum in bannũ incidit. Hoc *bannum est censura, seu coercitio, qua quis ita ab Imperio Romano excluditur, ut a nemine in clientelam, fidem, aut amicitiam recipi, ab omnibus vero tam in persona, quam rebus sub eodem Imperio sitis impune offendi queat.* Quæ coercitio gravissima est dum bannitus omnibus juribus

Bannum quid?

bus & honoribus excidit, infamis fit, bona perdit omnia, ipse a quovis occidi potest, tanquam hostis publicus, atque adeo ea, quæ juris Gentium sunt, amittit, ita ut longe deterior sit ejus conditio, quam deportati. *vid. P. II. t. 9. Ordin. Cam.* Adversus Catholicos Clericos bannum hoc *stricte* sic dictum non decernitur, ob rationem quam diximus *cap. 42. §. 37.* bene tamen illud quod *privationis bonorum & jurium dicitur*, quo excidunt omnibus juribus & bonis, quæ ab vel in Imperio habent, atque in eum statum rediguntur, ut recipi a nemine possint. Quoad personam tamen immunes sint a *læsione*, nec dignitates ecclesiasticæ per sententias auferuntur, uti etiam harum nulla mentio facta in declaratione banni adversus Coloniensem, de qua sæpius dictum. *Blum. tit. 29 §. 86. 115.* Per consequentiam tamen & muniis Ecclesiasticis fungi non possunt; & degradationem sentire debent in judicio Ecclesiastico. *vid. Crug. de Novemvir. P. Spec. m. 2. disc. 14. in fin.* Eadem personarum immunitas fœminis contingit banno perculsis, ne in periculum pudicitiæ incidant. *Blum. d. l. n. 117.* De Judice vero, qui bannum infligere possit, de causis propter quod, de processu & modo pronunciandi & exequendi *Blumius*, *Roding*, *Gailius* & alii legan-

gantur; & subinde in hoc libello de his rebus mentio facta. Qua ratione vero bannum *contumaciæ* ab alio differat *Blum. t. 29. §. 175.* docet. De banno *Provinciali;* quod intra limites territorii vires exerit, & Saxonico præsertim, ejusque processu & effectu *vid. Carpz. Pr. Crim. qu. 140. & Dec. Nov. 77.*

CAP. LIX.

DE JURIBUS IMPERANTIUM DEPENDENTIUM ET IN SPECIE DE SUPERIORITATE TERRITORIALI.

§. I.

POstquam sic *Imperantes*, & *parentes* ratione universi Imperii, illarumque jura, & obligationes vidimus, & excussimus: nunc etiam deveniendum est ad singula territoria vel portiones I. R. G. in quibus imperantes sunt dependentes a summa potestate universi, reguntque parentes varia ratione sibi subjectos. *vid. cap. I. §. 28.* Scil. jam anticipavimus dicere, Imperium R. G. distribui in territoria h. e. provincias vel portiones immediate subjectas Imperio R. G. intra quas ab illis, qui eis præsunt, jura & regalia majora & minora, vel per modum complexus, vel ut singula exercentur. Quæ territoria possidentur, vel a *Statibus Imperii*, vel

Territoria.

vel a *Nobilibus immediatis*, vel consistunt in *communitatibus immediatis*. In quibus regalia ista per modum complexus exercentur, de quibus primo loco agendum. *Statuum Imperii territoria* sunt, quæ secundum differentias *Statuum*, de quibus in genere, & in specie *cap. 23. usque ad 41.* actum fuit, varie dividuntur. Hæ ob eam causam in se consideratæ separatarum rerumpublic. speciem quandam præ se ferunt, revera tamen non sunt: quoniam subjacent summæ potestati totius Imperii, & sic in ipsis summa potestas esse non potest. Atque hinc etiam illi, qui regalia in his territoriis habent, Status sc. singul. *imperantes dependentes* dicuntur. Equidem hæc contradictionem involvere videntur, quando dependentibus regalia competere dicimus, quo nomine alioquin jura Majestatis independentia intelliguntur. Sed salva res est, si modo vocibus recte juxta usum publici juris uti sciamus. Scil. negari non potest jura illa in relatione ad Majestatem totius Imperii, nec *jura Majestatis*, nec *Regalia* proprie dici posse, sed rectius jura eximia & privilegia appellari, quæ exercitium *Regalium* continent: quoniam tamen a Statibus Imperii per modum complexus habentur, atque ille complexus, seu totum illud potestativum

Tt sum-

summam Majestatem æmulatur, ejusque analoga quædam species est, ut mox videbimus, usu publici juris invaluit, ut jura ista Ordinum intuitu territoriorum, quibus præsunt, *Regalia* in LL. publicis & literis investiturarum dicantur, passim *O. Regim. de 1521. §. 4. Ref. Pol. de 1530. T. 39. §. 2. O. Pol. de 1577. tit. 20. §. 1. L. I. P. O. a. 8. pr.* complexus vero vel totum illud potestativum *Superioritas*, non quidem absolute (quæ idem est ac summa Majestas §. *Itemque dictus 74 J. P. Monast.*) sed *territorialis, jus territorii, sublime jus territorii, territorium.* Nam hæc vox & pro jure, vel potius universitate jurium accipitur. Landes Fürstl. Gräfl. Hoheit, Landes-Obrigkeit, Landes-Herrligkeit 2c. appellatur. *R. I. de 1548. §. 66. de 1555. §. 40. Cap. Joseph. art. 3. & art. 1. Cap. Carol. VI. J. P. art. 8. §. 1. a. 5. §. 30.* In A. B. hæc potestas jurisdictio vocatur *a. 13.* stylo ejus ævi, quo hac voce omne, quicquid est civilis Imperii, comprehendebatur.

Definitio superioritatis. §. II. In definienda hac territoriali potestate Doctores mirifice variant. Placuit mihi semper illa, quæ apud *ill. D. a. Rhet. II. 1. 10.* habetur, *quod sit summa potestas, tam in ecclesiasticis quam politicis Statibus Imperii in territoriis suis competens; nisi restrictio vel lege publica, aut pactis cum subditis appareat:* nec nunc causa

sa

ſa eſt cur ſententiam mutem. Neque enim τὸ *ſumma* offendere quenquam debet, nam verba ſequentia: *vel lege publica* oppoſita *pactis cum ſubditis*, ſatis indicant, non abſolutam ſummitatem, ſed reſtrictam & majori poteſtati ſubjectam innui. Alii per *poteſtatem omnium ſumma inferiorem*, vel *ſummæ poteſtati proximam*, vel *ſummæ Majeſtatis æmulam*, vel per *ſummum imperium poſt Imperatorem*, vel per *immediatum regimen poſt Cæſarem* deſcribunt, & ſe ita explicant, ut nulla reapſe nobis cum illis lis ſit. Interim iſta *Rhetiana* latitudinem poteſtatis territorialis optime exprimit, atque illud infert: in omnibus, quæ ad regendi poteſtatem pertinent ordinariam, vel extraordinariam, in perſonas & res territorii habere fundatam intentionem illum, qui gaudet hac ſuperioritate, omniaque facere poſſe in territorio ſuo, quæ olim potuit ibi Cæſar, vel quæ hodie Imperator & Imperium, vel ſolus etiam Cæſar in regimine poteſt univerſi, vel ſuo etiam modo plus quam Cæſar, niſi in quantum reſtrictio aliqua probetur. Dum vero eandem ſic tribuimus poteſtatem Statibus in territoriis, quam Cæſari &c. in Imperio, recte id capiendum eſt, ſcil. non de *identitate ſpecifica*, alias enim *in una* Republ. plura darentur ſumma, ſed *analogia quadam* &

 pro-

proportione, non independenter, sed dependenter & subalterne, non per *adaquationem*, multo minus *abdicationem* Imperatoriæ majestatis, sed per *subordinationem*. *D. à Lynker. Diss. de Territorial. Potest. pag. 84. Strauch. 1. 14. 7. D. Euben. de Orig. Reg. Statuum esse Imperat. &c.* apud *Fritsch. Vol. 2. num. 9.* Cæterum verbis *pactis cum subditis* non male addi possit, vel *aliis*: ideo, quoniam fieri potest ut Constatus, vel alius per pacta, aut præscriptionem jus aliquod in territorio habeat acquisitum, quod plenitudinem superioritatis quodammodo restringit.

Origo. §. III. Unde vero hæc Statuum potestas originem ceperit, varie disputatur. Qui monumenta excusserunt, facile in eam ibunt sententiam, ex illo ævo repetendam esse, quo munia ista *Ducum, & Comitum*, qui autoritate Imperatoris tanquam officiales, & Magistratus inferiores provincias regebant, patrimonialia & hereditaria fieri cœperunt, hoc est *Conradi I.* & Regum, ac Imperatorum *Saxonicorum. vid. cap. 24. & cap. 39.* ad quæ etiam *superioritas* in Ecclesiasticorum Statuum territoriis referenda. Nam licet a Carolingicorum tempore terræ & regiones Ecclesiis a Regibus & Imperatoribus donatæ, regimen tamen illorum non *Episcopis*, sed Comitibus, postea *Advocatis*,

aut

aut *Vice-Dominis* concessum fuit, quod tamen post *Ottonis I.* tempora Episcopi ad se traxere, excussis vel Advocatis, vel in eum statum redactis, ut magis ab Imperatore dependerent. *Vitr. I. 15. 8. seqq. Schilter. l. 21. 3.*

§. IV. Cave tamen putes illis temporibus, ad quæ originem referimus, eam talem statim fuisse, qualis hodie est. Nam tunc semina illius saltem jacta sunt, & si verum fateri licet, tum per *usurpationem* Statuum, qui crescente potentia, & hereditario jure innixi liberius res suas agere cœperunt; tum etiam per *Cæsarum* aut negligentiam, aut conniventiam, qui passi, vel coacti sunt pati propter temporum rationem, quibus deficiente potentia amplissimarum terrarum possessores & hereditarios factos satis coercere non potuere, ut liberius agerent, atque jura ista usurparent. Postea lento gradu se magis magisque expandit, & explicavit, accessionibusque aucta est, donec tandem ad eam plenitudinem, qua nunc conspicitur, pervenit. Præsertim vero a turbulentis temporibus *Heinrici IV.* atque sub interregno illo magno incrementa cepit, quibus robur dedere *A. B. T. 13.* & Constitutiones *Maximiliani I.* majora vero attulere Pax religiosa & *Capitulationes*, quibus æque ac per P. W. ad *αὐτονομίαν* de- Origo. qualis.

deducta est. De urbibus vid. in specie dicta supra *cap. 41. §. 3.*

Modi acquirendi. §. V. Videmus ita originem primum territorialis Superioritatis in genere ad concessionem tacitam Imperatoris esse referendam, sive præscriptionem immemorialis temporis, quæ postea LL. publicis confirmata est. Quod si autem quæras, de singulis Imperii Statibus, difficile erit ostendere, quo tempore in quolibet territorio superioritas territorialis enata fuerit. Interim tamen & hoc verissimum est, ex concessione summæ Majestatis, vel titulo allodiali acquisitam esse, conjunctim vel separatim absque territorio, puta per *privilegium, contractum*, & *præscriptionem*; vel feudali per *investituram expressam*, vel *tacitam* seu *præscriptionem*, factamque vel super ipso territorio simul, vel super Regalibus in territorio allodiali, eamque subinde per renovationem innovatam. *Uter. de F. 3. cap. 8. §. 32. vid. Gravam. Bipont. Francofurt. 1682. pag. 13. & 20.* Atque hisce modis adhuc hodie territorialis superioritas conferri ac acquiri potest, si e. g. feudum Imperiale cum superioritate apertum Imperio juxta LL. de quibus actum supra *cap. 45. §. 9.* alii conferatur, vel territorium mediatum in *immediatum* consensu illorum, quorum interest, *expresso*, vel *tacito* erigatur, & simul

mul hæc potestas illi concedatur, quod & tacite per præscriptionem fieri posse nemo dubitabit. *R. J. 1548. §. 56. 59.* Quod si autem semel constituta est, derivari ab uno ad alterum potest expressis & tacitis titulis, & modis acquirendi, qui in bonis Imperii immediatis alias sueti & usu recepti sunt, secundum jus allodiale, vel feudale. *vid. cap. 49. §. 10. cap. 51. §. 8.* Quoad ecclesiasticos tamen observandum, munere vacante, quacunque ratione, nulli alii successori locum esse, quam qui legitime electus, vel modo alio constitutus est, ut dictum supra *cap. 42. §. 30.* illos tamen ipsos æque, ac seculares debere, si titulo feudali collata, investituræ petere renovationem. videantur *dicta cap. 51. §. 8.* Circa quæ id adhuc notandum esse reor, illum, qui in exterum alienare vult S. T. allodialem quoque, mea sententia, id sine Imperatoris & El. consensu facere haud posse. *vid. d. cap. 51. §. 8.* Uti vero ita certum est, S. T. titulo allodiali possideri posse *Itter. de Feud. Jpr. cap. 8. pag. 424.* ita tamen illud ego mihi persuadere non possum, quod asserunt quidam, semper illud fieri: nam ex verbis *J. P. art. 8. §. 1.* ibi: *libero juris territorialis exercitio*, & Capitulat. novissimis *cap. 3.* ibi: Wegen hoher Landes Fürstl. Obrigkeit, id haud colligitur. Et licet in tabb. in-

Modi derivandi.

An S. T. semper allod. sit?

investituræ raro fiat ejus mentio diserte, fit tamen mentio der Regalien &c. ex stylo veteri, quæ juxta LL. Imperii, quando Status investitur, secundum substratam materiam de complexu Regalium intelligenda. Fit etiam sæpe mentio der Hoheiten: imo si formulam fidelitatis inspicias, quæ propter utrumque Marchionatum Lusaticum Regno Bohemiæ præstatur, *in Mülleri Annal. Sax. 1687.* diserte ibidem mentio fit: der Landes Fürstl. Obrigkeit.

Qual. conces-sio. §. VI. Etsi vero ita Superioritas a summa majestate oriatur: ipsa tamen majestas summa eam *formaliter* non habet, nec illi ita inest, sed *eminenter* & *virtualiter*: quæ enim majestas habet, independenter habet, tale autem quid non est Superioritas hæc. Neque etiam dum Superioritas ab Imperatore & Imperio conceditur singulis Statibus, Majestas conceditur ipsa, sed tantum exercitium majestatis jurium distributive in singulis OO. territoriis spectatur. *J. P. Feud. cap. 8. §. 13* salva manente summa Superioritate in ipsos ordines, & illorum territoria & subditos, intuitu personarum & rerum. *v. c. 50. § 8. cap. 52 §. 3. J P. Feud. c. 8. §. 10.* Quod quando fit titulo *allodiali*, totum illud exercitium Jurium Majestatis absque divisione ad concessionarium

trans-

transfertur sub nomine S. T. Quando autem id fit *titulo feudali*, illud exercitium in duas partes dividitur: quarum una loco dominii directi est, & remanet penes Imperatorem & Imperium; altera vero ad vasallum pervenit sub ratione dominii utilis, atque hæc ipsa pars etiam S. T. appellatur. *D. Lyncker. de S. T. pag. 40.* Priori casu concessionarius in relatione ad Imperatorem & Imperium aliquid pluris juris habet, quam altero. Nam ille a nexu feudali liber, fidem feudisticam non præstat, & jus territorii cum ipso territorio liberius obligare & alienare potest, *art. 39. Leop. 38. Joseph.* nec propter feloniam, vel alios modos, quibus feudum amittitur, jus ejus finitur: omne tamen, quod habet, dependenter habet, atque supremæ directioni summæ majestatis subjacet *J. R. de 1555. §. 50.* In relatione vero ad Constatus atque subditos, imo etiam exteros investitus de territoriali potestate propter facultatem plenissime re in feudum data utendi fruendi, idem potest, ac ille, qui allodiali titulo jus territorii est consecutus. Imo nec ab Imperatore hic & ille ab usu plenissimo sui juris potest arceri, vel in eodem turbari. Et hoc est, quod Dd. passim tradunt, Ordinibus Imperii territorialem *Superioritatem* privative competere ita, ut Cæsar

DIFF. S. T. Feud & Allod.

 cum

cum Statibus in ejus exercitio non concurrat, nec impedire possit Ordines, licet in ipsorum territorium veniat. *O. C. P. 2. tit. 1. O. Jud. Aul. tit. 2. vid. supra cap. 45. §. 27. §. 51. §. 3. Schweder. P. S. Sect. 2 cap. 10. § 9.* Quibus facile assentior, modo loco τῦ *privative subordinate* substituatur: cujus ratio ex dictis facile patet. Ex quo etiam apparet, quo sensu recte dicantur Status, quacunque ratione gaudeant S. T. possidere illam *jure proprio*, sc. eo, quo formula hæc infert, possideri cum jure *perpetuo, patrimoniali & in posteros, vel successores devoluturo, & ita, ut, si hanc vel illam ejus partem exercere velint, opus non sit speciali Imperatoris, & Imperii concessione, seu delegatione.* Quodsi tamen jus proprium ita explicare velis, ac si illa potestas *independenter* possideatur, & exerceatur, nullum mereberis assensum. Patet hinc etiam, quoad dependentiam inter modum *acquirendi* & *habendi*, nullam esse differentiam, ut bene monet *ill. Dn. a Lyncker. de S. T. pag. 49. vid. dicta cap. VIII. §. 11. 12. 14. Jpr. Feud.* ubi abuti illis vocabulis ostendimus, qui τῦ *jure proprio* vim ex Jure Civili huc trahunt.

An Status jure proprio habeant?

§. VII. Uti vero nullum dubium est, illum, qui territorialem potestatem, & territorium habet, utrumque offerre Cæsari & Imperio posse in feudum, atque postea

An offerri in Feud. possit?

postea titulo feudali inde recognoscere utrumque, qualia exempla apud *Itter. de Feud. Imp.* legi possunt *c. 1. §. 12. Jpr. Feud. cap. 4. §. 14.* vel unum ex hisce duobus; ita etiam fieri potest, ut Superioritatem & territorium immediatum, vel unum horum, quod titulo allodiali habet, offerre quis possit Constatui alicui in feudum, salva alioquin, extra feudi rationem, immedietate, ut exemplo Comitatus Waldeccii liquet. *vid. Lynck. de S. T. p. 38. 39. & 40. sup. c. 23. §. 4.* Quo utroque casu tamen concessio ultimatim ad Cæsarem & Imperium referenda. Quod & tunc fit, si & exterus ab omni alio nexu liber se subjiciat Imperatori & Imperio ita, ut majestatem illius agnoscere, atque Superioritatem suam titulo allodiali, vel feudali tanquam dependentem recognoscere velit. Namque prius omni jure suo independenti cessit, & postea dependens acquisivit. Pariter fieri potest, ut a Cæsare mediate per subinfeudationem S. territorialis a Statu Imperii scil. in alium Statum ita conferatur, ut qualitas Status & immedietatis nihilominus salva sit, quod exemplo *Ducatus Würtenbergici* olim patuit. *Strauch. Ex. 10. §. 21. vid. Dn. Lyncker. d. l. pag. 40. 50.* Porro non repugnat recognoscere aliquem territorium immediatum tanquam subfeudum a

Statu

summam Majestatem æmulatur, ejusque analoga quædam species est, ut mox videbimus, usu publici juris invaluit, ut jura ista Ordinum intuitu territoriorum, quibus præsunt, *Regalia* in LL. publicis & literis investiturarum dicantur, passim *O. Regim. de 1521. §. 4. Ref. Pol. de 1530. T. 39. §. 2. O. Pol. de 1577. tit. 20. §. 1. L. I. P. O. a. 8. pr.* complexus vero vel totum illud potestativum *Superioritas*, non quidem absolute (quæ idem est ac summa Majestas §. *Itemque dictus 74 J. P. Monast.*) sed *territorialis, jus territorii, sublime jus territorii, territorium.* Nam hæc vox & pro jure, vel potius universitate jurium accipitur. Landes Fürstl. Gräfl. Hoheit, Landes-Obrigkeit, Landes-Herrligkeit ꝛc. appellatur. *R. I. de 1548. §. 66. de 1555. §. 40. Cap. Joseph. art. 3. & art. 1. Cap. Carol. VI. J. P. art. 8. §. 1. a. 5. §. 30.* In A. B. hæc potestas jurisdictio vocatur *a. 13.* stylo ejus ævi, quo hac voce omne, quicquid est civilis Imperii, comprehendebatur.

Definitio superioritatis. §. II. In definienda hac territoriali potestate Doctores mirifice variant. Placuit mihi semper illa, quæ apud *ill. D. a. Rhet. II. t. 10.* habetur, *quod sit summa potestas, tam in ecclesiasticis quam politicis Statibus Imperii in territoriis suis competens, nisi restrictio vel lege publica, aut pactis cum subditis appareat:* nec nunc cau-

ſa eſt cur ſententiam mutem. Neque enim τὸ *ſumma* offendere quenquam debet, nam verba ſequentia: *vel lege publica* oppoſita *pactis cum ſubditis*, ſatis indicant, non abſolutam ſummitatem, ſed reſtrictam & majori poteſtati ſubjectam innui. Alii per *poteſtatem omnium ſumma inferiorem*, vel *ſummæ poteſtati proximam*, vel *ſummæ Majeſtatis æmulam*, vel per *ſummum imperium poſt Imperatorem*, vel per *immediatum regimen poſt Cæſarem* deſcribunt, & ſe ita explicant, ut nulla reapſe nobis cum illis lis ſit. Interim iſta *Rhetiana* latitudinem poteſtatis territorialis optime exprimit, atque illud infert: in omnibus, quæ ad regendi poteſtatem pertinent ordinariam, vel extraordinariam, in perſonas & res territorii habere fundatam intentionem illum, qui gaudet hac ſuperioritate, omniaque facere poſſe in territorio ſuo, quæ olim potuit ibi Cæſar, vel quæ hodie Imperator & Imperium, vel ſolus etiam Cæſar in regimine poteſt univerſi, vel ſuo etiam modo plus quam Cæſar, niſi in quantum reſtrictio aliqua probetur. Dum vero eandem ſic tribuimus poteſtatem Statibus in territoriis, quam Cæſari &c. in Imperio, recte id capiendum eſt, ſcil. non de *identitate ſpecifica*, alias enim *in una* Republ. plura darentur ſumma, ſed *analogia quadam* &

proportione, *non independenter*, *sed dependenter & subalterne*, non per *adaquationem*, multo minus *abdicationem* Imperatoriæ majestatis, sed per *subordinationem*. *D. à Lynker. Diss. de Territorial. Potest. pag. 84. Strauch. 1. 14. 7. D. Euben. de Orig. Reg. Statuum esse Imperat. &c.* apud *Fritsch. Vol. 2. num. 9.* Cæterum verbis *pactis cum subditis* non male addi possit, vel *aliis*: ideo, quoniam fieri potest ut Constatus, vel alius per pacta, aut præscriptionem jus aliquod in territorio habeat acquisitum, quod plenitudinem superioritatis quodammodo restringit.

Origo. §. III. Unde vero hæc Statuum potestas originem ceperit, varie disputatur. Qui monumenta excusserunt, facile in eam ibunt sententiam, ex illo ævo repetendam esse, quo munia ista *Ducum*, & *Comitum*, qui autoritate Imperatoris tanquam officiales, & Magistratus inferiores provincias regebant, patrimonialia & hereditaria fieri cœperunt, hoc est *Conradi I.* & Regum, ac Imperatorum *Saxonicorum. vid. cap. 24. & cap. 39.* ad quæ etiam *superioritas* in Ecclesiasticorum Statuum territoriis referenda. Nam licet a Carolingicorum tempore terræ & regiones Ecclesiis a Regibus & Imperatoribus donatæ, regimen tamen illorum non *Episcopis*, sed Comitibus, postea *Advocatis*, aut

aut *Vice-Dominis* concessum fuit, quod tamen post *Ottonis I.* tempora Episcopi ad se traxere, excussis vel Advocatis, vel in eum statum redactis, ut magis ab Imperatore dependerent. *Vitr. I. 15. 8. seqq. Schilter. l. 21. 3.*

§. IV. Cave tamen putes illis temporibus, ad quæ originem referimus, eam talem statim fuisse, qualis hodie est. Nam tunc semina illius saltem jacta sunt, & si verum fateri licet, tum per *usurpationem* Statuum, qui crescente potentia, & hereditario jure innixi liberius res suas agere cœperunt; tum etiam per *Cæsarum* aut negligentiam, aut conniventiam, qui passi, vel coacti sunt pati propter temporum rationem, quibus deficiente potentia amplissimarum terrarum possessores & hereditarios factos satis coercere non potuere, ut liberius agerent, atque jura ista usurparent. Postea lento gradu se magis magisque expandit, & explicavit, accessionibusque aucta est, donec tandem ad eam plenitudinem, qua nunc conspicitur, pervenit. Præsertim vero a turbulentis temporibus *Heinrici IV.* atque sub interregno illo magno incrementa cepit, quibus robur dedere *A. B. T. 13.* & Constitutiones *Maximiliani I.* majora vero attulere Pax religiosa & *Capitulationes*, quibus æque ac per P. W. ad *amussim* Origo. qualis.

deducta est. De urbibus vid. in specie dicta supra *cap. 41. §. 3.*

Modi acquirendi. §. V. Videmus ita originem primum territorialis Superioritatis in genere ad concessionem tacitam Imperatoris esse referendam, sive præscriptionem immemorialis temporis, quæ postea LL. publicis confirmata est. Quod si autem quæras, de singulis Imperii Statibus, difficile erit ostendere, quo tempore in quolibet territorio superioritas territorialis enata fuerit. Interim tamen & hoc verissimum est, ex concessione summæ Majestatis, vel titulo allodiali acquisitam esse, conjunctim vel separatim absque territorio, puta per *privilegium, contractum*, & *præscriptionem*; vel feudali per *investituram expressam*, vel *tacitam* seu *præscriptionem*, factamque vel super ipso territorio simul, vel super Regalibus in territorio allodiali, eamque subinde per renovationem innovatam. *Uter. de F. J. cap. 8. §. 32. vid. Gravam. Bipont. Francofurt. 1682. pag. 13. & 20.* Atque hisce modis adhuc hodie territorialis superioritas conferri ac acquiri potest, si e. g. feudum Imperiale cum superioritate apertum Imperio juxta LL. de quibus actum supra *cap. 45. §. 9.* alii conferatur, vel territorium mediatum in *immediatum* consensu illorum, quorum interest, *expresso*, vel *tacito* erigatur, & simul

mul hæc potestas illi concedatur, quod & tacite per præscriptionem fieri posse nemo dubitabit. *R. J. 1548. §. 56. 59.* Quod si autem semel constituta est, derivari ab uno ad alterum potest expressis & tacitis titulis, & modis acquirendi, qui in bonis Imperii immediatis alias sueti & usu recepti sunt, secundum jus allodiale, vel feudale. *vid. cap. 49. §. 10. cap. 51. §. 8.* Quoad ecclesiasticos tamen observandum, munere vacante, quacunque ratione, nulli alii successori locum esse, quam qui legitime electus, vel modo alio constitutus est, ut dictum supra *cap. 42. §. 30.* illos tamen ipsos æque, ac seculares debere, si titulo feudali collata, investituræ petere renovationem. videantur *dicta cap. 51. §. 8.* Circa quæ id adhuc notandum esse reor, illum, qui in exterum alienare vult S. T. allodialem quoque, mea sententia, id sine Imperatoris & El. consensu facere haud posse. *vid. d. cap. 51. §. 8.* Uti vero ita certum est, S. T. titulo allodiali possideri posse, *Itter. de Feud. Jpr. cap. 8. pag. 424.* ita tamen illud ego mihi persuadere non possum, quod asserunt quidam, semper illud fieri: nam ex verbis *J. P. art. 8. §. 1.* ibi: *libero juris territorialis exercitio*, & Capitulat. novissimis *cap. 3.* ibi: Wegen hoher Landes Fürstl. Obrigkeit, id haud colligitur. Et licet in tabb. in-

Modi derivandi.

An S. T. semper allod. sit?

investituræ raro fiat ejus mentio diserte, fit tamen mentio der Regalien &c. ex stylo veteri, quæ juxta LL. Imperii, quando Status investitur, secundum substratam materiam de complexu Regalium intelligenda. Fit etiam sæpe mentio der Hoheiten: imo si formulam fidelitatis inspicias, quæ propter utrumque Marchionatum Lusaticum Regno Bohemiæ præstatur, *in Mülleri Annal. Sax. 1687.* diserte ibidem mentio fit: der Landes Fürstl. Obrigkeit.

Qual. concessio. §. VI. Etsi vero ita Superioritas a summa majestate oriatur: ipsa tamen majestas summa eam *formaliter* non habet, nec illi ita inest, sed *eminenter* & *virtualiter*: quæ enim majestas habet, independenter habet, tale autem quid non est Superioritas hæc. Neque etiam dum Superioritas ab Imperatore & Imperio conceditur singulis Statibus, Majestas conceditur ipsa, sed tantum exercitium majestatis jurium distributive in singulis OO. territoriis spectatur. *J. P. Feud. cap. 8. §. 13* salva manente summa Superioritate in ipsos ordines, & illorum territoria & subditos, intuitu personarum & rerum. *v. c. 50. § 8. cap. 52 §. 3. J P. Feud. c. 8. §. 10.* Quod quando fit titulo *allodiali*, totum illud exercitium Jurium Majestatis absque divisione ad concessionarium trans-

transfertur sub nomine S. T. Quando autem id fit *titulo feudali*, illud exercitium in duas partes dividitur: quarum una loco dominii directi est, & remanet penes Imperatorem & Imperium; altera vero ad vasallum pervenit sub ratione dominii utilis, atque hæc ipsa pars etiam S. T. appellatur. *D. Lyncker. de S. T. pag. 40.* Priori casu concessionarius in relatione ad Imperatorem & Imperium aliquid pluris juris habet, quam altero. Nam ille a nexu feudali liber, fidem feudisticam non præstat, & jus territorii cum ipso territorio liberius obligare & alienare potest, *art. 30. Leop. 38. Joseph.* nec propter feloniam, vel alios modos, quibus feudum amittitur, jus ejus finitur: omne tamen, quod habet, dependenter habet, atque supremæ directioni summæ majestatis subjacet *J. R. de 1555. §. 50.* In relatione vero ad Constatus atque subditos, imo etiam exteros investitus de territoriali potestate propter facultatem plenissime re in feudum data utendi fruendi, idem potest, ac ille, qui allodiali titulo jus territorii est consecutus. Imo nec ab Imperatore hic & ille ab usu plenissimo sui juris potest arceri, vel in eodem turbari. Et hoc est, quod Dd. passim tradunt, Ordinibus Imperii territorialem *Superioritatem* privative competere ita, ut Cæsar cum

Dif. S. T. Feud & Allod.

postea titulo feudali inde recognoscere utrumque, qualia exempla apud *Itter. de Feud. Imp.* legi possunt *c. 1. §. 12. Jpr. Feud. cap. 4. §. 14.* vel unum ex hisce duobus: ita etiam fieri potest, ut Superioritatem & territorium immediatum, vel unum horum, quod titulo allodiali habet, offerre quis possit Constatui alicui in feudum, salva alioquin, extra feudi rationem, immedietate, ut exemplo Comitatus Waldeccii liquet. *vid. Lynck. de S. T. p. 38. 39. & 40. sup. c. 23. §. 4.* Quo utroque casu tamen concessio ultimatim ad Cæsarem & Imperium referenda. Quod & tunc fit, si & exterus ab omni alio nexu liber se subjiciat Imperatori & Imperio ita, ut majestatem illius agnoscere, atque Superioritatem suam titulo allodiali, vel feudali tanquam dependentem recognoscere velit. Namque prius omni jure suo independenti cessit, & postea dependens acquisivit. Pariter fieri potest, ut a Cæsare mediate per subinfeudationem S. territorialis a Statu Imperii scil. in alium Statum ita conferatur, ut qualitas Status & immedietatis nihilominus salva sit, quod exemplo *Ducatus Würtenbergici* olim patuit. *Strauch. Ex. 10. §. 21. vid. Dn. Lyncker. d. l. pag. 40. 50.* Porro non repugnat recognoscere aliquem territorium immediatum tanquam subfeudum a

Statu

Statu aliquo Imperii, Superioritatem tamen ab Imperatore & Imperio, ut exemplo Principatus Calenb. feudo Abbat. Quedlinb. probat *Lynck.p.45. d.l.* Quorsum etiam refero illa loca, quæ Electores ab Episcopo *Bamberg.* tanquam feuda, nec non illa feuda *Bohemica*, quæ in *Misnia Electores Saxoniæ* a Corona Bohemica recognoscunt &c. *vid. Muller. Annal. Sax.pag.572.* E contrario non insolitum est territorium aliquem recognoscere ut feudum immediate a Cæsare, ipsum tamen, & territorium, & jus territorii, *superioritati* subjacere Status alicujus *territoriali*, vel sublimi juri territorii, ut patet exemplis Episcopatum *Martisburgensis*, & *Numburgensis.*

Territoria mediata. §. VIII. Si Status Imperii ampla terrarum spatia possidens particulam quandam sibi subjectam cum jure territorii alicui titulo allodiali, vel feudali concedat, hac lege, ut subditi rationem habeat, *superioritatem territorialem* illum accepisse, dici non potest. Superioritas enim concedentis aliam similem sibi subjectam habere nequit. Sed tantum exercitium ejus eo modo largitum est, ac dictum est supra §. 1. circa exercitium Majestatis.

Jus territorii subalternum. Quod *exercitium* jus *territorii subalternum* vocari solet; & non nisi rarissime omnia regalia, majori præsertim e. c. *jus belli*

belli & pacis, leges condendi, continet, nec in dubio illa concessa videntur, quia a subdito commode non possunt exerceri. Exempla sunt in Principatibus *Silesiæ*, quæ Feuda sunt *Regni Bohemiæ*, & legi subjectionis obnoxia, it. in *Comit.* mediatis. *R. 1555.* § *60.* Atque hinc, quoniam ejusmodi mediatis *jus territorii* adscribitur, S. T. a quibusdam jus *sublime territorii* appellatur. Fieri tamen potest, ut ejusmodi Principatus mediati interdum cum plenissimo Superioritatis exercitio in feudum dantur, uti exempla non desunt.

§. IX. In Legibus Imperii, ubi Superioritatis territorialis mentio fit, non nisi de illis terminus hic prædicatur, qui *Status Imperii* sunt, ita ut etiam jus hoc ad essentiale consecutivum Status Imperii referatur. *vid. d. 23.* §. *7.* Qui itaque Status Imperi non est, adversus illum præsumtio est, carere eum & complexu omnium regalium, licet Regalia aliqua habeat ut e. g. nobilis immediatus. Quin & si maxime jus territorii & complexus aliquis regalium ipsi concessus: si tamen *Status* non est Imperii, nec etiam tunc Superioritatem territorialem proprie sic dictam tribui illi posse volunt. Interim tamen non nego dari posse membra Imperii, quæ Status non sunt, tamen omnibus Subjectum capax superioritat.

bus

bus illis quæ S. T. infert, amplissime gaudent. Non dicam de Rege *Bohemiæ*, qui quidem Majestate propria sic dicta non pollet, sed tamen in excellentissimo gradu *superioritate* in regno suo gaudet, atque in multis superat conditionem aliorum Statuum: quoniam nostra sententia & ipse *Status* est. Sed allegabo exemplum *Ducis Lotharingiæ*, qui summam Majestatem Imperii veneratur, jure tamen suffragii in Comitiis propter hunc *Ducatum* non gaudet. *vid. cap. 4.* §. *21.* plenissime tamen Superioritatis jura in suos exercet. Italiæ Principes non adducam, quia ad Regnum Germanicum illi non pertinent.

Subjectum proprium.

§. X. Uti vero in quolibet territorio una est Superioritas; ita non in omnibus uni subjecto *proprio* inhæret. In *Electorum*, *Principum*, *Comitum & Baronum* territoriis inhæret hisce Dominis territorii, quos modo nominavimus; atque ideo illa habent rationem regiminis Monarchici. Atque licet interdum plures Principes in communione vivant, atque exerceant S. T. omnes tamen habent tantum rationem unius, & sic formæ nihil decedit, quamvis tale regimen variis incommodis obnoxium. *Lincker. de S. T. p. 36.* Multo magis forma manet eadem, si unus nomine omnium imperet. Sæpe quidem contingit, alium Statum in alterius

rius territorio *Regale* hoc vel illud exercere, ſed id fit jure *ſervitutis*, vel *privilegii*, atque illi, qui iſto jure gaudet, non tribuit S. T. licet alterius quodammodo imminuat, & minus plenum reddat. Interim tamen, ſi territoria eccleſiaſticorum reſpiciamus, formam aliquam mixtam ibidem reperimus: dum nempe Epiſcopi & Principes in rebus alicujus momenti ſine conſenſu Capitulorum nihil facere poſſunt. videantur Acta inter *Elect. Colon. & Capit. in Sp. Stat. M. Jan. 1702. In iisdem* territoriis, ac in aliis Secularium & Ordinum provincialium ratio habetur, qui cum Domino territorii in rebus ad Provinciam pertinentibus peragendis concurrunt. Qua ratione autem id fiat, & an, ac in quantum Status Provinciales in conſortium aſſumti dici queant, & ſic ſpecies formæ mixtæ appareant? una regula definiri vix poteſt; res vero eſt maximæ diſquiſitionis, ſi ad ſpecialia quis deſcendere velit. Nobis datum non eſt, illa defungi. Interim in aliis Statuum Provincialium major, in aliis minor ratio habetur. Sunt & Principes, qui plane nullos agnoſcere volunt. Sed quicquid horum ſit, in plerisque tamen per pacta cum ſubditis poteſtas Dominorum territorii limites quosdam accipit. Quæ pacta ſervanda eſſe, tum recta ratio, tum

leges

leges imperii jubent. *a. 8. J. P. O. 14.* §. *33.* Quoad Civitates jam diximus supra, territorialem Superioritatem in illis modo populo, modo optimatibus inhærere, modo mixturam ratione formæ, vel modi administrandi adesse, prout ex descriptione earum *apud Knipsch. Limn. & Gastel.* disci potest.

§. XI. Quanquam autem omnibus Statibus Imperii S. T. sit eadem, atque quilibet, qui ea gaudet, quaslibet ejus partes etiam exercere queat: conditio tamen territorii interdum efficit, ut quædam in actum deduci haud possint. Exemplum ex dictis supra peti potest *cap. 40.* §. *24.* circa jus *Postarum.* Sic in cujus territorio nullæ sunt metallifodinæ; jus hoc etiam exercere non potest. Præsertim vero Status Imperii, quibus ampla territoria, & sic vires desunt, quibus res magnæ peragendæ, possunt etiam ad summam rerum, quæ in Europa geruntur, nihil vel parum conferre, atque sic *jus bell. & fœderum, legationis &c.* haud commode, vel raro deducere in usum. Et ob id *Suprematu*, vel cum hæc vox independentiam inferat, *Potentatu*, carere dicuntur, juxta sententiam *Fürstneri in Tract. de Jur. Suprem.* Quæ si modo recte explicetur, nihil absurdi habet. *vid. D. Lynck. de Potent.*

Potentatus.

§. XII. Quam ampla autem sit hæc Ordinum

dinum poteſtas, & quibus ampliſſimis titulis merito exornetur: propter dependentiam, quæ ineſt, *majeſtas* tamen neque in ſenſu *Politico*, neque *uſu publici noſtri Juris* dici poteſt. Et licet perſonatus autor *J. W. Relfendo* illud auſus eſt aſſerere, Ordinibus ſingulis proprie ſic dictam competere Majeſtatem, ap. neminem tamen applauſum meruit, & rationibus illius ſatisfecit apud nos celeberrimus auctor, qui nomen *Hunonis ab Hänefeld* placuit induere. Illud quidem non ignotum, Electores & Principes interdum ſigilla majora, Majeſtät=Siegel, vel Unſere Majeſtät vocare ſolere, qualia exempla legi poſſunt apud *Pfeffing. ad Vitriar. l. 4. 9. Ludov. Germ. Princ. Lib. 5. cap. 4. §. 15. Jpr. Feud. cap. 22. §. 6.* ubi notabile in allegato ibidem monumento, Electorem *Saxoniæ* verbis, Unſere Majeſtät, *Ducem Wilhelmum* vero verbis, Unſer Eigenes Inſiegel uti, qui tamen & alibi prioribus uſus *apud Ludov. d. l.* Sed uti non nego hac voce eminentiam poteſtatis intelligi, quo ſenſu etiam jure *civil. l. 9. ff. de Jurisdict.* venit; ita non puto aliud, quam quæ dixi, inde colligi poſſe. Quid ſtylo oratorio, vel adulatorio fiat interdum, huc non pertinet, nec ipſis Principibus placere ſolet.

An Majeſtas dici poſſit?

CAP. LX.

DE PARTIBUS TERRITORIALIBUS, ET IN SPECIE DE JURE CIRCA SACRA.

§. I.

Natura S. T. NAtura Superioritatis territorialis æmulatur & sequitur naturam summæ majestatis, cui subalterna; atque totum potestativum est, quod partibus vel facultatibus suis constat, quæ tot tantæque sunt, ac ipsius majestatis summæ. Itaque qui ista gaudent in territoriis suis, omnia ea possunt intuitu illorum, quæ possunt, qui juribus majestaticis gaudent in universo Imperio intuitu ipsius, nisi, ut diximus, exceptio aliqua probetur. Quod clarius patebit, si de singulis agamus. Scil. *jura S. T.* quæ & *regalia* suo modo dicenda, jura sunt, illis competentia, qui S. T. gaudent, ad salutem & decus territorii, tanquam subalternæ Reipubl. tuendum: quod proximus finis est eorum, licet etiam per consequentiam ad salutem, & decus universi Imperii tendant. Uti vero jura majestatica non tantum

Jus circa sacra. circa *civilia*, vel *profana*, sed etiam circa *sacra* versantur, ceu ostendimus *c. 42. §. 4. seq.* ita etiam idem dicendum de territoriali potestate. Atque ideo jus circa sacra, seu religionem Christianam eique con-

connexa recte ordinandi, Statibus quoque singulis intuitu territoriorum, competit, quod iterum variis partibus, ut mox videbimus, constat.

§. II. Enim vero dubium hic non leve nasci potest, qua ratione scil. jus circa sacra vi territorialis potestatis competere possit, atque etiam dici id a Cæsare, vel Imperio profectum esse, vel Cæsarem Status de illo investire, cum nec Cæsar solus, nec cum Statibus, vel Electoribus collective sumtis, h. e. tota Majestas Imperii integra potestate illa circa sacra reapse gaudeat, saltem illa non utatur, sed illud jus quibusdam tantum, quæ erga reliqua exigua videntur, exceptis Romano Pontifici, & qui hunc ceu caput Ecclesiæ visibile colunt, Episcopis relinquant. Sed tolli hoc dubium posse sequenti ratione existimo. Scil. supponendum est, uti in omni civitate, ita etiam in Imperio nostro jus circa sacra summo imperanti jure competere, ut tum in thesi, tum in hypothesi ostendimus *d. c. 42.* nec opus est hic repetere. Porro concedendum id est, juris illius Majestatici exercitium plenissime utendum fruendum inferiori potestati concedi posse, ut dependenter illud habeat: nam cum in reliquis partibus majestatis id, omnibus fatentibus, fiat, nulla causa est, cur hic

Dubium.

Tollitur.

credamus, rem aliter ſe habere. Poſtquam itaque ex Imperatorum conceſſione, ſaltem tacita, *Duces* primum, poſtea alii, territoria hereditaria lege, & ſimul exercitium Juris Majeſtatici, vel jus illud regendi ea ſubalternum acquiſivere, non eſt quod dubitemus, uti ad reliquas partes omnes, ita etiam ad haſce illud jus ſubalternum porrexiſſe. Quod quidem non uno impetu factum; ſed pedetentim, prout & reliquis juribus territorialibus id contigit. Neque etiam tam cito jus hoc apud Ordines incrementa cepit, ac jus circa profana, tum propter ſuperſtitionem erga ſedem & Eccleſiam Rom. tum etiam propter fraudes ac malas artes Pontificum, & Clericorum, qui occaſione, quam vel bella, quibus Imperium affligebatur, vel interdum ſocordia imperantium, & oſcitantia, vel mali eorum mores ſuppeditabant, pro amplianda ſua poteſtate ſtrenue laborarunt, ut dictum *c. 42. §. 23. ſeq.* Ob quas cauſas etiam factum eſt, quod ipſi Imperatores jure ſuo non uſi, ſed maximam partem id a Pontificibus ſibi extorqueri paſſi ſint, imo per transactiones, & concordata, aſſentientibus quibusdam Principibus, eo ceſſerint plane: quo ipſo Principum etiam jura ſuppreſſa ſimul fuere, ac impedita. Interim variis exemplis comprobari poteſt, a tem-

a temporibus *Heinrici Auc.* & *Ottonum*, usque ad tempus *Reformationis*, Principes in territoriis suis quadam potestate in rebus Ecclesiæ usos esse. Legi possunt apud *Hugon. cap. 3. de Stat. Region.* §. 24. *Schilt. de Lib. Eccles. Lib. III. cap. 4. num. 9.* & alibi passim *it. de Pace Rel. c. 3.* §. 15. *D. Stryk. de Jure Papal. Princ. cap. 1.* §. 5. Pertinet huc maxime locus in *Chron. Montis sereni ad an. 1559. pag. 31. edit. Maderian. Henricus Dux* propter Christianitatis religionem propagandam Episcopos constituendi in Sclaviam, & investiendi potestatem ab Imperatore accepit. *Conf. Chron. Gozecens. ad ann. 1156. p. 260.* Quibus addi debet factum *Heinrici* illustris, qui superstitioso cultui imaginis *D. Mariæ* Freibergæ ann. 1261. modum posuit. *vid. Annal. Freib. Molleri ad d. ann. Georgium* Ducem Saxoniæ (cujus assertum traditur, Er wäre in seinem Lande selbst Pabst, Käyser, und Teutscher Meister. *D. Stryk. de Jur. Papal. cap. 2.* §. 12.) jam 1492. de indulgentiis judicasse *Seckendorff.* docet *H. L. Lib. I. Sect. 6.* §. 6. *add. 2. Lit. K. A. 1517.* Academia Witt. visitata. a Leg. Elect. *Seckend. d. l.* §. 8. *n.* 8. Sub eodem tempore *D. Georg.* Abbatem Monasterii *Portensis* per Commissarios officio removit ob peculatum. *Pertuch. Chr. Port. L. I. p. 163.* qui ipse circa electionem Abbatum partes suas habuit, ut idem docet

Pertuch. p. 185. seqq. Quanquam etiam de omnibus simile quid consignatum literarum monumentis non reperiatur: non tamen ideo existimandum est, statim omnimodo illos id neglexisse. Et si maxime a quibusdam id factum est, reliquis tamen fraudi id esse non poterit. Quinimo ante *P. R.* per *R. J. de 1524.* §. *28. 29.* singulis Statibus jus circa sacra in territoriis asseritur, quod pariter factum *R. J. 1526.* §. *4.* ut nihil dicam de illis, quæ in Conciliis *Constantiensi*, & *Basiliensi* pro libertate Ordinum hac parte acta. *v. Schilter. de P. R. c. 3.* §. *14.*

Declaratio ulterior. §. III. Postquam vero clarior lux affulsit veritatis divinæ, & Principes quidam intellexerunt jure istas usurpationes Pontificum contemni, & a concordatis recedi posse, ut dictum *cap. 42.* §. *24.* magis magisque jus suum vindicare cœperunt; donec tandem pace religiosa tota jurisdictio illa, vel potestas ecclesiastica, quam *Papa*, & *Pontifices* illi succenturiantes sibi asserebant, intuitu Statuum, qui Protestantes dicuntur, eorumque territoriorum suspensa, (ita mollius placuit loqui) usque dum de religione dissentientes inter se conveniant. Quod quousque non fit, cujus spes est exigua, idem est vi ipsa, ac si sublata diceretur. Quo facto omne impedimentum sublatum, propter

propter quod intuitu ſacrorum non potuit libere exerceri jus territoriale. Ceſſante ergo illo impedimento, conceſſo jure territorialis poteſtatis, eaque conceſſione ſubinde renovata Status illi jure territoriali in ſacris plenisſime uti poſſunt, utut Imperator, ut ſupremus Dominus, ſolus, vel cum Statibus collective ſumtis neque ratione totius Imperii, neque etiam hujus, vel iſtius territorii, ſi ad illum reverteretur, eo utitur, vel uteretur. Quid enim obſtat, quo minus conceſſionarius jure ſuo pleniſſime uti queat, ſi maxime concedens eo uti nolit, vel actu non ſit uſus? Quemadmodum autem ita, ut puto, ex his liquet, habere & accipere Status Imperii S. T. quoad ſacra ab Imperatore & Imperio, & de illa etiam titulo feudali inveſtiri: ita & illud hic non omittendum eſt, pluris aliquid habere Status Imperii circa ſacra, quam territorialem poteſtatem, quæ dependens eſt, quanta quanta alias ſit. Quum enim Pontificis jus, quod uſurpatione ad ſe rapuit aliisque rationibus firmavit, in territoriis Proteſtantium ſuſpenſum, Imperator vero vel ſolus, vel una cum Statibus nolit uti parte hac Imperii ſummi, jure alias competente; reſp. Imperii & ſingulorum territoriorum, non poteſt aliter fieri, quam ut hæc pars ſummæ ac in-

dependentis potestatis in territoriorũ Dominos, vel societates territorium constituentes recidat, ita ut hoc intuitu Protestantes Status independentes sint, & omnibus Regibus, Principibusque Catholicis antecellant. Hac ratione vero nulla investitura agnosci potest; sed talis tantum concessio, quæ ex pacto inter partes fit, vel derelictione. Atque hoc sensu verum est, quod dicitur, quemlibet Principem Papam esse in suo territorio, hoc est supremum directorem Ecclesiæ, & summam potestatem circa sacra exercere, & sic idem posse, quod inter Pontificios Papa sibi arrogavit: quamvis hoc sano sensu accipiendum, nec ad abusus illos, & corruptelas trahendum, de quibus Germania semper questa est. Liquet etiam ex his, minus dicere, qui Principibus nostris, & Statibus Imperii jus Episcopale tantum tribuunt, quod subordinatur Pontificis potestati, cum illorum potestas longe altius ascendat. Quod jus sacrorum Principes nostri satis bene distinguere ab isto norunt, dum ea, quæ juris Episcopalis sunt, Consistoriis, & Superintendentibus demandant, supremam autem curam sacrorum sibi ipsis servant, & negotia illuc pertinentia, vel in peculiari Senatu Ecclesiastico, vel Consilio intimiori tractari curant. *Dn. Stryk. ad Brunnem. J. Eccl.*

L. I.

L. I. c. 6 m. 12. Link. de Jur. Episc. cap. 1. Sed est tamen & his illud maximopere addendum, independentem esse Statuum Imperii potestatem, modo scil. non impingant in constitutionem pacis religiosæ, cui actus eorum utique subjacent. Itaque quoad hos actus, quos Lex hæc dirigit, de qua act. *supr. c. 9.* hocque respectu independentes esse non possunt: & si quicquam agant, quod isti Constitutioni contrarietur, lege adversus illos agitur, & pœnam pacis publicæ fractæ incurrunt. Quod ad Catholicos Status attinet, æquali jure cum reliquis uti possent, si vellent. Sed dum hypothesibus religionis suæ inserviunt, negligunt, fere hoc jus, & præter *jus reformandi* parum, vel nihil fere juris circa sacra, nisi ex speciali concessione Pontificis, usurpant: *cum id totale jus sacrorum repugnet e diametro sanctissimæ Romanæ sedis auctoritati, debitaque devotioni,* ut loquitur Catholicus scriptor. *Anton. Guil. Ertl. Theatr. Super. terr. App. V. p. 99.* Illi vero Status, qui Episcopi Catholici sunt, jus Episcopale quidem habent, sed non qua Principes, sed qua Episcopi. *Lyncker. ad Schwed. d. c. 11. §. 1.* Moni-tum. Catholici Status.

§. IV. Competit ergo Statibus Imperii, & inter hos Civitatibus quoque, ut per partes nunc eamus, potestas definiendi, *quaenam Sacra publica habenda, qua tole-* Jus reformandi.

randa, *quanam fugienda*, quod vulgo jus *reformandi* dicitur, ex quo illud vulgatum ortum: *Cujus est regio*, *illius est religio*. Hoc jus jure territorii, & superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi competere dicitur, & confirmatur, *in a. 5.* §. *30.* & alibi. *J. P. W.* Quod etiam ad terras oppignoratas Statibus ab Imperio extenditur, §. *26. in fin.* imo etiam ad oppignoratas ab aliis Statibus, sed ita, ut facta reluitione, pristinus Dominus in terris ad se reversis suæ religionis exercitium introducere queat, §. *27. Strauch. de Oppign. non Imp.* §. *50.* Sed vid. tamen *d.* §. *27. Rhet. II. 1. 36. Schilter. de P. R. cap. 8.* §. *12.* Neutiquam tamen illis competit, qui saltem jus feudi directum, vel jurisdictionem criminalem, jus retentionis vel patronatus aut filialitatis conjunctim, vel divisim habent. §. *42. & 44. J. P. W.* Est tamen hocce jus suis limitibus inclusum. Quorsum 1) pertinet, quod pace religiosa *R. R. 1555.* §. *16.* cautum: *Doch sollen alle andere*, *so obgemeldten beyden Religionen.* scil. Catholicæ, vel ut ibi vocatur, *der alten Religion* & A. C. addictorum, *nicht anhaengig*, *in diesen Frieden nicht gemeynet*, *sondern gaenzlich ausgeschlossen seyn*; & *Pace Westphal. a. 7. J. P.* quo *Reformati* in communionem P. R. admittuntur: *sed præter religio-*

Limit. ejus.

Restr. ad III. Relig.

ligiones supra nominatas nulla alia in S. R. I. recipiatur. Quæ certe leges facultatem omnem recipiendi, vel tolerandi aliam præscindunt. *Rhet. II. 1. 18.* Ut adeo mirer, non deesse, qui *Principes Evangelicos regale habere tradunt toleranda etiam religionis alterius.* Licet enim ex mente Evangelicorum ita explicandam Pacem Relig. & Westph. putent, ut Evangelicos hanc libertatem sibi asseruisse censeatur: neutiquam tamen hisce conjecturis ex mente unius partis est dandus locus, ubi præsertim apertissima conventio, & planissima legis publ. verba aliud exigunt, nisi velimus pacta, atque publicas Germaniæ Leges omnino evertere. Quid? quod, nec mentem A. C. addictorum fuisse, omnimodam libertatem credendi introducere, acta docent: dum nempe sæpius testati, se alias Sectas, Anabaptistas, & similes non tolerare, nec etiam velle, satisque habuerunt, si modo ipsi pace frui possent, & gaudere. Patent hæc clarissime ex declaratione Ordinum A. C. addictorum Cæsareæ Majestati oblata ann. 1566. quam exhibet *Lehman. Lib. III. de P. R. c. 5.* ibi: *Auch nicht gestatten wollen, daß einige Secte, sie heisse wie sie wolle, in ihren Kirchen eben mit ihren Willen, Stadt, Platz, oder Raum haette;* (quibus jungantur tamen §§. *seq. &c. 9.*)

9.) tum ex ipso *R. J. 1566.* §. 5. Quam magna lis Reformatis de consortio P. R. etiam a Lutheranis mota, quam ægre tandem admissi, acta docent: ita, ut tantum absit, hos quoque omnimodam libertatem omnes religiones admittendi petere, vel cogitare potuisse, ut satis felices se existimaverint, quod ipsis tandem pace religiosa licuerit frui. Cæterum istam exclusionem aliarum religionum Juri Naturæ, & principiis Christianismi non repugnare puto, atque id ex illis intelligi potest, *quæ d. cap. 42.* in medium adducta. *conf. Ziegl. de J. Maj. L. 1. c. 14. seq. conf. d. c. 50. §. 10.*

Regula ex observ. a. 1624. §. V. Deinde 2.) pacis causa conventum est, & quidem 1.) inter *Romano-Catholicos* & *A. C. consortes* in genere, *a. 5. §. 31. J. P.* ut, si dissentientes a religione Domini anno 1624. quacunque anni parte, sive certo pacto, aut privilegio, seu longo usu, sive sola denique observantia dicti anni habuerunt, sive *publicum* sive *privatum* exercitium religionis, illud quoque habeant in posterum, quatenus nempe illud dicto anno exercuerunt. Id quod ad annexam quoque institutionem consiliorum, ministeriorum &c. extenditur, *d. §. 31.* Quod si vero pacta, transactiones, conventiones inter Status & subditos hac parte ante hac intercesserunt, eatenus

tenus ratæ & firmæ manent, quatenus observantiæ dicti anni non adversantur, nec ab iisdem, nisi *mutuo consensu* recedere licet, Annihilantur alioquin omnia pacta, sententiæque latæ observantiæ anni 24. quæ perpetua regula esse debet, adversa. Quod tamen non impedit, quo minus nova pacta intercedere possint. Qui dicto termino nec publicum, hoc est in loco sacro publico, nec privatum, h. e. in ædibus privatis religionis exercitium habuerunt, illos Dominus dissentientis religionis aut *tolerare* potest, aut *jubere*, ut emigrent; sed non potest, minus spatium triennio, si post pacem Westphal. religionem mutarunt, si ante, non minus quinquennio ipsis præfigere §. *36. 37. a. 5. J. P.* Quæ tamen necessitas emigrandi imponi non potest illis, qui in territoriis a Statibus aliis oppignoratis, & ad pristinos dominos reversis habitant §. *27. d. art. 5.* quanquam & non desint, qui justam causam præcedentem, ob quam discessus injungi potest, supponunt. *D. Stryk. de Via facti Princip. cap. 3.* §. *18.* Possunt etiam tales subditi dissentientes a Domino sponte emigrare, atque libere, si velint, nec inviti detineri possunt a Domino, nec prætextu servitutis, ut adeo & homines *proprii* hoc beneficio gaudeant, soluto tamen æquo proemio manumissionis.

onis. *Schütz. Manual. pacif. qu. 12. Rhet. de Sarc. emigr. c. 4. §. f.* Utroque casu *migrationis* liberum est aut retentis bonis, aut alienatis discedere, relicta per Procuratores administrare, & si opus, libere accedere & recedere. Utroque casu abeuntibus etiam non sunt deneganda nativitatis, ingenuitatis & manumissionis, honestæ vitæ testimonia, nec illi in usitatis reversalibus, vel decimationibus gravandi. *v. §. 35. 35. 36. J. P. a. 5.* Atque adeo *jus emigrandi* & *necessitatis*, domino scil. jubente, est, *& voluntatis* quoque. *Myler. de St. Imp. cap. 82. §. 6.* De territoriis de quibus duo litigant, *v. §. 43. a. 5.* De Silesiacis & aliis Austriacis subditis *vid. §. 38. 39. ib. Buck.* Ubicunque vero diversæ religionis subditi sive juxta regulam ann. 24. sive ex pactis posterioribus sive ex gratia tolerantur, *patienter* debent tolerari, hoc est inquisitionibus non subjici ob solum scil. dissensum, nec vi conscientiis facta compelli ad religionem, aut despicatui haberi, vel a juribus aliorum excludi, ut dictum *supr. cap. 52. §. 2. d. §. 35. a. 5.* imo nec illis, qui nec publicum, nec privatum exercitium habent, interdici, ut ne in vicinia apud suos suæ religionis consortes cultui divino intersint, & illuc liberos mittant baptizandos, & erudiendos, aut privatim devotioni suæ in-

indulgeant, & præceptores liberorum domi alant. *d. §. 34. art. 5. Ziegl. de Jur. Maj. I. 14. 4.*

§. VI. Quod ad A. C. addictos inter se ipsos, Lutheranos scil. ac Reformatos attinet res æstimanda ex *art. 7. I. P.* In eo articulo omnia, quæ pax religiosa omnesque eo pertinentes constitutiones A. C. addictis tribuunt, conceduntur etiam *Reformatis*, salvis tamen semper Statuum Protestantium inter se & cum subditis suis pactis, privilegiis, reversalibus &c. salva etiam cujusque conscientiæ libertate. De cætero conventum, ut, si Status Imperii *Lutheranus*, vel *Reformatus in futurum* territoria acquirat, in statu ejusdem religionis omnia relinqui debeant, quo accepit; possit tamen ipse, diversæ religionis si sit, exercere religionem suam suis sumtibus, in Residentia sua, & concionatores aulicos secum habere; aliisque suo sumtu id concedere. Quæ latius ex ipso articulo cognosci possunt. *Rh. II. 1. 44.* De eo casu si Principes, vel Status Evangelicus in territorio ante pacem acquisito, reformare velit, nihil disponit *P. W. d. art.* nec etiam terminus anni 24. statutus est, si inter dissentientes protestantes quæstio vertatur: ergo videtur liberum esse jus reformandi hac in parte, quousque pactis cum subditis non restringitur, quæ Quoad Luther. & Reformat.

reli-

religiose servanda sunt, *juxta* §. *33. art. 5.* & *a. 7.* Ad plures quæstiones speciales hic descendere non licet. *v. tamen d. c. 9* §. *13. in f.*

Judicium de rebus sacris. §. VII. Asserto Principibus nostris jure circa *introducendam* religionem non potest non etiam illis jus esse judicandi de rebus sacris, de quo repetenda omnia illa sunt, quæ dicta *cap. 42.* §. *11.* & §. *15.* Atque hinc est potestas illis non tantum colloquia Theologorum adornare, verum etiam Synodos provinciales instituere, atque in illis de rebus ad religionem pertinentibus agere, exteros etiam ad illas invitare, omniaque facere, tum in ejusmodi Synodis, tum extra illas quæ summis imperantibus competere diximus, & denuo allegare non opus. Ad quod utique pertinet facultas edendi formulas, quibus Summa fidei, quam Ecclesia profitetur, continetur: quæ Symbola alias vocantur. Nec etiam desunt harum rerum exempla. Passim enim videmus, Principes *Protestantes* in Comitiis Provincialibus, una cum Statibus Ecclesiasticis & Politicis, de rebus ad religionem pertinentibus, agere, quæ Comitia eatenus rationem habent Conciliorum provincialium. *Catholici* vero Status hac parte jure suo raro uti solent, sed hanc judicandi facultatem tantum non omnem Cle-

ro Romano relinquunt, atque fere, quod Ecclesia credit, pie credunt. Negandum tamen non est, inter illos quoque esse, qui disquisitiones de fide & religione instituant. Quorsum pertinet a *Georgio* Duce Saxoniæ instituta disputatio *Lutheri*, & *Eccii*. it. Colloquium *Ratisbonense*, auctoribus *Maximiliano* & *Philippo Ludovico*, *Comitibus Palatinis & Bav. 1601.* Quid vero adversus dissentientes liceat, tum *ex c. 42. §. 14.* tum ex antecedentibus h. c. dictis intelligitur. *Ziegler. de Jur. Maj. Lib. I. c. 16.*

§. VIII. Porro Principibus & Statibus Imperii competit potestas condendi *leges ecclesiasticas*, Kirchen-Ordnungen, de qua dictum *cap. 42. §. 15.* Qua plenissime utuntur Evangelici, nisi temperamentum vel ex legibus publicis, *P. Rel.* scil. &c. vel pactis cum subditis, aut aliis adsit. Plerumque vero in Comitiis Provincialibus leges istæ cum Statibus Provincialibus communicantur ante promulgationem. Neque enim hic ullam potestatem Romani Præsulis agnoscunt. Et si juris Pontificii admissionem in quibusdam causis ferunt, id non nisi ex libera voluntate fit, nulla vero ex necessitate. Adhoc jus etiam spectat mutatio *Calendarii*, quæ sub initio hujus seculi, ex communi placito Evangelicorum Statuum, quolibet Potestas LL.

 terri-

territorio vi territorialis poteſtatis lege publica facta. *vid. ſupr. cap. 42. §. 25.* Pertinet huc etiam poteſtas jubendi, ut illi, qui ad munia eccleſiaſtica, vel ſecularia adſpirant, jurejurando affirment, ſe doctrinæ illi aſſentiri, quæ libris Symbolicis Eccleſiæ continetur. Quod inſtitutum licet variis conviciis proſcindatur, improbandum tamen non eſt. Cum enim maxime interſit Principis, noſſe, quid ſentiant circa religionem, qui officiis præficiuntur, cur non liceat per juramentum ſecurum ſe hac parte reddere? & cur quis defugiat bona fide affirmare, & candide, quæ ſententia animo hæreat? Nemo vero ad hoc jusjurandum ſubeundum vi compellitur: nec eo pertinet, ut, ſi conſcientia ad aliam ſententiam impellat, prior mutari non poſſit. Sed hoc tamen probare non poſſum, quod ad jusjurandum tale accedant, vel admittantur, qui libros Symbolicos vix oculis aſpexerunt, multo minus perlegerunt. Quicquid enim hic obvertatur, probatur mihi neutiquam. Uti vero leges eccleſiaſticas vel ipſi condunt, vel jus Canon. libere admittunt: ita etiam hoc intuitu jus interpretandi iſtas leges, & diſpenſandi etiam illis denegandum non eſt ex principiis notiſſimis. Atque ſic etiam poterunt circa Capitulorum Statuta diſpenſare, quod

Diſpenſatio.

Cano-

Canonistæ communiter concedunt Romano Pontifici. *Dn. Stryk. de Jure Papal. c. 5. §. 10.* Si enim Statuta illa aliquid, quod præter, vel contra jus commune sit, contineant, pariter ut alia Statuta subjacent Superioris voluntati. Et si maxime hic illa confirmavit, ita ut sic legis vim acceperint, dispensandi tamen facultas adhuc superest, sive facultas mutandi reservata, sive non, quousque in aliis LL. *vid. diss. de Conf. Stat. §. 33. seq.* Interim tamen non nego, si Superior vel expresse vel tacite confirmavit, haud facile dispensando ab illis recedendum, nisi magna causa urgeat, & fortasse talia sint, quæ *nullum usum* habent, e. g. ut Canonicus noviter admissus primo anno residentiæ singulis noctibus in templo dormire debeat, quod sæpe compotationibus & lusibus chartarum ansam præbet. In Actis nostræ Facultatis elegans extat responsum a *B. Zieglero 1687.* scriptum, pro dispensatione in tali casu. Idem dicendum, si res statuto comprehensa cum periculo animæ quodammodo conjuncta, e. c. si de matrimonio Canonicis, vel Abbatibus Evangelicis permittendo quæstio sit. Plane ubi per LL. Imperii publicas, vel per pacta Capitulorum Statuta tale robur acceperunt, ut principi nihil eo intuitu liceat, dispensatio utique

cessabit. *vid. J. P. a. 5. §. 16. 26.* Nec tamen facultas dispensandi eo trahi debet, ut contra jus divinum e. g. in gradibus eo prohibitis dispensetur. Nam licet Papa hoc faciat, male tamen fit, atque Principes Evangelici hanc usurpationem imitari non debent. *D. Stryk. de Jure Papal. cap. 2. §. 2.* Catholici vero Status omnibus hisce nunquam, vel parce utuntur, sed LLationem Pontificis, & dispensationem agnoscunt. *vid. d. cap. 42. §. 23. 24. 25.*

Potestas Judiciaria. §. IX. Sequitur *potestas judiciaria*, quæ pariter iis, qui S. T. pollent, vindicanda, quamvis *Catholici* Status illam negligant, atque Episcopis, & supremam *P. R.* relinquant, in causis, ubi Jurisdictio ecclesiastica vere fundata. *R. J. N. §. 160. vid. supr. cap. 42. §. 28. 30.* *Protestantes* vero, in quorum territoriis tota jurisdictio ecclesiastica Pontificia (excepto casu si ratione redituum censuum &c. in possessione vel quasi jurisd. ecclef. ann. 1624. fuere §. 48. a. 5.) suspensa. Protestantes vero certa *judicia ecclesiastica*, quæ *Consistoria* vocantur, in territoriis constituunt, quibus pleraque ea demandant, quæ alias ad *Jurisdictionem, & L. Diæcesanam a Canonistis* referuntur; quamvis quædam etiam ex hisce *Superintendentibus*, vel *Inspectoribus*, ut vocamus, committantur

Linck,

Linck. de J. Episcop. cap. 15. num. 95. Hæc Collegia plerumque tum *Theologi*, tum *Politici* constituunt; sed ita, ut fere ubivis Directorium *Politico* demandetur. Quæ mixtura uti non improbanda; ita vero ista præcise necessaria tamen non est, nec ubique observatur *Linck. d. l. c. 12. n. 9.* atque etiam in eis locis, ubi a Consistoriis mixtis ad superiora appellatur Tribunalia, non nisi Politici causas in his dijudicant, uti fit *Dresdæ* in Senatu Provocationum summo, ut notum, & in *Tribunali Wismariensi. Mev. P. IV. Dec. I.* Ubi vero ab ejusmodi collegiis absunt Theologi, & consilio eorum opus, merito in partes vocantur. In his terris Consistorium supremum, *Ober-Consistorium*, datur *Dresdæ*, quod tamen, qua tale, in reliqua Consistoria nullam habet potestatem; sed tantum vel ratione ordinis, vel quia conjunctum est cum *Senatu Ecclesiastico*, Kirchen-Rath, ita dicitur. Qui Senatus sub nomine Principis ipsius jus circa sacra exercet, & intuitu reliquorum Consistoriorum inspectione & directione gaudet, ita tamen ut res majoris momenti ad Consilium Status intimum referantur, atque Electoris ipsius sententia expectetur. *Carpz. l. 12.* In istis vero Judiciis jurisdictio exercetur, tum circa personas, & res ecclesiasticas, qua tales, tum

tum etiam ratione causarum ecclesiasticarum, vel mixtarum, ut vocantur, de quibus omnibus hic prolixe agere non licet. Legi autem possunt *Carpzov. Brunnem.* notissima scripta, & in compendio *Schilter. Inst. Jur. Can. l. 5.* Quorsum etiam apud protestantes adhuc causæ matrimoniales plerumque referuntur, quæ a Pontificibus alioquin perperam ad ecclesiasticam jurisdictionem tractæ. Relaxatio tamen juramenti, quam Catholici etiam tribuunt ecclesiasticæ jurisdictioni, apud Evangelicos potestati seculari adscribitur. *Const. Sax. 30. P. II. ubi Carpzov. Myl. c. 44.* Eorum etiam judiciorum est, decernere pœnas, & censuras ecclesiasticas, imprimis sententias excommunicationis, der Kirchen-Busse, des Kirchen-Bannes: quæ quidem inter Protestantes rarius in usum deducitur, non tamen penitus est sublata. *Gener. Art. Sax. T. 10. vid. Carpz. Lib. III. Jpr. Consist. d. 85. seqq. Brunn. L. I. c. 6. m. 9. §. 3. ub. Stryk. Ziegler. de Jur. Maj. Lib. I. cap. 7.* Atque licet Dominis territoriorum vindicare quoque crimina Clericorum, eo tamen casu, quando res eo devenit, ut tortura decernatur, atque ad capitalem pœnam, vel corporis afflictivam deveniendum: Consistoria abstinent ab ulteriori cognitione, & res secularibus judicibus committitur. *Carpzov. L. III.*

L. III. d. 4. Modum procedendi in his judiciis prolixe hic describere non datur. Obiter tamen notandum duco, in nostra Saxonia illud, quod in Resol. Grav. 1661. *Tit. von Consistorial-Sachen* §. *XI.* de citatione mediata habetur, tantum ad Nobiles, & Civitates, & illos, qui jure patrimoniali habent jurisdictionem, pertinere, non vero ad præfecturas, *Churfürstl. Aembter*, quarum subditi immediate a Consistoriis citari possunt. Quod probat notabile Rescriptum *Potentiss. Regis Pol. ad Consist. Wittenb. dat. 9. Febr. 1703.* Sententias exequuntur per judicem secularem, juxta *l. 8. C. de Episc. Audient. Carpzov. III. 13.* Ac licet a Consistoriis ad Principes, vel tribunalia superiora provocetur, qualia exempla antea allata *Schilter. d. l. 1. 5.* ulterior tamen provocatio regulariter non datur: non ad Pontificem propter *J. P. a. 5. §. 48. R. N. §. 164.* non ad Judicia Imperii, quod hæc regulariter ejusmodi causas non recipiunt. Exceptiones diximus §. *28. c. 42.* quæ tamen & tunc non invenient locum, si Principes gaudeant privilegio de non appellando. *Conf. Diss. D. Stryk. de Jure Pap. c. 6. D. Bodin. de illicita a Principibus Protestant. Provocat. in Eccles.* Processus.

§. X. Quoad *Jurisdictionem* autem *Ecclesiasticam*, & *legem Diœcesanam* illud adhuc Monitum.

 huc

huc obſervandum eſt, in territoriis *Statuum Catholicorum*, ſi *Landſasſii, Vaſalli & ſubditi anno 1624.* jurisdictionem Eccleſiaſticam Epiſcoporum non agnoverunt, ſed eam ipſi exercuerunt, in poſterum etiam illam exercere poſſe, *R. J. 1555. §. 20. art. 5. §. 31. 48.* Atque tunc facultas etiam illis eſt, Conſiſtoria inſtituendi, quæ Domino territorii non ſunt ſubjecta; qualia mediatorum Conſiſtoria quidem in terris Evangelicorum Statuum etiam reperiuntur. *Lincke. cap. 15. n. 55. & 101.* ſed dependentia illa ſunt a Dominis territoriorum. Ubi vero e contrario Status provinciales & ſubditi Evangelici *ann. 1624.* jurisdictionem Eccleſiaſticam Catholicorum agnoverunt, porro ſubeſſe debent in illis, quæ A. C. neutiquam tangunt, modo nihil injungatur occaſione proceſſus A. C. vel conſcientiæ repugnans, *a. 5. §. 48. Rhet. 2. 1. 35.* Quo eodem jure A. C. magiſtratuum Cathol. ſubditi cenſentur *d. §. 48.* Quod ſi vero ſubditi dantur A. C. addicti *ann. 1624.* nec ſubfuere Epiſcoporum Cathol. jurisdictioni, nec ipſi illam exercuerunt, illi nemini, niſi Dominis territorii ratione horum ſubjacent, qui tamen ita exercent poteſtatem eccleſiaſticam in illos, ne aliquid A. C. vel conſcientiis, vel P. R. vel pactis adverſum in illos ſtatuant, vel ab iis exigant.

Quod

Quod tunc præcipue fit, si Princeps Evangelicus commutet religionem cum Catholica. *Lincke d. l. n. 58.*

§. XI. Jus visitandi ecclesias utique etiam ad potestatem territorialem pertinet, atque Principes & Status Evangelici interdum per Consistoria, interdum per Commissarios, vel alios in hanc rem deputatos, vel etiam per *Superint.* uti dicuntur, id peragere solent *Schilt J. E. I 6.* Quæ visitatio Statibus Evangelicis quoque competit interdum in Monasteriis, & fundationibus Catholicis juxta observantiam *1. Jan. 1624. §. 26.* verb. ibi: *visitandi &c. art. 5. J. P.* Catholici Principes raro sibi vindicant hoc jus; sed tamen interdum id factum esse, ex exemplis §. *2. hoc cap.* allatis constat. Quoad Constitutionem ministrorum Ecclesiæ iterum affirmandum est, esse circa eandem jus idem, ac diximus esse Majestatis, *cap. 42. §. 17. Catholici* hac parte etiam plerisque non utuntur, quæ jure competerent. Notum tamen, Cæsarem in terris suis hereditariis circa Episcoporum constitutionem majorem auctoritatem exercere, quam in Imperio. Utuntur etiam quidem jure primariarum precum: qualia exempla *apud Schweder.* habenter. *P. Spec. Sect. I. cap. 5. Schilter. de Libert. Eccles. Germ. in addit. 5. 6.* & jure Patronatus. *Lancell. L. I. Tit. 28.*

Jus visitandi.

Constitut. Minist. Eccles.

§. 2. 3. ubi tamen semper, vel *Pontificis*, vel *Archi-Episcopi*, vel *Episcopi* confirmatione opus. Inter *Evangelicos*, ubi Capitula mediata habentur, quæ Episcopos A. C. addictos eligunt, vel postulant, sine auctoritate Dominorum territorii fieri id nequit: quamvis in plerisque talibus capitulis pacta hodie extent cum Principibus territorii, juxta quæ vel ipsi, vel agnati eligendi, vel postulandi sunt. Exercere etiam illos cum *Conjugibus* jus primariarum precum, passim docent Dd. *Scheplitz. P. I. Const. March. tit. I. §. 2. 5. Schil. d. l. vid. supra c. 42. §. 33.* Quibus & porro jus præsentandi in Catholicis fundationibus, imo & *Parochos* constituendi competit, juxta observantiam *anni 1624. d. 1. Januar. d. §. 26.* Imo, si *electiones*, quæ in omnibus capitulis juxta Statuta antiqua fieri debent, *art. 5. §. 16. J. P. Rhet. II. 5. 57.* a Collatoribus debito tempore non fiant, ac modo, distributio & collatio in ejusdem religionis personas, cujus decedens fuit, jure devoluto ad eos pertinet. §. 26. Utrum vero Principes Evangelici jure *provisionum, mensium Papalium, annatarum*, quibus juxta concordata Pontifex gaudet, in capitulis Evangelicis, vel mixtis uti possint? non omnium est una sententia. Multi affirmant, existimantes, ideo non posse non hæc Principibus

Provisiones?

pibus Evangelicis competere, quoniam Menſ. Papal.
jus Pontificis hoc intuitu, ſuſpenſum §. *19. & 48. art. 5. J. P. W.* atque ſic illud non poſſet non recidere ad Dominos territorii. Sed quia hæcce jura ad corruptelas Eccleſiæ ſemper fere relata ſunt, atque a Germanis multoties de illis queſtum, dubium aliis videtur, num Domini territorii commode illis uti queant. Quoniam tamen ratio beneficiorum ejusmodi Eccleſiaſticorum hodie plane degeneravit, atque Canonici ſimilesque beneficiarii, exigua, vel nulla Eccleſiæ præbent miniſteria, eaque omnia fere hunc ſaltem finem habent, ut hominibus bene meritis de republica, aut merentibus adhuc, vel merituris, emolumenti aliquid accedat; ſæpe etiam homines inertes, & ad publica munia plane inidonei, ſaltem, quod nobiles ſunt, beneficia hæc accipiunt, atque adeo non multum mali Eccleſiæ ex iſtis proviſionibus, & menſibus Papalibus &c. contingere poteſt: prior illa ſententia applauſu non deſtituitur. Sed ita tamen accipienda eſt, ne quid decedat pactis cum capitulo, quæ utique ſervanda ſunt. *Conf. D. Rhet. l. 16. 8. D. Stryk. de Jur. Papal. c. 3. & 4.* Sub titulo redem- Redemt. pallii.
tionis pallii ab Epiſcopis mediatis ideo, quod non tantum ab Archi-Epiſcopis, ſed interdum etiam Epiſcopis, Pontifex jura

Pallii

Pallii prætendat, Principem territorii quid exigere posse, qui statuerit, & sic modum istum emungendi pecuniaEcclesias per rem superstitiosam Principibus tribuerit, neminem novi. *vid. D. Rhet. l. 16. 15. 16. D. Stryk. de Jur. Papal. c. 3. §. 10.* Ut vero omnes, qui & beneficia Ecclesiastica, vel munia accipiunt, Principis confirmationem petant, illud ex jure Majestatis, &Superioritatis fluit, ut dictum. *cap. 42. §. 17. Schilt. J. Jur. Can. l. 7. 12. Stryk. d. l. c. 3. §. 11.*

Minist. Evang. §. XII. In constitutione ministrorum ecclesiæ, qui prædicatione verbi divini, & administratione Sacramentorum defunguntur, Evangelici Principes & Status eo jure utuntur, quod summis potestatibus competere, diximus *cap. 42. §. 17.* Nam, etsi interdum Magistratus inferiores, vel communitates *jure Patronatus*, h. e. *jure nominandi, eligendi, præsentandi, & vocandi*, quæ tamen interdum etiam divisa esse possunt. *Schilt. Jur. Can. l. 13. 8. seqq.* gaudeant, atque si magistratus inferior jure Patronatus polleat, æque ac tunc, si ipsius Principis Patronatus jus sit, nec Cleri, nec populi partes sint exclusæ. *Schilt. d. l.* §. *34. 35.* nihil tamen sine auctoritate Principis hic fieri potest, & tunc demum Electus, si dignus deprehensus est, habito examine, a Principe confirmatur. *Schilt. d. l. §. 33. & tit. 16. §. 1.* Quæ

res

res cum apud Catholicos ad Episcopos pertineat, per Consistoria apud nostrates expediri solet. Quod si autem Patronus cesset intra tempus debitum dignum præsentare, vel lis sit de Jure Patronatus, Princeps ipse his partibus defungi potest. *Brunnem. L II. cap. 8. §. 24.* ib. *Stryk.* Quod non tantum ex jure Episcopali, sed ex vi ipsa *S. T.* fluit, de quibus omnibus hoc loco ex instituto agere non licet. Præsertim vero Dominio territorii facultas est constituendi *Superintendentes*, seu *Inspectores* Ecclesiarum, qui nihil aliud sunt, quam Episcopi, & quidem tales, qui quam proxime accedunt ad Ecclesiæ initia, quibus Episcopi uni tantum vacabant Ecclesiasticæ potestati, neque politicum sibi convenire putabant imperium. *Ziegler. de Superintend. cap. 3. §. 4.* Quod munus plerumque Pastoribus primariis Civitatum a Patronis vocatis concredi solet, sed tamen ex libera Principis voluntate. *Carpzov. Jpr. Eccl. l. 19.* Si Magistratus inferiores circa Superintendentium constitutiones quædam jura exercent, ad exceptiones id pertinet, & expressam, vel tacitam Principis concessionem præsupponit. De ipso vero Superintendentium munere legatur elegans liber *B. D. Ziegl. Viri*, uti in omni, ita præsertim *Jur. Can. & Eccl. versatissimi* quo elogio *illustrem Rhe-*

Superintendentes.

Rhetium docentem olim in Viadrina Academia, eum sæpius exornasse, optime recordor. Quæ vero de Ministris Ecclesiæ diximus, illa etiam de docentibus in Scholis *majoribus*, & *minoribus*; imo etiam de illis, qui inferiora ministeria ecclesiis præbent, ut *Æditu*is, & *Organistis* intelligenda sunt. De ipsa vero institutione Scholarum, & præsertim Academiarum jam dictum supra *cap. 42. §. 34.* Ceterum absque autoritate Principis removeri ministros Ecclesiarum, & Scholarum non posse, ex dictis fluit. *Brunn. J. Eccl. II. 8. 30. II. 19. 8. Carpzov. J. Eccl. l. 13.* Peculiare est, quod in *Marchia* & *Pomerania* Patronis quoque id competere docet *D. Stryk. ad Brunn. L. 2. cap. 8. in fin.*

Res Sacræ Bona Ecclef. §. XIII. Circa res Sacras, & Ecclesiast. *acquirendas* & *conservandas* Principes Catholicos plus fere esse sollicitos, quam opus, aut expedit, notissimum est. Curam etiam administrationis interdum gerunt. *Vid. all. §. 1. ex Pert.* Sed magis jure Advocatiæ, quam S. T. *Vid. Klock. V. I. C. 37. n. 4.* Plerumque vero clericos libere agere patiuntur. Utrum vero circa illa alienanda aliqua eorum potestas sit, multum disputatum fuit. Interim tamen posse, & ea, si velint, in territoriis agere, quæ Imperatori, & Statibus simul intuitu Imperii competunt, ut dixi *cap. 42. §.*

42. §. 25. nullus dubito: quo tamen plerumque abstinere solent. *Archiducibus Austriæ* jus alienandi esse bona Ecclesiastica, invitis Clericis, Clericis autem non vicissim, docet *Reuter. de different. Jur. Civil. & Austr. tit. 19.* Evangelici Status hic iterum liberius agunt, & quidem sæpe quoque beneficia in Ecclesias & Scholas conferunt, patiunturque, ut ab aliis fiat, easque uti frui immunitatibus antiquis, quæ subinde etiam augent. *Ziegl. de Jur. Maj. Lib. 2. cap. 2. §. 13.* Quæ res sæpe eo magis necessaria, cum apud nos profusa liberalitas in pias caussas raro deprehendatur, ita, ut homines in alterum extremum prolabantur, ac si non superessent, quæ antiquitas reliquit, ministris Ecclesiæ & Scholarum atque pauperibus sæpe fame pereundum foret. Ob quam caussam etiam privilegia piarum caussarum apud nos superesse, præsumendum est, nisi aliud liquido doceri possit. Ac ideo pro usu actionis in duplum propter legatum ad pios usus, respondimus M. Nov. 1703. D. M. D. Curant etiam per Consistoria, & Superintendentes, ut bona ecclesiarum recte administrentur, atque dispensentur. *Schilt. Lib. II. Jur. Eccl. tit. 6. §. 22. Carpzov. L. II. J. Cont. d. 299. seq.* Imo etiam in Catholicis fundationibus *inspectione* hac defunguntur, & *Præpositos* ibidem alunt, si ob-

observantia M. Jan. 2624. id ita exigat.
Alien. *art. 5. § 26 I.P.O.* Porro nec patiuntur illa alienari sine præscitu ipsorum ac consensu, atque legalibus solennitatibus. *Carpz. Lib. 2. d. 302. Schilt. d. l. Lib. 2. tit. 6.* Ipsi tamen, si videant, bona ecclesiastica ecclesiæ nociva esse, vel non necessaria, vel ad abusum & superstitionem vergere, vel publicam necessitatem id exigere, in alium usum ea convertere possunt, ut ex dictis patet. *d. cap. 42. §. 19. Ziegl. C. L. l. cap. 20.* Quo jure cum uterentur Status Evangelici post reformationem, & P. R. magnæ inde lites secutæ, ut dictum §. *15. c. 9.* quæ tandem per *I. P. a. 5.* secundum conditionem & Statum *1. Jan. 1624.* finitæ §. *14. & 25. d. a. 5.* Laudandi tamen sunt Principes, qui, nisi *summa* urgeat necessitas, bona ejusmodi, quæ antiquitas ad pios usus destinavit, superstitiosos licet, nullis aliis quam piis & non superstitiosis usibus consecrant. Qua parte gloriam magnam consecuti sunt Domus Saxonica, Brandenburgica, & Wurtenbergica. *D. Rechenb. diss. de fav. El. Sax. in Scholas, Rhet. de Secularisat. cap. 7. num. 39. Myler. c. 8.* Plane Domus Saxonicæ pietatem Academia hæc nostra Wittebergensis quam maxime experta est, cui non tantum bona & jura Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. quæ hic est, verum etiam ex *Misenensis* Ecclesiæ Cathedralis, Mona-

steri-

ſteriorumque *Freibergenſium*, & aliorum reditibus quam plurima ceſſerunt: ut nihil de Lipſienſi Academia, Monaſteriis in Scholas illuſtres Miſenæ, Portæ, & Grimmæ commutatis, aliisque dicam. Calumnias vero, quas adverſarii objiciunt, quaſi *Fridericus Sapiens* ejusdemque Succeſſores reformationem admiſerint, vel foverint ſpe potiundorum bonorum eccleſiaſticorum, diluit *Seckend. Hiſt. Cathedr. L. 2. c. 81. n. 3. it. L 3. §. 9 num. 25.* Ex quibus autem fluit, adhuc hodie de rebus etiam nunc deſtinatis ad uſum eccleſiaſticum Principes ac Dominos territoriorum ſtatuere poſſe, æque, ac ſumma Majeſtas in toto Imperio, *juxta dicta cap. 42. §. 25. cui addatur R. J. de 1544. §. 34. 44.* ſi ſcil. id neceſſitas poſtulet ſumma, vel pietas, & legibus publicis, aut pactis non impediantur. De tollendis *Capitulis*, & *Canonicatibus vid. D. Stryk. de J. Pap. c. 5. Titius L. II. cap. 2. §. 8.* Denique defenſionis vel Advocatiæ jus eccleſiæ in cujuslibet territorio domino competere, nemo dubitabit, *a. R. 1524. §. 28. ut dicta c. 42. §. 25. Schwed. P. Spec. S. 2. cap. 12. §. 7.* quanquam inter Catholicos Principes non tam jure territorii, quam vel ex antiqua Impp. conſtitutione, vel ex electione Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, aut Pontificis autoritate Advocatiam gerunt. Quales Ad- Advocatia.

vocatiæ adhuc inter Protestantes supersunt; etiam intuitu Catholicorum *a. 5. §. 26. ib. protect. J. P. O. v. Mag. de Adv. arm. c. 6. Brunn. J. Eccl. II. 8. 29. J. Feud. Long. c. 4. §. 30.*

CAP. LXI.

DE JURIBUS SUPERIORITATIS TERRITORIALIS CIRCA PROFANA.

§. I.

Jura circa profana. ORdo nunc postulat, ut jura S. T. circa profana perlustremus. Ubi quidem illum ordinem, quem C. 43. seq. intuitu universi, secuti sumus, hic sequi non licet: quia expeditum non est, saltem paucis regulis explicari non potest, an in territoriis omnibus, & ubi, quidam in consortium S. T. a Dominis admittantur? Recensebimus itaque hoc ordine ea jura, ut primum de *immanentibus* agamus; postea *de transeuntibus*, ut vocantur. Ad *immanentia*, quæ respiciunt territorium, & quæ ibi sunt, personas & res, spectat 1) *potestas Legislatoria:* cujus virtute Status Imperii in territoriis suis leges condunt: quæ LL. interdum jus Statutarium vocantur; sed minus commode, cum hæc expressio Statutis civitatum municipalium propria esse soleat. Potest tamen tolerari ea ratione, qua & interdum summorum Principum

Nomothesia.

cipum placita Statuta vocantur. *V. Strauch. de Stat. a Summo Princ.* quæ hæ leges Provinciales imitantur. Quod si vero hac voce differentiam innuere velis, inter LL. Imperii universales, atque has particulares, vox Statuti ab omni illa qualitate, quæ municipalium placitis tribuitur, purganda est. Qui vero has Leges cum Magistratuum Rom. Edictis comparant, omnibus fatentibus hodie, peccant, ignorantque, quam longe Statuum conditio a Magistratibus Rom. differat. Potestas hæc *νομοθετικὴ* longissimo usu innititur pariter, ac tota S. T. Nec ante seculum XV. Origo.
ex LL. publicis aliquid adduci potest, quod diserte de illa agat. Fuit tamen jam Seculo XV. indubia; atque ideo Ernestus Elector, & Albertus Dux Saxoniæ anno 1482. in præfatione Ordinationis Provinc. quæ in Corpore Jur. Sax. extat, eorum esse eam asserunt: *Aus Fürstlicher Macht, und Gewalt, Ordnung und Satzung zu thun.* Postea potestas illa in LL. Imperii comprobata: atque non male etiam Ordinatio Cam. 1495. tit. die Unterthanen huc trahitur: explicatius tamen id fit. *Ord. Nov. P. I. Tit. 13.* ibi: Ländische Ordnungen, & *tit. 57. P. I.* ibi: Ländischen Ordnungen R. H. *O. Tit. 1.* §. Und weiln dann, ibi: wie auch jedes Stands, Landes rc. gute Ordnung und Gewohnheiten, und in Mangel derselben, die

Kayserlichen Rechten. Ut taceam illa loca, quæ S. T. & sub ea quoque hanc parcem firmant. Ut vero confirmatio Cæsaris illis accedat, dictis constitutionibus, aut alibi, haud exigitur. Jubentur potius Judicia summa Imperii absque mentione confirmationis talis, ut secundum illas in causis provincialium ad ea delatis pronuncient: nec observantia, vel usus aliud exigit; nec illis, quas allegavi, Saxonicis Constitut. Cæsarea confirmatio accessit, vel necessaria visa fuit. At licet antiquioribus temporibus confirmatio talis expetita fuit, atque secuta, & recentioribus etiam interdum, qualia exempla habet *D. Hert. de S. T.* §. 25. illud tamen ideo saltem factum, quod illo tempore nondum adeo firmo talo steterit S. T. ac hodie; hoc vero ex abundanti, & majoris cautelæ causa. Conduntur vero ejusmodi LL. plerumque in Comitiis Provincialibus, ex consilio & assensu *OO. Provincialium*. Quod an *voluntatis*, ac *expedientiæ* tantum; an necessitatis, aut exigentiæ sit? & quousque cujuslibet Provinciæ *observantia & pacta* conventa, docebunt. *Schwed. d. l. c.* 13. § 3. Si nihil horum adsit, quod pro Statibus provincialibus pugnet, soli Domini territoriorum LL. condunt. Sed bene tamen sibi, & suis consulunt, si OO. vel subditorum non neg-

OO. Provinc. Concurs.

negligant consilium, & voluntariam potius, quam obtrusam agnitionem LL. velint *Cocc. c. 23. §. 1. Rhet. II. 3. 4. Hugo de St. Reg. 4. 9. H. E. T. I. pag. 176.* In *Civitatibus* Imperii Civium quoque habenda est ratio, secundum cujusque formam, ac instituta.

§. II. Uti vero nemo dubitabit, legibus hisce non magis, ac aliis aliquid statui posse, quod *Divino* juri, *naturali* & *positivo* universali directo contrarietur; atque hoc intuitu omnia hic repetenda sunt, quæ ex doctrina Prudentiæ Civilis de LL. ferendis in genere solent adduci. *Ziegl. de Jur. Maj. Lib. I. cap. 3.* ita multum disceptatur, an & quousque adversus jura positiva in universo Imperio, vel domi *nata*, vel *recepta*, lex provincialis condi queat, atque illis derogari? Qua parte paucis sententiam meam distincte proponam. Scil. si 1.) de Jure domestico quæstio sit, quod Legibus *scriptis*, vel non *scriptis* innititur: distinguendum ante omnia est inter Jus *publicum* totius Imperii, & jus *privatum*. Quod ad illud attinet, nemo inficiatur, illis quæ Legibus fundamentalibus, *A. B. Capitulationibus*, *Pace publica*, *Inst. P. W. &c.* circa *statum publicum* totius Imperii constituta, a nullo Statuum derogari posse: quoniam unius civis non est commutare ea, quæ circa statum pu-

An contra Jus commune possint condi?

Jus publicum.

blicum omnibus, vel ſuo modo majori parti placuerunt; quibus ex natura ſocietatis civilis acquieſcere debet. Atque hæc nec in illis aliter ſe habere puto, quæ ſingularis territorii, vel ejus Domini, relationem ad ſummam Majeſtatem reſpiciunt. Hinc exemplum de *prohibita appellatione ad Cameram* huc pertinere utique exiſtimo: quoniam ſi Status Imperii ſua auctoritate illam prohibere vellet, juri Majeſtatico extremæ provocationis detraheret. *vid. O. Cam. tit. 28. §. Und dieweil &c. Gail. Lib. I. obſ. 135.* Quoad jus privatum, quod Receſſibus Imperii continetur, eadem aſſertio negativa regulariter locum invenit. Nam LL. illæ conventione mutua inter Imperatorem, & Status innituntur, cui, quia ſemel placuit, contravenire fas non eſt. Et licet fortaſſe in hoc vel iſto Collegio non omnes, ſed major pars aſſenſum præbuerit, habet tamen hæc morali æſtimatione rationem omnium. Et ſane quid prodeſſet legem univerſalem condere, ſi quilibet indiſtincte aliam in territorio ſuo condere poſſet? ita enim nulla omnino conformitas juris, quæ tamen LLatione univerſali intenditur, unquam poſſet obtineri. Quorſum pertinent verba Sereniſſimi Electoris Saxoniæ in mandato de Æquilibrio. 1656. *Von welchen allgemeinen Reichs-Schluſſe als* lege

Quoad jus privatum.

lege publica *abzuweichen, uns so wenig als andern anstaendig, zamahlen derselbe unseren Verordnungen und Landes Constitutionen keines weges zu wieder &c.* Similia habentur in Rescripto Electorali Brandenburgico apud *Dn. Stryk. in Usu Mod. ff. de LL.* §. 8. Nec enim verisimile videtur conventionum illas clausulas, quales in omnibus Recessibus habentur, tantum ad Statuum personas in relatione ad Cæsarem & Constatus pertinere: quandoquidem leges illæ & ideo communi consensu feruntur, ut mediatis normam agendi præscribant. *Maur. de Recess. Imperii, cap. 30.*

§. III. Interim tamen in ipsis Recessibus Imperii interdum Ordinum potestati ita prospicitur, ut potestas Legislatoria nihilominus salva maneat in capitibus, de quo lex agit. Quod præsertim in rebus ad *politiam* pertinentibus, *criminalibus*, &*processualibus fieri solet. Const. Crim. Præfat. in fin. Recess. Reform. Polit. de ann. 1548. tit. 37. R. Nov.* §. *106, 137. & 171. Hugo de Statu Regionum cap. 3.* §. *21.* Quibus casibus utique exceptio a regula continetur. Imo existimo, & eo casu, ubi salus & necessitas territorii *aliud* quid exigat, quam Recessu Imperii statutum, & ex *hoc* nullum damnum in alios Status, vel eorum subditos redundet, posse etiam tunc recedi tantisper a lege universali, atque Limit.

blicum omnibus, vel ſuo modo majori parti placuerunt; quibus ex natura ſocietatis civilis acquieſcere debet. Atque hæc nec in illis aliter ſe habere puto, quæ ſingularis territorii, vel ejus Domini, relationem ad ſummam Majeſtatem reſpiciunt. Hinc exemplum de *prohibita appellatione ad Cameram* huc pertinere utique exiſtimo: quoniam ſi Status Imperii ſua auctoritate illam prohibere vellet, juri Majeſtatico extremæ provocationis detraheret. *vid. O. Cam. tit. 28. §. Und dieweil &c. Gail. Lib. I. obſ. 135.*

Quoad jus privatum. Quoad jus privatum, quod Receſſibus Imperii continetur, eadem aſſertio negativa regulariter locum invenit. Nam LL. illæ conventione mutua inter Imperatorem, & Status innituntur, cui, quia ſemel placuit, contravenire fas non eſt. Et licet fortaſſe in hoc vel iſto Collegio non omnes, ſed major pars aſſenſum præbuerit, habet tamen hæc morali æſtimatione rationem omnium. Et ſane quid prodeſſet legem univerſalem condere, ſi quilibet indiſtincte aliam in territorio ſuo condere poſſet? ita enim nulla omnino conformitas juris, quæ tamen LLatione univerſali intenditur, unquam poſſet obtineri. Quorſum pertinent verba Sereniſſimi Electoris Saxoniæ in mandato de Æquilibrio. 1656. *Von welchen allgemeinen Reichs-Schluſſe als* lege

lege publica *abzuweichen, uns so wenig als andern anstaendig, zumahlen derselbe unseren Verordnungen und Landes Constitutionen keines weges zu wieder &c.* Similia habentur in Rescripto Electorali Brandenburgico apud *Dn. Stryk. in Usu Mod. ff. de LL.* §. 8. Nec enim verisimile videtur conventionum illas clausulas, quales in omnibus Recessibus habentur, tantum ad Statuum personas in relatione ad Cæsarem & Constatus pertinere: quandoquidem leges illæ & ideo communi consensu feruntur, ut mediatis normam agendi præscribant. *Maur. de Recess. Imperii, cap. 30.*

§. III. Interim tamen in ipsis Recessibus Imperii interdum Ordinum potestati ita prospicitur, ut potestas Legislatoria nihilominus salva maneat in capitibus, de quo lex agit. Quod præsertim in rebus ad *politiam* pertinentibus, *criminalibus, & processualibus fieri solet. Const. Crim. Præfat. in fin. Recess. Reform. Polit. de ann. 1548. tit. 37. R. Nov. §. 106. 137. & 171. Hugo de Statu Regionum cap. 2. §. 21.* Quibus casibus utique exceptio a regula continetur. Imo existimo, & eo casu, ubi salus & necessitas territorii *aliud* quid exigat, quam Recessu Imperii statutum, & ex *hoc* nullum damnum in alios Status, vel eorum subditos redundet, posse etiam tunc recedi tantisper a lege universali, atque Limit.

 casum

casum hunc exceptum videri. Quorsum pertinere arbitror verba in *R. Nov.* §. *137.* *So viel moeglich.* Nam experientia docet, ob diversissimos status territoriorum non omnia semper ad omnes quadrare. Qua in parte caute tamen procedendum est, juxta monitum *illustris Autor. H. E. T. I. pag. 107.* Quibus & illud addo, & tunc, si jus *publicum*, & *privatum* tantum aliquid indulgeat subditis imperii mediatis, vel permittat, non autem jubeat, aut vetet quid præcise, illud circumscribi, restringi, vel mutari posse, si quando exigentia salutis publicæ territoriorum id postulat. Exemplum est in *libertate exteris militandi*, de quo vid. dicta in nostra *Dissertatione* de hoc *arg* §. *26. Ord. Polit. Saxon. 1612.* §. *12.*

An Jus provinc. mutari posse per LL. Imper. §. IV. Quod si autem jus provinciale jam constitutum, quæstio est, an *illud tolli possit per Legem Imperii, clausulamque ei insertam derogatoriam?* Extare tales Recessus cum ejusmodi clausulis, patet ex Rec. *d. an. 1500. tit. 17. ex Edicto Carol. V. Norimberga promulgato 1521. circa quæstionem de successione fratrum, & fratrum liberorum*, ibi: *der Gewohnheit, so an etlichen Orten, &c. & R. J. ejusd. anni* §. *18. it. ex Constit. ejusdem Caroli V. 1529. ibi: alle und jede Statuta, Sondere satzungen &c. R. J. 1529.* §. *31. ib. Ein besonder Statut, Ordnung. Conf. R. J. d. 1557. §. 71. A. B. c. 10.* Negant nonnulli,

nulli, ullum effectum esse ejusmodi Legum; imo plane inanes esse, affirmant. *Dn Coccej. c. 23. §. 4. Dn. Thomasius de Statuum Imp. potest. Legislat. §. 57.* Provocatur ad *§. 8. & art. 3. Cap. Ferdin. IV.* quibus tamen nihil effici posse, fatetur ipse *Dn. Thomasius §. 51.* Ego summam Majestatem Imperii, dum LL. imperii condit, actus plane inanes suscipere, asserere non ausim: atque adeo & has legislationes ratas esse, ex dictis antea existimo. Si enim dominus territorii, cujus jus aboletur, tacite, vel expresse, consentit, res caret dubio. Si vero dissentit, atque ex illo Jure provinciali damnum in alios Status, vel subditos eorum redundat, nullam causam etiam habet, de quo queratur: nam publicæ saluti cedere debet. *vid. art. 218. O. cr.* Si nullum tale damnum inde in alios redundat, adhuc Capiti & Civibus reliquis conformitatem postulantibus juris, ob antea dicta, refragari non potest. *Myl. cap. 39. §. 7. Hug. d. cap. 3. §. 21.* Plane si quis ratione peculiaris juris in specie privilegiatus, ut *Domus Saxonica*, juxta verba Privilegii *Ferdinandini ibi: Daß das Hauß zu Sachsen mit einem sonderl. Rechte, welches man das Sachsen-Recht nennet, von Roemischen Kaeysern, und Koenigen privilegiret. Limn. L. 3. cap. 10. n. 41.* eoque ille cedere nolit, sed de jure

suo protestetur; neque etiam singulare damnum ex ista αὐτονομία in alios subditos Imperii sequatur: utique invitus eo detrudi non potest, sed exceptus censetur. Atque huc pertinet *Electoris, & Ducum Sax.* protestatio adversus constitutionem *Carol. V. ann. 1521. de qua vid. Schneid. c. IV. Lib. 3. de Hered. quæ ab intestato, de tertio Ord. num. 14.* quæ eo majori ratione innititur, quod ob idem privilegium ad Judicia Imperii a Ducibus omnibus Saxoniæ non appellatur. Tanti illa certi habita est, ut mentio facta ejus fuerit in §. *39. d. R. J. de 1521.* quo ipso Sax. Jus salvum mansit, quod commode monet *D. Stryk. U. M. tit. de LL. §. 58.*

Jus non script. §. V Quod vero ad Jura privata Germanica communia, quæ ex moribus pendent, & *Spec. Svev. & Saxonico* comprehenduntur, attinet, illa ex arbitrio Statuum Imperii mutari posse, nemo dubitat, & praxis quam maxime docet: namque de Recessibus Imperii dicta huc applicari non poterunt. Qualia exempla intuitu juris Sax. sublati in Marchia legi possunt *apud Rhet. proem. Jur. Feud. n. 56. seqq. In Ducatu Brunsvicensi, Conring. de Orig. Jur. Germ. cap. 33. pag. 216. Conf. O. Polit. Magdeb. præf.* Quin & in ipso Electoratu Sax. nonnulla, quæ juris comm. Saxon. mutata sunt. *vid. Edict. Torgav. tit. welcher*

cher Gestalt die Agnaten in f. Consl. 26. P. II. Porro, si quæstio est de jure peregrino Romano, & Longobardico, omnes consentiunt, posse his legibus provincialibus derogari ex arbitrio Dominorū territorii. Dum enim hæc jura in Germania admissa, vel recepta sunt, nullibi libertas Statuum hac parte imminuta est, sed salva atq; illibata mansit, atq; jura illa tantum in subsidium recepta, de quo alibi actum. *Conf. O. Jud. Aul. tit. 1. ibi : in Mangelung derselben die Kayserl Rechte.* Idem dicendum de *Jure Can.* si de causis civilibus quæstio sit : de ecclesiasticis alibi actum. Quin imo illos errare haud puto, qui Status Imperii in territoriis suis jura illa plane tollere posse ajunt. *Conr. d. l. c. 33. D. Stryk. d. l. lit. de LL.* §. 7. Utrum vero hoc sperandum sit, vel commode fieri possit? alterius est disquisitionis. Legatur omnino *D. Stryk. d. l. & D. Thomas. d. dissert.* §. 73. Jus Rom. Longob. Canon.

§. VI. De cætero adversus speciale provinciale jus pristinum scriptum, vel non scriptum leges posse condi, nemo dubitabit, cum LLatoriæ potestatis sit ferre, & abrogare leges. Observandum tamen hic est, quod *Ulpianus* monet *in L. 2. ff. de Constit. Princ. In rebus novis constituendis evidens utilitas esse debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est.* Quod si vero in territorio adsint, An adversus Jus spec. prov.

sint, quæ *LL. fundamentalium* rationem habent, privilegia scil. a summa majestate Imperii profluentia, vel pacta cum subditis &c. adversus illas leges condi non poterunt: qua de re uberius dicendum, ubi de obligatione Imperantium agemus. Omnia autem illa, quæ diximus ad omnes species pertinent constitutionum, sive *mandata, edicta, rescripta, pragmatica sanctiones, vel decreta appellentur*, ut adeo de illis separatim agere non sit opus. Uti vero aliæ leges circa varias res versantur, ita etiam hisce id contigit. Modo enim feruntur circa disciplinam morum, usumque pietatis, frugalitatem, temperantiam, quales sunt, leges sumtuariæ, vestiariæ, &c. modo circa mensuras, pondera, ulnas, rerum pretia, commercia &c. quæ omnes politicæ, *Policey-Ordnungen*, vocari solent. *vid. O. Polit. 1577. R. J. 1654. §. 106. Ziegl. de J. M. L. I. cap. 45. seqq.* modo circa contractus, ultimas voluntates, ordinem Judiciorum, & quæ alia sunt, quæ hic recensere supersedemus. Cuncta vero, etsi regulariter vim suam exerunt saltem intra limites territorii: casus tamen sunt, ubi extra illud se extendunt, qui recensentur in *Illustrissimi Dni Bar. a Friesen, summi hodie in his terris Juris Antistitis elegantissima dissertat. de Jure Principis extra territorium c. 3.*

§. VII.

Interpretat.

§. VII. Uti vero alias ejus est, interpretari leges, cujus est ferre; ita etiam hæc facultas Statibus Imperii competit, authentica scil. Et hæc quidem res caret dubio, si de Legibus ab ipso Domino territorii latis quæratur. Idem tamen dicendum de jure usu recepto, Canonico, Longob. & Civili; imo etiam antiquo Germanico, Svev. vel Saxonico: nam dum jus hoc admisere; idem est, ac si ab illis leges hæ latæ essent, quas & plane tollere posse diximus. J. Sax. interpretationem Elector Saxoniæ non tantum Jure territorii, sed etiam ut ejus Protector, sibi vindicat. Et quia legum Imperii interpretatio ad Comitia pertinet, juxta §. *Gsud. a. 8. J. P.* atque hæc non tam facile obtineri potest, opus tamen est in territorio sæpe authentica interpretatione ejusmodi Legis: non dubito, quin Status Imperii interim ea interpretatione defungi possit; quod maxime habebit tunc locum, si illa ipsa lex illibatam velit *νομοθεσίαν* ordinum. Quod tamen de Jure Publico totius Imperii intellectum nolim.

Authentica.

Cæterum interpretationem doctrinalem JCtis etiam relinquunt, atque in hunc finem certa *Collegia Respondentium* de Jure constituunt, ut exemplo *Scabinatuum*, qui in his terris, & Ducatu Magd. sunt, patet, quibus eadem auctoritas est, ac Collegiorum

Doctrinalis.

orum ab Imperatore approbatorum, h.e. utrorumque, non nisi hodie probabilis. *Dissensisse videtur D. Rhetius II. 2. 20* Plane licet, ut ex exterorum Actis observavi, Advocati apud illos, nescio, qua persuasione ducti, adversus omnes Scabinatus protestari soleant: frequentissime tamen nostrorum Scabinatuum Responsa & ab exteris provinciis expetuntur. Est vero Juris Provincialis interpretatio eadem, quæ alterius juris, ut recte monet *Dn. Thomas. d. diss.* §. 77 modo id observemus, ex seipso & propriis principiis interpretandum, atque a specialioribus ad generaliora esse progrediendum, fugiendumque illud falsissimum axioma: *ita esse explicandum, ne juris Civilis*, vel *Canonici &c. correctio* admittatur. qua de re actum *Jpr. Feud. c. 1. th. 47. 50.*

Dispensatio. §. VIII. Pariter ad illos quoque spectat facultas *dispensandi*, seu excipiendi quempiam ex subditis, eique licentiam & facultatem concedendi, sine qua Legi esset obnoxius. Quæ dispensatio tam late patet, quam potestas leges ferendi. *Ziegler. de J. Maj. cap. 7. §. 6.* Imo videmus dispensare nostros Principes etiam circa ea, quæ ex jure privato Recessuum Imperii fluunt. Quod si ea tangant, ubi αὐτονομία reservata, & licita, res caret dubio; si in aliis fiat, eatenus defendi potest, quod directio,

ctio, & executio legum universalium illarum, intuitu mediatorum subditorum ad Dominos territorii spectet, atque sic illis denegari non possit, hoc vel isto casu, si ex re visum, a vi legis hunc vel istum eximere. Quod aliud est, quam in universum legem tollere, vel ei derogare. Caute tamen hoc jure utuntur Principes, & ne in damnum aliorum vergat. In specie vero huc spectat jus *aggratiandi*, seu gratiam faciendi delinquenti, quod quousque liceat imperanti, & expediat, docet *Ziegl. Lib. I. cap. 8.* Qui existimant, Principem gratia sua eum, qui ob homicidium pœnam capitis meruit, ab ea liberare posse, vim faciunt legi divinæ, *Gen. 9.* & male prospiciunt securitati vitæ hominum, ac valde turbant humanam societatem. Quod si subdito in sui domini territorio delinquenti gratia facta, & extra territorium vim suam exeret. *Illustriss. Baro a Friesen d l. cap. 2 § 8. num. 30. seqq.* Quod jus JCti, & Judices haud involant, si ex interpretatione doctrinali decernant supplicium ultimum, vel aliam pœnam ordinariam cessare ob qualitatem facti, ut egregie comprobant dicta *a Zieglero Lib. I. cap. 7. num. 2 & c. 8. n. 8. seqq.* nec, quando pœnam corporis afflictivam, vel relegationis ex permissione legis in mulctam commutant. *vid. Resol.* Aggrat.

Gravam.

Gravam. 1651. §. 59. Jpr. Feud. cap. 8. §. 41.
Restit- tio damnat. Famæ. *Restitutio damnatorum*, de qua *Ziegl. cap. 9. d L. 1* & in specie *famæ*, de qua re actum supra *cap. 45. §. 13.* Conceſſio *veniæ* ætatis, de qua actum, *cap. 45. §. 11. Legitimatio liberorum*, de qua dictum, *d. c. 45. §. 12.* Jus concedendi *privilegia*, seu *personales constitutiones* edendi, de quo agit *Ziegl. Lib. I. cap. 12. Myler. P. 2. cap. 49* & in
Jus dand. privil. specie *moratoria*, *Myler. c. 55.* Conceſſio *juris civitatis, de quo tamen illa repetenda*, quæ diximus *cap. 45. §. 18.* Conceſſio *nundinarum* minus solennium. *Ziegler. Lib. I. cap. 43. §. 4.* approbatio *Collegiorum & Societatum Opificum*, eorumque statutorum. *Schwed. P. S. Sect. 2. c. 14.* quamvis & interdum Magistratibus inferioribus hæc indulgeant. *vid. diss. nostra, de Confirm. Statut.*
Asyla. *§. 47.* Constitutio *asylorum*: quæ tamen maleficis, & dolosis delinquentibus præsidium esse non debent. *Myler. de asyl. cap. 10. & de Princ. & Stat. cap. 51.* Privilegium *securitatis*, vel *Constitutio* des Burgfriedens. *D. Myler. d. l c. 52.* Jus dandi *protectoria*. *Ræsler de Protectoriis cap. 10. §. 3.*
Monopol. privilegia *monopoliorum*, ea sc. quæ non damnosa, quod raro fit, reipublicæ, atque hac lege, ut pretium etiam constituatur, quod non excedat monopola. *Ziegler. lib. I. cap. 47.*

Poteſt. judic. §. IX. Legislatoriæ poteſtati proxima eſt

est *potestas judiciaria summa in territorio*, qua Superior cognoscit, & judicat de civium & subditorum actionibus, easque corrigit, & vindicat ea, quæ adversus leges facta. Quia vero his vacare ipse non potest, Magistratus, & Judicia *Superiora*, qua *Dicasteria* dicuntur, ac *inferiora* constituit, coram quibus tractari possunt causæ civiles, & criminales. A quibus nec & causæ fractæ pacis excluduntur, ut ex dictis *cap. 8.* §. 7. patet: quamvis ad pœnam banni Imperii apud illos ideo agi nequeat, vid. supra *cap. 55.* §. 5. Potestas his concessa *Jurisdictio* dicitur, eo sensu, quo hæc vox Jure Rom. capitur, ac tribuitur Magistratibus. Quæ in exercitio juris illius S. T. consistit, atque à S. T. fluit, tanquam effectus a causa, & sic illi formaliter non inest, sed tantum virtualiter ac dependenter. Conceditur vero illa jurisdictio alicui vel jure *administratorio*, ut Dicasteriis, Præfectis, denen Ambtleuten, vel jure *patrimoniali* ac *perpetuo*, ut Statibus Provincialibus, Comitibus, Nobilibus & Civitatibus, idque vel titulo *allodiali*, vel *feudali*, & utraque *expresso*, vel *tacito*, sive per præscriptionem. Unde formula in nostris Constitutionibus Saxonicis valde frequens: die mit Gerichten beliehen, oder dieselbe sonsten hergebracht. Quod si titulo feudali con- Jurisdictio.

 cessum

cessum est illud exercitium, in duas particulas dividitur, atque unum ad concessionarium transit, tanquam dominium utile sub nomine jurisdictionis, pariter ac dictum de territoriali superioritate, *c. 59. §. 6.* Altera manet penes concedentem sub schemate directi dominii. Ista vero jurisdictio per subjecta varia ita distribuitur, ut unius jurisdictio alterius subordinetur. Quale quid fit e. g. apud nos, ubi jurisdictio Nobilium Ambtsassiorum, Præfecturarum; hæc Curiarum Provincialium jurisdictioni substat. Sæpe etiam ab investito alius subinvestitur de ea, & nova fit divisio illius particulæ exercitii, quam habuit, ita, ut *subalternum dominium directum & utile* constituatur. Quocunque autem modo concessa sit jurisdictio, si maxime etiam *privative* id, ut Dd. loquuntur, factum, titulo patrimoniali scil. allodiali & feudali, & ita, ut non possit impedire regulariter territorii Dominus concessionarium, in exercitio jurisdict. de qua re agunt Dd. passim. *Berlich. P. I. conclus. 2.* semper tamen salva manet suprema potestas judiciaria Principibus, & Dominis territorii, ita, ut salvum sit jus leges inferiori Magistratui præscribendi, jus provocationis, dandi excitatoria, adjungendi, si opus, Commissarium, vel etiam, si res postulet, avocatio causæ, &c.

Ziegl.

Ziegl. d. J. Maj. L. I. cap. 29. §. 11. sqq. Franzk. Lib. I. Resol. 18. Schilt. ad Struv. x. 18. 5. Quæ omnia per *Regimina* exercentur, *Landes-Regierungen.* Ut adeo rectius jurisdictio illa subordinate concessa diceretur. Salva tamen & est ultima provocatio ad summam *Imperii Majestatem*, nisi quatenus hæc per privilegia specialia, vel leges publicas impeditur, ob qualitatem causæ, ut in Criminalibus. &c. *Carpz. P. Cr. p. 130. vid. dicta §. 27. cap. 44. & c. 54. §. 5.* De specialibus quæstionibus circa faciem hodiernam Jurisdictionis, an concessa *jurisdictione* etiam *criminalis* concessa? an delinquens deprehensus in territorio ad locum delicti remittendus sit? similibusque hic agere non licet. *vid. Dd. passim Jur. Feud. c. 7. § 12. Schweder. d. l. c. 13. §. 13.* Hoc vero monendum, judiciariam potestatem lædi, si quis in territorio alterius delinquentem capiat, & abducat: quod tamen secus est, si e vestigio post perpetratum in suis finibus delictum in vicini territorium fugientem insecutus fuerit. De qua re *vid. Myler. cap. 48. §. 10. ubi §. 13.* docet, Statum Imperii alteri transitum cum captis maleficis denegare non posse. Cocc. 23. 13.

§. X. Affine est jus instituendi & conferendi officia *publica togata*, atque *sagata.* De his infra. *Coccej. de potest. Stat. circa dignit. c. 3. §. 25.* Illa vel in aula, vel Jus confer. officia & dign.

extra aulam constituuntur. Priora vel respiciunt *consilia*, quorsum pertinent omnis generis *Consiliarii*, inter quos primas tenent illi, qui *intimi* dicuntur, quibus Secretarii, similesque personæ accedunt, de quorum munere, & juribus *v. Nolden. Ensius, Hippol. a Collibus peculiar. script.* vel directionem, & constitutionem Aulæ, ut munia *Mareschallorum, Dapiferorum, Pincernarum, Camerariorum*: qualia officia in Aulis Principum Germaniæ valde antiqua sunt, & vulgo ad Constitutionem *Caroli Crassi*, quæ extat apud *Lehmannum II. 42.* subleſtæ tamen est fidie *Obrecht de Exped. Rom.* §. 5. referuntur. In multis etiam hæc officia hereditaria facta titulo allodiali & feudali, de qua re legi potest Dnus ab Haugwitz. de *Mareschall.* passim *Jpr. Feud. cap. 4.* §. 31. quamvis officiales tales hereditarii plerumque non semper in aulis, sed certis tantum temporibus exerceant munia, aliis in aulis ea ordinarie subeuntibus. Atque hinc differentia, der Hoff-Marschälle, und Erb-Marschälle passim innotescit. De aliis aulicis officiis *vid. Seckend.* Fürstenstaat, *P. II. cap. 6.* Quæ officia eo plura & ampliora sunt, quo major potentia Principum est, quorum aulæ interdum Regiis vix cedunt. Apud Comites, & Barones sunt parciora. Extra aulam officia pertinent vel ad *ju-*

stitia

stitiæ administrationem, & *directionem actionum subditorum*, vel ad *rerum fiscalium curam*, quæ variis ordinibus constant: ea vero recensere institutum non patitur. Quæ in Civitatibus Imperialibus publica officia constituantur, cujuslibet notitia docet. Uti vero S. T. officia hæc dignis & potissimum indigenis confert *Seckend. F. S. P. II. cap. 5. 6. 8.* ita cuilibet etiam dignitatem suam, quæ & extra territorium illum comitatur usu publici juris, addit, ac definit, quo quisque loco haberi debeat. Est etiam ejus, de præcedentia judicare, si lis orta de ea, it. titulos distribuere, & dirigere. *vid. quæst. decad. II. qu. 4 de Jure præced.* Utrum autem absque officio dignitatem, quam *nobilitatem* vocamus, majorem, vel minorem conferre queant Status Imp. vi *S. T.* usu juris publici, jam dictum *c. 45. §. 8.* (*conf. H. E. T. I. pag. 168.*) ubi & de insignibus actum. Interim S. T. & in suo territorio curam habet, ne nobilitatis axiomate, insignibus & cum illis cera rubra quis utatur, cui harum rerum jus non est. *Ziegl. de Jur. Maj. L. II. c. 21. ubi §. 9.* excerptum è *Dipl. Cæs.* habetur, quo *Frid. III.* Sax. Elect. potestas data in territorio suo insignia conferendi.

§. XI. Competit porro jus circa *subditos futuros statuendi, quis in subditum recipiendus*, Jus circa subdit.

dus, *vel non*, atque hac parte normam inferioribus Magistratibus præscribendi. Quorsum pertinet jus recipiendi *Judæos*, de quo dictum. *cap. 50. §. 11.* Utrum autem & alios infideles, e. g. Turcas recipere possint? ut quidam volunt, merito dubitaveris. Ratione religionum, & Sectarum Christianarum jus hoc temperamentum capit ex illis, quæ *cap.* diximus *præced.* §. 4. atque observari debent illa, quæ de Pfahlburgeris in *A. B. cap. 16.* constituta. *Bœkler. not. Imp. L. II. cap. 5. in App.* Deinde ratione *præsentium* est illis jus subditos alibi existentes *avocandi* & *revocandi*, *d. c. 16. A. B. P. P. de 1548. art. I. §. 1. Schweder. P. G. c. 5. §. 12.* excludendi a territorio: quod vel *ob religionem* fieri potest, juxta dicta *c. 60. §. 5.* vel ob *delictum*. Quorsum pertinet *bannum*, *ut dicitur*, *provinciale*, de quo *Carpz. Pr. Cr. qu. 140.* Atque inde est, quod relegationem ex Provincia, Landes Verweisung, nemo, nisi Dominus territorii decernere possit, vel certe inferior Magistratus non nisi territorii Domini consensu. *Carpz. qu 130 num. 24.* nisi tacita, vel expressa generali lege provinciali aliud receptum, ut in Saxonia nostra Elect. juxta *Const. 47 P. IV.* ubi *Carpz. d. l. n. 27.*

Exact. fidelis subjection. §. XII. Ut vero *subditi* omnes, & in specie *officiales* recte & ordine officiis suis defungantur, jus est S. T. reddendi se securam

curam per exactionem *fidelitatis, subjectionis sc.* & *ministerialis. Illa* vocatur *Homagium*, die Landeshuldigung, Erbhuldigung, Unterthanen-Pflicht, & nihil aliud est, quam *subjectionis jurata promissio*. Aliud vero est *reale*, aliud *personale*, de quo actum *J. F. cap. 13. § 3.* Exigunt illud, qui regimen actu gerunt. *Schwed. d. l. c. 11. §. 4.* Solet tamen interdum homagium illi præstari in eventum, qui actu nondum gaudet S. T. sed spem succedendi habet, quale quid in Elect. Saxon. respectu omnium Ducum Saxoniæ fit, qui & ideo Electorales subditos, Liebe getreue vocant, & Landgraviorum Hassiæ, ac vice versa propter pactum confraternitatis. *vid. Jpr. Feud. Langob. cap. 16. §. 20. vid. Maul. de homag. & Myler. cap. 38.* Imo interdum *uxori*, vel *viduæ* Principis, ratione dotalitii præstatur, quale quid his terris aliquot ante annos intuitu Serenissimæ *D. Joh. Georg. III. Viduæ* factum. Est quoque id observandum, interdum illum, qui S. T. caret in territorio quidem, sed tamen certa quædam regalia in alieno hereditaria habet, exigere fidelitatem propter ea, quæ in sensu speciali Erbhuldigung dicitur, & opponitur der Landes-Huldigung. *Lynck. ad Schwed. d. cap. II. §. 1. & de Religione obsequii §. 13.* Non confundenda vero est cum homagio fidelitas, quæ a Patronis

clientibus, vel inter Socios fœderis præstatur, *Cocc. 23. 37.* Uti nec etiam fidelitas Vafallitica feu Vafallagium, quod quilibet Dominus feudi a Vafallis fuis exigit, & interdum quidem concurrit cum homagio, non tamen femper. *vid. Jpr. Feud. Longob. c. 13. §. 3. feqq.* *Ministerialis* fidelitas dicitur Ambts-und Diener-Pflicht, quam præftant officiales togati & fagati, milites &c. qua perfona fubjicit fe non abfolute fed ratione muneris concrediti. *Schilter. ad Struv. cap. 2. §. 15.*

Ministerial.

Archivum.

§. XIII. Additur hifce jus fervandi fidem rerum geftarum, quod jus *Archivi* vulgo vocari folet. Eft vero *Archivum* locus, ubi documenta & Acta ad Statum ipfum ejusque regalia, tum etiam fubditorum caufas pertinentia affervantur, quod ab objecti diverfitate varie interdum dividitur, ut legi poteft apud *Fritfchium de Archiva.* Dantur etiam interdum communia *Archiva*, quale hic *Wittebergæ* eft, ubi antiqua monumenta Domui *Electorali* & *Ducali Saxonicæ* communia affervantur, juxta *Receff. Numburg. 1554. §. 73. 74.* quale commune Archivum *Ducalis Domus* & *Vinaria* habet. Cæterum fcriptura ex Archivo, cui homines idonei Archivarii & Regiftratores præficiuntur, recte conftituto deprompta, licet in fe privata, regulariter plenam fidem facit, de qua *v. Fritfch. de Archiv. c. 7.*

§. XIV.

§. XIV. Eſt etiam quoddam jus, quod circa promotionem *peregrinationum*, & *ſecuritatem iter facientium, commerciumque literarum* verſatur, cujus partes ſunt 1) jus *conducendi* per vias publicas. *Myler. cap. 50.* 2) jus *indagandi*, perſequendi, & conquirendi depopulatores agrorum, ac graſſatores, vulgo das Streiffen, cui etiam jus *ſequelæ* inſervit, de quo alibi *Myler. d. l. §. 3.* 3) Jus cautiones exigendi circa tranſitum militum *vid. H. E. T. 1. pag. 108. Stryk. de milit. Imperial. cap. 5. §. 4. 5.* 4) Jus inſtituendi *curſus publicos*, quos hodie *Poſtas* vocamus, quod S. T. vindicat ſibi hodie, ut dict. ſupr. *cap. 45. §. 24.* qua de re plenius agit *Ockel. de J. Poſtar. c. 2. Mev. P. I. dec. 102.* quamvis oppido diſſentiat *Hornick. de J. Poſtar. c. 1. theor. 4.* Atque hinc etiam ſtat penes Principem, quousque *Rhedariis*, & *Veredariis*, tabulariis ordinariis facultatem, qua utuntur, indulgere velit. *Ockel. d. l. c. 6.* item jus dirigendi conſcriptionem *novellarum*, quas Poſtæ advehere ſolent. *Ockel. d. l. c. 5.* Atque ob hanc cauſam illi, qui ampliora territoria habent, præter Magiſtros Poſtarum inferiores, *Generales* etiam *Magiſtros* conſtituere ſolent, muniaque talia & interdum jure hereditario concedere, ac feudali. Exempla præbent Electores, *Saxonicus*, *Brandenburgicus* & *Duces Brunſvicenſes*.

Jus conducendi.

Poſtarum.

Cura publ. rei §. XV. Quin & in genere cura competit prospiciendi, ut *salus publica territorii servetur & augeatur*. Quorsum pertinet jus indicendi *Comitia*, de quibus seorsim agemus, &c. jus habendi *visitationes*, & *revisiones* provinciales, tollendi vitia, & corruptelas, quæ huc vel illuc deprehenduntur. *Fritsch. de Visitat. Prov.* Huc etiam spectat *exactio rationum* a Magistratibus oppidanis, qui ne bona publica male administrent, & dissipent, publice interest. *Stryk. de Jur. Princ. circa rat. Civit. c. 2.* Et denique ad hanc classem

Potest. extra-ord. & illa referenda sunt, quæ ad potestatem illam extraordinariam pertinent, qua Princeps ob necessitatem summam, exigentiamque salutis publicæ, ubi aliter rei consuli non potest, de bonis subditorum disponit. *Grot. Lib. I. c. 2. §. 6.* quam vulgo *Dominium eminens*, alii *Imperium*, alii *aliter vocant*, sed tamen cum illo temperamento, quod apud *Grotium*, & Commentatores habetur, & hujus loci non est explicare.

§. XVI. His & reliquis succenturiatur

JusFisci *Jus fisci*: quod quidem olim specialibus privilegiis & concessionibus sibi acquisivere *Status*; hodie tamen ad territorialem potestatem refertur, ut patet ex verbis ultimis *art. 27. Leop. & 26. Joseph. Cap. & art. 21. pr. Capit. Carol. VI.* Uti vero

vero apud Rom. *Fiscus* & *Aerarium* sub Principibus aliquando ita distinguebatur, ut ille Principis, hoc populi esset. *Vinn. ad* §. *9. J. de Usucap.* ita hodie in multis territoriis *Fiscus Principis*, Renth-Cammer distinguitur ab *Aerario Provinciali*, der Land-Cassen, Steuer-Cassen; ita tamen, ut dispositio hujus neutiquam solis Statibus Provincialibus competat *privative*, & cum exclusione Principis *art. 3. Cap. Jos.* & *art. 15. Cap. Carol. VI.* ibi: *daß die Landt-Stande &c.* sed Principis sit directio. Est tamen hac parte interdum *Statuum* Provincialium jus amplius, interdum restrictius: quod ex cujuslibet territorii peculiari statu æstimandum. Consistit vero *jus fisci* tum in jure percipiendi *reditus* ex bonis privatorum, qui sunt, vel fuere, tum etiam ex ipsis rebus & bonis fiscalibus; tum in horum dominio. Ad primam classem pertinet a) jus occupandi *bona vacantia*, 2. Feud. *56. Myler. cap. 67.* Herrenlose, Erblose Güter. b) bona *ereptitia*, quæ indignis auferuntur, *arg. tit. ff.* & *C. de his quæ ut ind. Lynck. de Bon. Erept.* c) bona quæ ob delictum *publicantur. Cap. Jos. art. 26.* & *Carol. VI. art. 21.* d) *mulctarum* pœnarumque compendia *II. F. I. 56.* De quibus omnibus in jure privato agi solet. Huc etiam referunt, e) *jus detractionis*, Abzug und Abschoß ex bonis emigrantium, & bona

Bona vac.

Jus detractionis.

bona secum sumentium, vel bonis defunctorum, quæ heredes in aliud territorium transferunt. Quod jus eatenus defendi potest, quod non iniquum sit, in redhostimentum præstitæ defensionis, ac in compensationem imminuti æstimii, ac census annui aliquid, sed non nimium, ex bonis exportatis decerpi. *Kleck. de Aerar. Lib. 2. cap. 26. num. 5.* Non tamen ubique id exigitur, sed tantum ubi ex observantia antiqua; vel speciali lege introductum *Muller. Practica Civ. March Pos. 3. n. 2.* & quidem ita; *Wie es eines jeden Orths von Alters her übl. hergebracht R. J. 1555. §. 24. R. J. 1594. §. 81. J. P. art. 5. §. 37.* ibi: *in usitatis.* Necessitate vero postulante, ubi hactenus in usu id non fuit introduci potest nova lege eo modo ferenda, quæ in quolibet territorio recepta est. Sæpe cum iniquitate conjunctum est, & odiosum habetur; ideoque maximopere restringendum: nec invidendum illis, qui per privilegia immunitatem habent, quales sunt Consiliarii, *Clerici*, *Professores*, vel illorum viduæ, ac liberi *Rauchb. L. I. qu. 15. D. Berger. Disc. For. tit. 51. pag. 1693. D. Schweder. Cap. 15. d. l. num. 5. f) Jus Albergaria. Vitriar. Ill. 19. 94.*

Jus exigendi tributa. §. XVII. Maximopere g) autem huc spectat jus exigendi *tributa*, *seu collectas*, quod

quod ad jura Majestatica pertinet absque dubio, & ad jura quoque S. T. refertur. Quorsum pertinet *art. 18. Leop. & 17. Jos. Cap. & Carol. VI. art. 19.* ibi: *In Sachen hoher Landesfürstl. Obrigkeit und Regalien, als in specie Juris Collectarum &c.* Qua ratione tamen & quousque illud exercendum? non adeo liquet, aliis immensam Principibus hic potestatem concedentibus, aliis nimis restrictam. Quod primo attinet ad collectas, quæ in Comitiis Imperii a Statibus decernuntur, juxta expeditionem Rom. per modum subcollectationis, eas a subditis invitis exigere possunt hodie *R. J. 1548* §. *95. 1557. §. 40. 1567.* §. *23.* hac tamen cautione, quæ ibidem habetur, ne plus exigatur, quam opus. Idem etiam dicendum de *collectis circularibus R. Noviss.* §. *180.* Quod & obtinet circa illa, quæ Status ad conservationem *Cameræ* conferre debent *R. J. Noviss.* §. *14.* quamvis hic locus tantum loquatur *von einer Beyhülffe. Cap. Jos. art. 3. & Carol. VI. a. 15.* ibi *des Beytrags.* Videmus tamen in multis territoriis ob hasce causas in specie nihil exigi: quoniam Dominis Status Provincialis sat larga tributa pendunt, eo pacto, ut ex illis ista omnia *Imperio* & *Circulis* præstentur. Quod vero ad illas collectas attinet, quæ ad *statum territorii civilem*, & *militarem* pertinent,

tinent, in Constitutionibus Imperii id habetur, subditos obligatos esse *zu einen NB. Beytrag zu Besatz- und Erhaltung der noethigen Festungen, Plaezen, und Guarnisonen R. J. nov. §. 180. art. 3. Joseph. Capit. & art. 15. Capit. Carol. VI.* De aliis silent. Nullum tamen fere est territorium, ubi non peculiaria hac parte instituta habentur, atque adeo nulla regula generalis hic dari potest. Plerumque id non fit sine consensu subditorum, & Statuum Provincialium *H. E. T. I. pag. 169.* Imo sæpe non tam imperantur, quam impetrantur a subditis collectæ; & interdum a Principe reversales literæ Ordinibus dantur, quibus ne res in consequentiam abeat, cavetur. E contratio Principes interdum pro lubitu eas indicunt: quo jure id fiat? majoris est disquisitionis, quam nostræ. Et etiam in Civitatibus Imperialibus peculiaris hujus rei ratio recepta. Paucis, jus collectandi Ordinibus Imperii competit, *prout leges Imperii, consuetudines, & pacta cum subditis id admittunt.* Tunc tamen subditi non poterunt recusare collectas, si publica utilitas, & evidens necessitas id exigat, ac Fisci reditus, vel Cameræ, publicis usibus, ad quos destinati, non sufficiant e. c. defensio patriæ, redemtio domini, solutio æris alieni provinciæ nomine contracti. Legantur *Klockius, Math.*

alii-

aliique &c. *Myl. c. 62.* De variis generibus collectarum vero hic agere institutum non patitur; ut nec & aliis ad hoc argumentum pertinentibus. Si ulla in re natura novas formas semper edit; id certe hoc in genere fit. Nam quotidie novi excogitantur modi pecuniam cogendi, qui veteribus accedunt. Atque cum unus alterve magna cum inæqualitate conjunctus sit, qualis etiam est ille, apud nos qui invaluit, secundum *sexagenas*, cujus iniquitatem, si ullo, certo hoc tempore, ubi exteri per fata intolerabilia tributa exigunt, experimur: ideo sæpius agitur de æquioribus inveniendis. Placet multis in locis hodie *Accisa*, ubi portiuncula ex rebus consumtibilibus præstatur, ab omnibus, qui vitam degunt in loco. *vid. Lenz. & Rhet. de Accis.* Cui non obstare *Art. 21. Cap. Jos. art. 8. §.* Wann auch einige. *Cap. Carol. VI. docet D. Stryk. de Via facti Princip. cap. 2 §. 11.* ostendit. Nam licet ea exteri etiam quodammodo graventur, fit tamen hoc tantum per consequentiam, & quatenus nempe illi temporariorum subditorum rationem habent. Quousque Collectæ a Vasallis exigendæ dictum *Jpr. Feud. c. 18. §. 20.* De aliis modis, quibus ex bonis subditorum *Fisci Patroni* commoda ejus interdum minus recte augere conantur, agere hic non licet. *vid. dictat. 81 Jpr. Feud. §. 53.* Genera Tribut.

§. XIIX.

Res Fisci. §. XVIII. *Res vero Fisci*, quorum reditus ad eum pertinent, variæ sunt: atque bona *fiscalia*, *bona Cameræ*, *mensæ*, interdum dicuntur. Consistunt illa a) in prædiis, sylvis, fundis, atque illorum pertinentiis, & varii generis reditibus, quæ exinde proveniunt. it. & juribus, & hominum ad ea pertinentium Ambts Unterthanen, qui olim *fiscalini* appellabantur, operis, aliisque præstationibus, quæ recensere longum foret. *Seck. F. St. p. 3.* b) In *fluminibus publicis*, quæ qualia sint *vid. Mod. Pist. Vol. I. conf. 19 n. 2. 12. & illorum jure II. F. 56.* Cujus partes sunt jus flotrandi, Floßgerechtigkeit, quod Elector Saxoniæ per omnia Ducum Saxoniæ territoria solus exercet in Sala *Fritsch. de Jure Gratiæ c. 3. n. 25.* Jus *Pontium & Pontonum Ziegl. L. 2. 16.* Jus *piscandi*; vel aliis id concedendi, Jus *molendina exstruendi*, vel prohibendi Lege publica, ne alii id faciant, qualis in nostra Saxonia hucusque nulla extat, nec etiam in Germaniæ omnibus territoriis, ut dictum *Jpr. Feud. cap. 8. num. 26.* Quoad usum *navi-*
Navigatio. *gandi* non possunt Status Imperii vicinos, aliosque Imperii cives, & subditos ab usu fluminum navigabilium arcere, nisi magna & justa subsit causa vid. *Const. P. P. de 1548. §. 1. R. J. de 1545. §. 54. Cap. Leop. art. 23. & Jos. 22.* ita, ut contra impedientem

entem navigationes in suo territorio mandatum sine clausula decerni possit. *Gylmann. in Symphor. Supplic. T. II. P. III. tit. 16. suppl. I. Blum. Proc. Cam. tit. de Pace Publ. num. 17.* Referunt & huc *c) insulas*, Insulæ. & *alveum* derelictum; sed in his terris ratio obtinet, quæ Juri Romano placuit. *J. P. F. Long. e. cap. 8. §. 25.* it. *maria* cum Maria. littoribus; *portus II. F. 56. Rhet. de Jure Port. d) Vias publicas Ziegl. de Jur. Maj. Lib. II. cap. 16. Jpr. Feud. c. 8. §. 23. e) Palatia 2. F. 56. Muros, portas, fortalitia*, & quicquid ad illa instruenda pertinet, & destinatum *D. Stryk. U. M. tit 8. §. 1.* quæ res licet reditus pecuniarios non præstent, præstant tamen alia commoda Reipubl. Porro ad hoc regale refertur *f) jus venandi*, vel capiendi feras bestias exceptis vilioribus & noxiis: quod in *majus*, & *minus* dividitur, interdum etiam intermedium, hohe Nieder und Mittel Jagd, datur, de quo plurimi late agunt. *vid. Ziegl. Lib. 2. c. 14. Jpr. Feud. cap. 50.* quamvis & non male dicatur, bestias illas, quatenus in territorio, vel Principis banno ferino continentur, jam ipsius esse, licet dominium illarum, dum egrediuntur, amittatur. *Titius Lib. 2. c. 3. §. 14. g) Metalla* & mineralia sub terris latentia, & quidem ipsa, non tantum jus exigendi decimas, de qua re late egimus *cap. 9. Jpr. Feud.*

præsertim §. *9.* & *15.* *l*) *Salinæ d. cap. 9.* §. *33.* & ex quorundam sententia *thesauri Schilt. Ex. 45.* §. *25.* quod tamen in Saxonia nostra haud fit. *vid. dicta alleg. cap. 9.* §. *14.* & *34.* *i*) *Res inanimatæ*, quæ in aquis & littoribus reperiuntur, ut lapilli pretiosi, succinum, licet a plerisque specialis prohibitio præsupponatur, quibus collectio earum rerum interdicta privatis *D. Stryk. U. M. de R. D.* §. *9.* *k*) *Loca inculta*, quæ a nemine unquam possessa. Quicquid enim nullius privati est in Republ. id ad Principem pertinere censetur. *Vitriar. III. 18. 73.*

Domanialia quæ? §. XIX. Bona ista *Fiscalia*, Cammer Güther, sunt qui *Domania*, vel *Domanialia* vocant: sunt tamen & alii qui *Domania* plane distinguunt a bonis istis *Cameralibus*, seu *Fiscalibus*. In describenda autem differentia ista mire variant, ut videre est apud *Brukner. de Doman. pag. 29.* & *48.* aliosque, qui de Domaniis scripsere: titubantque valde, quando, quænam Domania sint, describendum. Plerique eo abeunt, ea Domanialia esse, quæ mensæ, victui ac dignitati Principis a populo sunt destinata. Addunt alii in Regni expensas necessarias, vel ad supportanda reipubl. onera, vel ad regimen cum dignitate gerendum. *Cellar. de Doman. cap. 3.* *Seydel. de Doman. Assert. I.* *Rosner. de Doman.*

Doman. cap. 2. num. 5. Alii ipsos Principatus & Electoratus Domania dicunt, alii certa bona in iisdem. Alii usumfructum tantum Principi, alii proprietatem assignant, sed tamen sine facultate alienandi: quam tamen alienationem interdum subditis consentientibus fieri posse dicunt; factam vero a solo Principe & juratam licet, ullius momenti esse, negant. Hinc & nec præscriptioni, & ne quidem immemoriali subjacere ea volunt, & quæ aliæ harum rerum affectiones allegantur. Ego non miror, ita fluctuare scriptores, cum neque vox *Domaniorum* usque ad seculum præteritum in usu apud nos fuerit, nec leges, quibus Germania utitur, ullibi aliquid de Domaniis disponant. Quicquid enim de his traditur, ab exteris petitum, Gallis præsertim, *& ex Chopp. de Doman. Franc. Libro* aliisque desumtum, quæ instituta ad Germaniæ res haud quadrant. Atque ob hanc causam, ingenue fateor, nos qui in Saxonia jus respondemus, nondum assuescere potuimus illi *Domaniorum doctrinæ:* cupimus tamen hac parte erudiri. Interim, si quid ego judicare possum, existimo, illa bona, quæ *Domanialia* passim vocantur, nulla alia esse, quam *Fiscalia*, quæ in dominio sunt *Fisci*, *vel ejus*, *cujus est Fiscus*, Principis scil. cui etiam per hoc

Domanial. eadem ac Fiscalia.

hoc poteſtas eſt illa alienandi. Namque nullam hac de re reperio prohibitionem: parumque conveniens eſt, Principes infra conditionem privati ponere, ut non jus ſit, neceſſitate, vel utilitate exigente, alienando quædam, vel oppignorando ſibi conſulere poſſe. Nec apparet, quomodo hæc cum ampliſſima illa & liberrima poteſtate, quam Domaniorum aſſertores Principibus tribuunt, conveniant. Neſcio etiam an Principes illos ferent, qui nudos uſusfructuarios eos eſſe, & ſic jus illorum a proprietate ſubditorum pendere affirmant? Et ſi maxime res tales partes feudorum Imperialium quantitativæ ſunt, uſu Germaniæ tamen & illas, ſi non adeo magni momenti ſint, alienari poſſe diximus *cap. 51. §. 8.* libere, cum alioquin in bonis feudalibus alienandis Domini feudi, & agnatorum ac ſimultanee inveſtitorum conſenſu opus, ut notiſſimum. De cetero ad regulas officii boni Principis & prudentiæ pertinet, ne ſine urgente neceſſitate bona fiſcalia diſſipentur. Non nego etiam, ſi ſalus publica tali alienatione ita læderetur, ut nullo alio modo ei conſuli poſſit, quam revocatione; ſi fraudibus & doloſis perſuaſionibus Principes ad alienationes inducti, vel læſi ſint enormiſſime, negotia iſta, pro re nata, prævia cauſæ tamen cogni-

gnitione, nulla declarari, vel rescindi posse. Alioquin fidem, & ipsi, & fiscus servant *l. 1. 2. C. ne fiscus rem quam vend.* atque utuntur in contractibus jure privatorum, salvis tamen fisci privilegiis *l. 6. l. 37. ff. de Jur. Fisc. l. un. C. de Conductor. & Procurat. praed. Fisc. Peregr. de Jur. Fisc. lib. 7. t. 3. num. 45. Ziegl. de Jur. Maj. Lib. I. c. 1. §. 16. 17.* Nec ex eo tamen solo, quod facto officialium laesio contigit, res alienatas revocare poterunt. *Peregr. de Jur. Fisc. Lib. 2. tit. 8. num. 27. Brunnem. ad L. ult. C. de Fundo Rei privat num. 11. D. Ockel. de praescript. immemor. cap. 3. th. 32.* uti nec restitutio in integrum ad exemplum minorum huc quadrabit. *D. Berger. Res. Lauterbach. Lib. 49. tit. 14. pag. 879.* Quae omnia nostra Collegia respondendo hucusque sunt secuti. Quod si etiam in Provinciis privilegia Caesarea, vel pacta cum subditis habeantur, jurata vel non jurata, quibus certorum bonorum, quocunque modo vocentur, alienatio prohibita, quae utique habent LL. fundamentalium rationem, nemo dubitabit factas contra has leges a solo Principe (aliud si subditi consentiant) alienationes nullas esse, ac sic bona alienata revocari posse: quorsum pertinet famosum illud *cap. 33. X. de jurej.* Atque & hoc obtinere puto, si maxime in extraneum alienata, quem LL. illae LL. fundam. alien. prohibent.

 funda-

fundamentales eatenus stringunt, quatenus in territorio aliquid acquirere cupit, quod alienare non est in potestate Principis solius. Non ambigo etiam, Principem solum, hac potestate alias pollentem, lege edicere posse, quænam bona pro inalienabilibus, & Domaniis in posterum habere velit. *D. Stryk. de sent. contra Fisc. ferend. §. 48.* Quibus casibus, si bonum domaniale vel inalienabile dicatur, ab allegante id probari debet *D. Stryk. d. l. §. 57.* Quod tamen non eo pertinet, ut lite orta Principis declaratio sufficiat, rem possessam esse domanialem. Interim si Princeps a tali lege a se solo lata recedat, & ipse, sciens rem talem esse, illam alienet, non video, quomodo eam postea revocare possit, nisi casibus, quos antea adduximus in medium.

Præscr. talium bonorum. §. XX. Quoad istorum bonorum fiscalium alienationem tacitam per præscriptionem, quousque jure domestico destituamur in Juris Civ. placitis pariter acquiescendum esse reor. *cap. 12. supr. §. 8. 11.* ita, ut bona Fisco perfecte quæsita XL. annis præscribantur, quoad reliqua tempora observanda, quorum mentionem facit *D. Hopp. ad §. 4. J. de Usucap.* Posita vero lege speciali, quæ prohibeat alienationem quorundam bonorum, non sufficiet quidem illa præscriptio; pugnabit

bit tamen pro possessore ista, quæ immemorialis temporis dicitur. Quod si enim & Princeps, & populus per tantum tempus, cujus initii memoria non extat, propria aut aliena, passi sunt, rem talem a privato possideri, derelictio tacita inde colligenda est. Atque si tamdiu publica res istis bonis carere potuit, poterit & inposterum: & iniquum foret, post tantum tempus rerum harum possessores, tertios vel quartos, vel quintos sæpe earum amittendarum metu cruciari. Atque hoc est, quod Doctores omnes fere magno consensu docent, præscriptionem immemorialis temporis, vim tituli & privilegii & præsumtionem bonæ fidei, semperque locum habere, ubi nulla alia præscriptio sufficit. *Brunnem. J. Eccl. L. 2. cap. 11.* Quæ sententia tum ex jure, quod recta ratio docet, atque deficiente positivo jure, in civitatibus inter imperantes & subditos quoque procul dubio vim suam exerit, tum ex *L. 7. C. de fund. rei priv. & cap. 26. §. Præterea. X. de V. S.* non male probatur *Carpz. P. 2. c. 3. d. 25.* licebitque hoc capitulum æque allegare, ac a dissentientibus *d. cap. 33.* allegari solet. Maxime vero huc pertinet *R. J. de 1548. §. 54. 56. 64.* Nam quamvis sint, qui reponant, hunc textum non pertinere ad præscriptiones subditorum, sed ad summorum

imperantium inæquali fœdere junctorum: hæc hypothesis tamen principium petit, quod minime certum est, & apud paucissimos applausum meruit, ut dictum *cap. 13.* Atque nulla causa est, cur credamus, præscriptionem immemorialem, quæ in relatione Statuum omnium ac singulorum ad totum Imperium locum habet, cessare in relatione Statuum ad eorum subditos. Et sane, si vim immemorialis præscriptionis evertere velimus, nescio, qua ratione Status Imperii possessionem quam plurimarum rerum, quæ olim ad sustentationem Imperatoris pertinebant, acquirere potuerint: in quibus plerisque titulis alius justus originarius deest. Plane ipse *Choppinus* testis est, in Gallia, quoad domanialia possessionem, cujus memoria non extat, prodesse. *Lib. 3. c. 9. n. 6.* Nec puto denique, reverentiam & fidem imperanti debitam lædere subditum, si in illo tacito consensu & derelictione se fundet, uti sub Imperio Justiniani despotico non peccarunt subditi, cum adversus fiscum præscriptionem allegarent. *Conf. D. Ockel. de præscript. immem. cap. 3. th. 24.* In territoriis *Ecclesiasticis* res *fisci* ad res *Ecclesiasticas* referendæ sunt, atque adeo quoad alienationem & præscriptionem illa applicanda sunt, quæ ex jure communi huc pertinent. *Jpr. Feud. cap. 5. §. 5. & cap.*

Bona fiscal. Princ. Eccles.

& cap. 11. §. 4. Excipiunt tamen Dd. bona mensalia Episcopi *D. Ockel. de Præscript. immem. cap. 4. th. 13.* quæ plane inalienabilia & inpræscriptibilia esse volunt. Sed non video, cur non & hæc cæteris paribus, juxta requisita legalia alienari queant; & cur quadragenaria præscriptio, vel, si specialem prohibitionem supponamus, saltem immemorialis locum non habere debeat. *D. Ockel. d. l. th. 27.* Hanc nostram dum sententiam exposuimus, nihil detractum volumus aut Principum juribus, aut cujuscunque alterius aliter sentientis auctoritati. *conf. d. c. sqq.*

§. XXI. Post hæc omnia illud non omittendum est ad Principes nostros & Dominos territorii in relatione ad territoria & subditos applicari posse ea, quæ in Jure Civ. habentur constituta intuitu Imperatoris in relatione ad subditos, nisi Status reipubl. legesque fundamentales Imperii, vel pacta cum subditis id impediant *Brunnem. ad. l. 2. C. Quando libellus Principi datus litis contest. &c.* atque adeo & istius tituli dispositio ad nostros Principes etiam pertinet. Aliud exemplum circa donationes allegavimus supra *cap. 51.* de quo *v. diss. D. Berger. de donat. Princ.* Maxime autem conspicuum exemplum est in rebus, aut juribus fisci, de quibus ex parte modo dictum. Qua ratione Applicat. Jur. Civil.

 tione

tione etiam ea, quæ in jure Civ. de bonis Principis patrimonialibus habentur, quæ scil. Princeps non ut Princeps, sed qua privatus possidet, *Hopp. ad J. tit. de Usucap.* §. 4. huc trahi possunt. Et ob hanc causam *l. un. C. si quis Imp. maledix.* ad Principes Imperii applicandam esse, nostra Collegia sæpius existimarunt. Ultimo his addendum, licere Principibus & Statibus Imperii secundum Constitutiones Imperii in exercitio Regalium omnium adversus subditos se propria autoritate tueri, atque immorigeros in ordinem redigere, ac in eum finem opem vicinorum implorare. *art. 7. Cap. Jos. & art. 15. in f. Cap. Carol. VI.*

Jus tuendi S. T.

Jura transeunt.

§. XXII. Agamus nunc de transeuntibus S. T. juribus, quæ quidem & in ipso territorio vim suam exerunt, sed tamen potissimum respiciunt negotia cum exteris. Huc pertinet *jus belli, & pacis.* Illud jus belli exercent Status, quod tanquam pars S. T. antiqua observantia innititur, limitibus tamen circumscribitur certis. Namque 1.) adversus Con-cives bello agere non licet, sed jure quilibet agere debet, ut dictum *cap. 52. §. 5.* quamvis defendere quis possit sese contra fractores pacis *O. C. P. 2. tit. 9. pr. & §. 1. d. §. 5. Strauch. J. J. P. L. II. tit. 11. §. 1.* & refractorios subditos in ordinem redigere, aliisque

Jus belli

ob

ob hanc caufam adfiftere. *Myl. c. 81.* Minus 2.) adverfus Imperatorem, atque Imperium bellum fufcipere, aut aliis auxilia præftare quis debet. *cap. 52. §. 5. vid. tamen dicta cap. 48. §. 4. & 42. §. 4.* Adverfus exteros vero 3.) bella offenfiva & defenfiva fufcipere, vel aliis auxilia mittere Status poffunt, fine fpeciali confenfu Cæfaris, modo caveant, ne per temerarium bellum, vel injuftum, periculum Imperio, vel damnum nafcatur. *a. 10. Cap. Jof. & art. 6. Cap. Carol. VI. Schwed. d. l. cap. 16.* nec per alias regiones Imperii milites ducantur alio modo, quam id permiffum eft in conftitutionibus Imperii, *de quo Schweder. d. cap. 16. §. 11.* Atque ex his confequens eft, & repreffalias, arrefta adverfus exteros exerceri poffe. *Myler. cap. 50. §. 6.* Cæterum fi bello cum exteris Imperium totum implicetur, juxta modum præfcriptum patriæ adeffe debet quilibet, nec neutras partes eligere poteft, nifi confenfu Imperii id fiat, quod fuperioribus bellis Argentinæ concedebatur aliquando. Si plures copias habet, quam quota ejus exigit, ex arbitrio cum illis agit; bene tamen facit, fi ufibus Imperii impendat. Si inteftinum bellum eft, Status Imperii faciet, quod & Imperio, & fibi conducere videbitur. Ratione vero Circularis militiæ, Crayß-Bereitſchafft, ita debent

debent esse instructi, ne imparati deprehendantur. *Strauch. II. 11. supr. c. 53. §. 10.*

Jus armor. §. XXIII. Ad hocce jus belli vero variæ partes pertinent 1) jus habendi *fabricas armorum*, & armamentaria publica, quod vulgo *jus Armandiæ* vocatur. *Schweder. d. l. cap. 16. Jpr. Feud. c. 8. th. 21.* 2) Jus subditis armorum usum, & exercitium injungendi, eumque iterum, si opus, prohibendi. *Myl. cap 75.* Quæ de re varia & egregia legi possunt in *Seckend. de Stat. Christ. L. 2. cap. 10.* 3) Jus *sequelæ die Heers-Folge, Reiß, art. 17. Cap. Jos. & art. 19. Cap. Carol. VI.* (a qua differt, *die Gerichts-Ambts Jagd- oder Feuer-Folge. Fritsch. de Jur. sequ. cap. 5.*) vi cujus vocati subditi Dominum, sive is bellum moveat, sive contra illum moveatur armis, si illis tractandis apti, debent sequi. *Schweder. d. l. num. 5.* quod

Jus sequel. olim usque ad tempora *Maximiliani I.* maxime in usu fuit, postea tamen fere desiit: cum conductitio milite, cui subditi sumtus suppeditarunt, uti satius visum, aliaque ratio bellum gerendi nata. Seckend. Fürsten-Staat *II. 10.* Interim id remansit, ut in his vel istis territoriis militia provincialis ex incolis constituatur, Land-Ausschuß, *Defensioner*: quorum ratio, & quousque operas militares præstant ex cujuslibet territorii constitutione æstimandum. Imo in casu necessitatis omnes

mnes subditi adhuc tenentur sequi; atque ideo multis in locis omnes etiam in legiones distribuuntur, ac, ut dictum supra, exercitiis armorum assuefiunt, ut, si opus, eo meliorem operam præstare possint. 4) Jus *conscribendi* milites, iisque proponendi omnis *Generis* Duces, *Magistros*, ac *officiales*. Quæ vero circa hanc rem in *O. C. P. II. t. 15. R. 1555. §. 3. R. J. de 1564. §. 26.* habentur, fere non observantur hodie. *D. Stryk. de Via facti cap. 1. §. 47.* 5) Jus *muniendi*, & *exstruendi fortalitia*, *Cap. Joseph. art. 3. R. J. noviss. §. 180. D. Stryk. de Jure Fortal. c. 2.* etiam in ipsis limitibus Provinciæ, modo non fiat in æmulationem, aut aliud quid obstet. *Fritsch. de Jur. Fortalit. c. 9. §. 17. Stryk. d. l. c. 4. n. 5.* 6) Jus Præsidiorum dd. tt. cui adhæret jus *excubiarum*, *Myler. c. 78.* 7) *Jus hospitationis*, seu *metationum*, *Einquartirung*, a quibus Professores, & quidem secundum jus commune, quoad omnia illorum bona immunes sunt *l. 6. C. de Professor. Tabor. de Metat. & Epidem. cap. 3. §.* 8) *Jus angariarum & parangariarum*, der Heerfarths-Wagen, Stück-Pferde: qualia tamen interdum tantum a subditis Præfecturarum, *Ambts-Unterthanen*, exiguntur: quod jus etiam tempore pacis interdum exercetur *Myler. cap. 72. Vitr. II. 19. 86. seqq.* 9) *Jus dandi* obsidem civem invitum. *Schilt. de jur. obsid.*

Jus legendi milites.

Angar. & Parangar.

Jus pacis. *fid. c. 1. 3.* Hæc de Jure belli, cui annexum est jus faciendi pacem, ut dictum *cap. 43. §. 4.* atque ideo illis jus est bellum, quod suis auspiciis juste suscepere, pace inita finire, & inducias pacisci: imo & injuste cœpta bella sopire possunt, & debent. Quod si autem causa Imperium tangat, vel Circulum saltem, singuli Status sua sponte hac parte nihil possunt.

Jus fœderum. §. XXIV. Jus Fœderum non tantum Statibus inter se singulis competit, verum etiam cum exteris pro sua scil. cujusque conservatione ac securitate, ita tamen ut non fiant adversus Imperatorem & Imperium, *P. R. & W.* & salvo juramento Imperatori & Imperio præstito *R. J. 1529. §. 35. art. 8. §. Gaud. J. P. art. 10. Cap. Jos. & art. 6. Cap. Carol. VI.* Consensus Imperii nullibi requiritur; sunt tamen qui Cæsari fœdera cum exteris inita significanda esse volunt. *H. E. T. I. pag. 170.* Repetantur vero dicta supra *c. 42. §. 25. c. 48. §. 4. & c. 52. §. 4. H. E. T. I. pag. 170.* Imo Cæsar ipse etiam cum illis fœdera init. Exempla variorum fœderum, & unionum, hereditariarum etiam, *Erbvereinigung*, quæ non confundenda cum confraternitatibus. *Itter. de Feud. Imp. c. 17. §. 16.* legi possunt apud *Schweder. P. S. Sect. 2. c. 27. n. 8. & supra art. 25. §. 6.* quibus addi debent fœdus *Suevicum*, de quo multa apud *Dattium R. G. Lib. I. Rhenanum 1658.* de quo vid.

vid. *Grundfeste pag. 331.* Augustanum 1686. *Londorp. T. 12. pag. 522.* & præsens fœdus, seu associatio adversus Gallos.

§. XXV. Posthæc referendum huc est *jus Gvarantiæ*, qua pacis conclusæ fide-jussio, & securitatis præstatio recipitur: quod Status in Constatus, & exteros sæpius exercuerunt. Exempla legi possunt apud *Fürstner. de Jur. Supremat. cap. 12. & Kulpis. ad Monzamb. cap. 5. §. 8. conf. Diss. D. Coccej. & Obrechti de Guarantia.* Et denique huc spectat jus *Mediationis*, qua quis vel controversiam ex compromisso decidendi, vel reconciliandi partes belligerantes causa intervenit, quod tum inter Status, tum exteros in usum deduci potest. Exempla apud *Fürstnerum, & Kulpis.* extant. *conf. D. Philipp. Müller. dissert. de Mediat.* Jus Guarantiæ. Jus mediation.

§. XXVI. Sequitur *jus mittendi Legatos*, quod Statibus ab antiquo competit, ut ostendit *Kulpis. de Legat. Stat. 6. & 7.* atque sub his *Civitatibus Imp.* quoque, quæ & alias non nisi per personas repræsentantes res agere possunt. Mittunt vero *Legatos* non tantum Status collective sumti, vel certa *Collegia* illorum, sed etiam, quod huc spectat potissimum, ut singuli; quamvis interdum inter plures ejusdem territorii Principes legationis jus commune sit. *vid. Kulpis. d. l. c. 8.* In Imperio Jus mittendi Legat.

rio Legatos mittunt, tum ad *Constatus singulos*, vel *conjunctos*, ad *Concilia*, *Comitia universalia*, vel *particularia*, *Conventus circulares*, *Collegiales*, *Kulp. c. 9.* tum etiam ad ipsum *Imperatorem*, *Cap. Jos. art. 38. & Carol. VI. art. 23.* ibi: Ihren Bottschafften, und Gesandten, ubi se illos prompte audire velle promittit: tum etiam ad exteros Reges, Principes, ac Respublicas. Qui a Statibus ad subditos mittuntur, nomen Legatorum non gerunt, sed *Commissariorum*: uti nec etiam illi, qui a Statibus Provincialibus, & subditis ad Dominos territorii missi Legatorum, sed Deputatorum nomine, stylo hodierno, veniunt, etsi secundum Juris Rom. usum & Municipia Legatos mitterent. *L. I. seqq. ff. de legation.*

Differ. Legator. §. XXVII. Stylo Comitiali Ordinum Legati vocantur, der Stände Räthe, Bottschafften, und Gesandten, atque in Constitutionibus verba, Bothen, Bottschafften, Gesandte, Abgesandte, Gevollmächtigte, Abgeordnete, Vollmächtigte Anwälde, Gewalthabere, Nuncii promiscue adhibentur. *Kulp. d. l. cap. 10. §. 6.* nec in Conventibus Imperii alia distinctio Legatorum fuit observata, quam quod alii *Primarii*, vel *Principales*, alii *Secundarii*, vel *Adjuncti*, quorum hi illorum, qui reapse Legationem sustinent, Consiliarii

quasi

quasi sunt, & si opus, substituit. *Kulp. d. l. c. 2. §. 5.* A tempore vero *negotiationis*, *& P. W.* Legationum ratio & in Germania varie distingui cœpit. Namque Legati hodie vel Ministri, nomine publico missi, distinguuntur vel *intrinseca potestate*, vel *adjectitio honore*. *Potestas* vel *imperfecta* est, cum ad Dominum referre jubentur; vel *perfecta*, si cum libera missi, qui *Plenipotentiarii* vocantur. Utrique vel *sine honore adjectitio*, s. *charactere*, mittuntur, qui cum nullis ob ceremonias expositi sint difficultatibus, sæpe felicius, quam alii res conficiunt: vel cum *honore adjectitio*, seu *charactere*, atque sunt vel *primi ordinis*, vel *secundi ordinis*. Illi vocantur Legati, κατ' ἐξοχὴν, Gesandten, Oratores, Ambassadores; ad quod genus etiam pertinent *Nuncii Apostolici*, qui in *natos*, vel *missos*, & *quidem* vel *a latere*, vel cum *potestate de latere*, vel *simpliciter missos* distinguuntur. *Ziegl. ad Lancell. l. 27. 9. Hermes Fascic. J. P. c. 25. n. 5.* Hi scil. *secundi ordinis*, *Ablegati*, Abgesandten, *Envoyez*, *Inviati* dicuntur. Utrique sunt vel *Ordinarii*, vel *Extraordinarii*. Illi, quibus nullum certum negotium, nec breve tempus concessum est, sed qui indefinite curant res Domini; hi autem, qui occasione certæ rei, vel causæ mittuntur. Illi ex secundo ordine *Residentes* appellantur.

Pleni-potent.

Prim. Ordin.

Secundi Ordinis

A quibus omnibus differunt plane *Agentes*, *Consules Mercatorum*. *Kulp. d. l. c. 3. §. 6.* Ministros autem primi vel secundi ordinis distinguit *character repræsentatitius*, istorum qui consistit in Jure fruendi iisdem honoribus, quibus frueretur is, qui repræsentatur, si præsens esset, in quantum nempe ratio fert, & consuetudo. *Kulp. c. 14. Fürstner. de Supremat. c. 6. 7. & 8.* Atque adeo majori pompa veniunt, & excipiuntur, quam alii Et tribuitur tum in aulis, tum apud aliorum Legatos illis, 1.) Titulus *Excellentiæ*. 2.) Visitatio novissime advenientis, ita ut ille, qui ex eodem ordine jam adest, advenientem prius salutet, licet alias Dominus præsentis Dominum advenientis præcedat. 3.) Locus potior visitantis apud Visitatum, (la main & le pas.) Quorsum etiam 4.) pertinet jus insidendi sellis cum brachiis, *fauteuil.* Quo charactere repræsentatitio carent Ministri secundi ordinis atque adeo illis indistincte cedunt, sine respectu Dominorum prærogativæ, illosque indistincte, dato tituto excellentiæ, quem tamen vicissim non accipiunt, primum visitant, & apud Visitatos loco cedunt. Quæ tamen res interdum per usum aliter se habere potest, prout ann. 1682. Ablegatus *Suecicus* ab Electorum & Principum Legatis, qui primi ordinis characterem sustinebant

Charact. repræsentat.

nebant, ista omnia prædendebat, exemplo Deputationis Francofurtanæ 1654. quamvis tunc sine successu.

§. XXVIII. In Comitiis Conventibusque Imperii aliis distinctio hæc, ut dixi, non invaluit, sed stylus vetus, Bothschafften, und Gesandten, hucusque retentus, licet ratione ceremoniarum inter Electorales, Principum & Civitatum ministros & missos differentia habeatur, ut sæpiùs dictum, quamvis interdum non sine lite. *Kulp. de Leg. Stat. cap. X. §. 6. cap. XIV. §. 25. sup. cap. 25. §. 11.* Extra hos conventus vero in Imperio, si præsertim cum exteris agendum, & extra Imperium, omnino observatur. Sed utrum Electores, & principes ac Status Imperii ministros primi ordinis mittere queant; & quidem ita, ut omnibus honoribus huic ordini debitis fruantur? multum disceptatum est. Et Electoribus quidem ab exteris id denegatum non fuisse hactenus, notum est, quamvis in aula Galliæ, quoad ceremonias quasdam, res non sit expedita, ut adeo illi Ablegatos quam Legatos isthuc mittere malint. Cæsar etiam extra Imperium idem fecit. Omnia tamen hæc uni tantum primario nempe concessa fuere. *Kulpis. cap. 10. §. 26. H. E. T. I. pag. 102.* Intra Imperium vero denegavit id Electoribus Cæsar, & nota sunt, quæ in con-

An E. lect. mitt. prim. ord. min.

A quibus omnibus differunt plane *Agentes*, *Consules Mercatorum*. *Kulp. d.l. c.3.§.6.* Ministros autem primi vel secundi ordinis distinguit *character repraesentatitius*, istorum qui consistit in Jure fruendi iisdem honoribus, quibus frueretur is, qui repraesentatur, si praesens esset, in quantum nempe ratio fert, & consuetudo. *Kulp. c. 14. Fürstner. de Supremat. c. 6, 7. & 8.* Atque adeo majori pompa veniunt, & excipiuntur, quam alii Et tribuitur tum in aulis, tum apud aliorum Legatos illis, 1.) Titulus *Excellentiae*. 2.) Visitatio novissime advenientis, ita ut ille, qui ex eodem ordine jam adest, advenientem prius salutet, licet alias Dominus praesentis Dominum advenientis praecedat. 3.) Locus potior visitantis apud Visitatum, (la main & le pas.) Quorsum etiam 4.) pertinet jus insidendi sellis cum brachiis, *fauteuil*. Quo charactere repraesentatitio carent Ministri secundi ordinis atque adeo illis indistincte cedunt, sine respectu Dominorum praerogativae, illosque indistincte, dato tituto excellentiae, quem tamen vicissim non accipiunt, primum visitant, & apud Visitatos loco cedunt. Quae tamen res interdum per usum aliter se habere potest, prout ann. 1682. Ablegatus *Suecicus* ab Electorum & Principum Legatis, qui primi ordinis characterem sustinebant

Charact. repraesentat.

nebant, ista omnia prædendebat, exemplo Deputationis Francofurtanæ 1654. quamvis tunc sine successu.

§. XXVIII. In Comitiis Conventibusque Imperii aliis distinctio hæc, ut dixi, non invaluit, sed stylus vetus, Bothschafften, und Gesandten, hucusque retentus, licet ratione ceremoniarum inter Electorales, Principum & Civitatum ministros & missos differentia habeatur, ut sæpiùs dictum, quamvis interdum non sine lite. *Kulp. de Leg. Stat. cap. X. §. 6. cap. XIV. §. 25. sup. cap. 25. §. 11.* Extra hos conventus vero in Imperio, si præsertim cum exteris agendum, & extra Imperium, omnino observatur. Sed utrum Electores, & principes ac Status Imperii ministros primi ordinis mittere queant; & quidem ita, ut omnibus honoribus huic ordini debitis fruantur? multum disceptatum est. Et Electoribus quidem ab exteris id denegatum non fuisse hactenus, notum est, quamvis in aula Galliæ, quoad ceremonias quasdam, res non sit expedita, ut adeo illi Ablegatos quam Legatos isthuc mittere malint. Cæsar etiam extra Imperium idem fecit. Omnia tamen hæc uni tantum primario nempe concessa fuere. *Kulpis. cap. 10. §. 26. H. E. T. I. pag. 192.* Intra Imperium vero denegavit id Electoribus Cæsar, & nota sunt, quæ in

An E. lect. mitt. prim. ord. min.

conventu Francofurtano 1682. hac de re gesta: quæ commercium omne Cæsareorum, & Electoralium impediebant; sed nunc tamen illam rem compositam esse, dictum est supra *cap. 26. §. 12. Kulpis. X. 7.*

An Princ. Imper. Quod ad Principes attinet Imperii, illorum missis in conventu Noviomagensi, post varias lites (de quibus Acta, & ex iis *Kulpis. c. X. §. 12. Fürstn. de Supr. c. II. sq. agunt*) tum a Cæsare, tum a Gallo (qui antea Lotharingiæ Legatos in literis salvi conductus *Minist. deputez.* vocaverat,) aliisque titulus *Legatorum* quidem concessus est; honores tamen Legatorum impetrare tum non potuerunt, atque ideo, qui Legatos primi ordinis mittere decreverant, eos secundi ordinis charactere induerunt. Res hæc calamum excitavit personati illius *Fürstneri* qui cum videret, rem successu carituram, si omnes Status indistincte, Comites etiam ac Barones, ac Civitates paria cum Regibus facere, & exigere vellent, distinctionem invenit inter *Suprematum, & territorialem Superioritatem*, quæ licet non rejicienda videatur, hæc res tamen ideo hucusque confecta non est. Nec Electores hæc Principibus tum *Noviomagi*, tum postea voluere indulgere. Quæ Francofurti an. 1682. hac de re lites intercesserint, ex Actis illius congressus notum est. *Conf. H. E. T. I.*

T. I. pag. 188. Rationes in utramque partem late excutit *Kulpis. cap. 10. §. 14. seqq.* Quæ de Legatis eorumque juribus ceremoniisque disputari solent, non est loci hujus excutere, atque alii evolvi possunt, præsertim vero *Kulpis. Tract. de Legation. Stat.*

§. XXIX. De cætero illud observandum est, gaudere interdum Status Imperii juribus quibusdam eximiis, tum in proprio, tum in alieno territorio, sed non tamen jure territorialis superioritatis, verum vel ex conventione tacita, vel expressa cum alio Statu, per modum feudi, vel jure servitutis, item jure clientelæ & protectionis, fœderis &c. Ita in territoriis jus vectigalium, & quæ illis annexa sunt, neutiquam exercent jure territorialis potestatis, verum ex speciali concessione Cæsarea, prout apparet ex illis, quæ supra diximus *cap. 44. §. 2. Rhet. 2. 15. 1.* Eodem modo res sese habet cum jure monetandi; *art. 34. Leopold. 33. Joseph. & art. 9. Carol. VI. Cap.* quod itidem ut dictum *cap. 44. §. 6.* ex speciali concessione pendet *D. Rhet. II. 16. 2.* Circa cujus exercitium de jure stricte observari debent leges Imperii monetariæ circà pedem & ligam, aliaque; nisi ipso facto jure suo excidere velint, *d. art. 34. & 33.* atque cavere præsertim, ne questus causa monetam cudant.

Jura alio quà S. T. competentia.

In territor. Vectigal.

Jus monet.

R. J. 1570. §. 132. Münz-Ordnung Ferd. I. §. 175. Jpr. Feud. cap. 7. §. 33. Quam sæpe autem in his peccetur, ibi præsertim, ubi ex re monetaria Cameræ reditus augentur, satis notum. Sunt qui existimant ista omnia de moneta Imperii, *Reichs-Müntze*, esse intelligenda, non vero de moneta Provinciali, *Landes-Müntze*, quam Status Imperii cudere posse ajunt vi S. T. & ita quidem, ut non necesse sit, sequi pedem & ligam Imperii. Me non fugit, in legibus Imperii fieri mentionem *der Land-Müntze, uti in Ord. Monet. Ferdin. I. §. 12. 19. 181. R. J. de 1566. § 155. & alibi passim*, sed intelligitur ibidem ejus generis moneta, quæ secundum mores cujusque Provinciæ recepta. *vid. Ord. Monet. §. 20.* Cujus tamen bonitas interna legibus Imperii conveniens esset debet. *R. J. 1566. §. 155. verb.* Jedoch das dieselbige Land-Müntze auch auf dem Gehalt und Werth der Reichs-Müntze reguliret und geordnet worden. *Conf. Ziegl. de Jur. Maj. l. 49. 10.* Vellem ergo de illius rei fundamentis edoceri. Tale jus etiam fuit olim receptio Judæorum *cap. 50. §. 11.* Extra territorium competit sæpe jus *apertura* ex variis causis. *Fritsch. de Jur. apert. cap. 3.* jus *conducendi* per alium territorium, quale exemplum supra allegatum *cap. 28. §. 4. vid. Orth. de Jure Conduc.* Jus *præsidii* in alieno, cujus rei

Land Müntz

Extra territor.

rei exemplum *Magdeburgum* nostra memoria præbuit; jurisdictio criminalis, quam e. gr. habet in civitate Imperii Colon. Agripp. ejus Archi-Episcopus *Jpr. Feud. cap. 7. §. 14.* Interdum quædam ex peculiari privilegio extra territorium exercentur, ut *Collatio dignitatum c. 45. §. 8. Jus Wildfangiatus* de quo *cap. 35. §. 27.*

CAP. LXII.

DE OBLIGATIONE IMPERANTIUM, GAUDENTIUM S. T. ET QUIBUS MODIS EORUM POTESTAS FINIATUR.

§. I.

Paucis nunc dicendum est de obligatione illorum, qui S. T. pollent erga sibi subjectos, tum *universos*, tum *singulos*. Ubi quidem nemo dubitabit, præceptis illis eos obligari, quæ circa officia Imperantium in genere jus divinum naturale & positivum suggerit: de quibus hic agendum non est. Atque cum ex illis legibus regula fluat, omnia eos facere debere, quæ salus publica, & finis societatis, cui præsunt, exigit: certum tamen & est, eo modo id faciendum, quem tum Leges totius Imperii, tum etiam cujuscunque territorii fundamentales præscribunt. Itaque, quod ad illas atti- Oblig. S. T. gaud.

net, in regimine territoriorum nihil facere potest, & debet Dominus, quod Legibus Imperii repugnat; atque huc repetenda omnia sunt illa, quæ de LLatione Statuum Imperii sunt dicta *c. præc. 61. §. 1. sq. H. E. T. I. p. 172.* item quæ dicta *c. 60. §. 4. seqq.* Debet etiam abstinere ab omni sævitia, & nimia prægravatione, & onerum impositione. *Guil. I. O. 17.* nec via facti adversus illos, sed via juris *regulariter* procedere, atque sic imitari Imperatorem juxta ejus promissionem *a. 14. Cap. Jos. & a. 2. Carol. VI.* quibus tamen nihil derogatur iis quæ supra ex *art. 7. Jos. Cap. & art. 15. in f. Cap. Carol. VI. §. 20. c. 61.* adducta *Conf. D. Stryk. de Via facti cap. 11.* Tueri vero & protegere eos adversus aliorum injurias utique decet.

Obs. privil. §. II. Porro leges fundamentales sancte observari debent: quorsum pertinent e. gr. *privilegia Cæsarea*, quibus nullum vitium, aut revocatio opponi potest *art. 13. A. B. art. 3. Cap. Leopold. & Jos. art. 1. & 15. Cap. Carol. VI. Und sonsten jeden, & verb. Gestatten wir &c. art. 11. §. 8. J. P. art. 10. §. 16. vid. s. cap. 45. §. 10* quæ salva atque integra relinquenda sunt subditis, nec possunt violari a Domino territorii. Pacta cum subdit. Pariter huc spectant *pacta* cum subditis, & statibus provincialibus, jurata

 vel

vel injurata, quæ formam regiminis, libertatemque statuum, & subditorum definiunt atque firmant, quæ sancte sunt servanda, *Ziegler. de Jur. Majest. Lib. 1. cap. 1. §. 23.* sine qua re nulla societas humana, imo nec genus humanum totum salvum esse potest. Hanc vero pactorum observantiam passim inculcant LL. Imperii *vid. J. P. art. 5. §. 33. art. 7. d. J. P. R. N. §. 171.* excepto casu, ubi per LL. publ. Imp. improbatata, *d. §. 33.* Ad quæ pacta etiam pertinent *privilegia*, quæ dicuntur, a Dominis, Statibus vel subditis universis concessa *Ziegl. L. 1. c. 12. §. 13. art. 16. §. 16. J. P.* It. literæ *reversales*, quas Principes subditis dant, *a. 13. §. 4. J. P.* de quibus legi potest *Tr. D. Fritsch. Bukilch. ad a. 7. J. P. Obs. 6.* Atque eadem locum habent, si maxime deficientibus pactis expressis, legitima tamen observantia & consuetudine subditi innitantur *O. C. 1495. Item ein jeder soll seiner Unterthanen ib. Löbl. Herkommen und Gebraeuchen a. 5. §. 16. J. P. W.* & maxime tunc si LL. publicis confirmata, qualia exempla *art. 11. §. 4. J. P. art. 10. §. 16. ibi longo usu* habentur. A quibus recedere posse Dominum, invitis & reluctantibus subditis, sub allegatione publicæ salutis qui credunt, illos refellit præter alia, dictus *§. 33. a. 5. ibi : nec ab iisdem, nisi*

mutuo consensu recedere liceat: & viderint, quomodo Principibus & Statibus ipsis consultum velint, si Cæsar fortasse potentia pollens sub eadem allegatione, quia imperium unius in multis plurium præstat, Capitulationis vinculum, vel observantiæ Imperialis velit solvere. Sane boni Principes non invident libertati subditorum, dum suis juribus merito invigilant; ac ideo potius operam dant, ut, si necessitas, & salus publica omnino exigat, pacta mutari, bona ratione eliciant consensum subditorum, quem boni subditi non denegabunt, si videant aliter rebus consuli publicis non posse. Quod si autem non possunt utrique hac de re inter se convenire, non opus est, ut via facti procedatur, quia judex non deest, coram quo causa agi & finiri potest. Nam & inter Dominum territorii & subditos jure agi posse, satis notum est, nec *art. 3. Cap. Jos. & art. 15. Carol. VI. ibi: nicht leichtl. R. N. 106. ibi: keine inhibition leichtl.* hoc prohibet *Conf. D. Stryk. de Via facti cap. 2. §. 2. supra cap. 57. §. 4. Seck. St. Princ. c. 4. §. 6. 7.*

Fides Feudistica. §. III. Quod si inter Dominum territorii, & subditum nexus feudalis etiam intercedat, fides feudistica præstari a Domino debet juxta *2. F. 6. 23. 58. Jur. Feud. Sax. cap. 77. Allem. 69. 91.* de qua Feudistæ passim

passim agunt, & videsis *c. 18. Jpr. Feud.* §. *21.* Pariter, si singulis privilegia concessa & per modum gratiæ, etiam illa regulariter nec a successore revocari possunt *Ziegl. l. 12. 13. 14.* nisi revocatio reservata, vel res ita comparata, ut utilitas publica directo lædatur, cui aliter non consuli possit, quam ablatione juris *Ziegler. d l.* Ratione vero contractuum, vel jurium, aut bonorum concessorum, repetenda sunt, quæ diximus. *cap. pr.* §. *19.* Ista vero jura subditorum Principes sub novi regiminis auspiciis renovare solent, & confirmare spondereque illa salva fore, idque interdum jurejurando confirmare. *Myl. 38. 13. Klock. l. c. 19.* Utrum vero Dominus si jus territorii feudale consensu Imperatoris, illorumve, quorum interest, vel allodiale, quod liberius, ut diximus *cap. 59.* §. *5. vid. art. 39. Leop. 38. Joseph. & art. 11. Carol. VI. Cap.* fieri potest, alienare, vel etiam de futuro successore per pacta cum aliis agere, aut ultimam voluntatem velit, consensum subditorum exquirere obligatus sit? disputari solet. Plerique eum consensum temere negligendum non esse arbitrantur *Myler. cap. 25.* §. *16. Heigius P. I. qu. 19. D. Lyncker. de his, quæ Princip. libert. perperam. Sect. 2.* §. *17.* quod uti æquissimum, dum maxime illorum interest, qualem Dominum sint habitu-

An sine consens. subdit. territor. alien.

bituri: ita non credo tamen in alienatione tali non hominum, sed juris in homines, absolute eorum consensu opus esse, nisi fortasse forma reginimis Provincialis per pacta, & observantiam, vel privilegia id requirat. *Itter. de Feud. Imp. cap. 17. §. 1.* De obligatione Dni feudi, qualis hac parte sit, dictum *Jpr. Feud. c. 14. §. 15. & cap. 18. §. 22.*

Modi Fin. & annul. S. T. §. IV. Quod ad modos amittendi, vel finiendi potestatem imperantium, quam S. T. vocamus, repetenda ista sunt, quæ *cap. 40. §. 8.* diximus. Quo loco observandum, si exemtio totalis contingat, ita, ut si Status aliquis in plenam libertatem ab omni nexu erga Imperium se vindicaverit, S. T. ejus in summam potestatem, & majestatem proprie sic dictam converti; si vero extero subjiciatur, vel ex pactis cum hocce, vel ex arbitrio ejusdem pendere, quantum superioritatis ipsi supersit. Quoad partialem exemtionem notandum, qualitate Status amissa, posse tamen S. T. salvam manere juxta dicta §. 10. *c. 49. & cap. 59. §. 10.* Quod si vero ex Statu Imperii immediato quis fiat alterius Status subditus, & Status mediatus, S. T. vel sublime jus territorii superesse nequit, & per talem exemtionem finitur: potest tamen simul jus aliquod territorii subalternum constitui, ut ex dictis *c. 49. §. 10. seqq.*

seqq. it. cap. 59. §. 9. patet. Porro amitti potest S. T. propter *delictum* vel *feudale*, quod *Feloniam* dicimus, quo territorium, de quo quis investitus, amittitur, de quo Feudistæ agunt passim. vid. dicta *spr. Feud. c. 23.* vel aliud, ob quod quis incidit in bannum Imperii, & sic omnia jura & bona amittit, de quo dictum *cap. 58. in f.* vel alias jure, ac territorio privari potest. Extinguitur etiam *morte*, *abdicatione*, vel *alienatione:* quorsum etiam illa species pertinet, ubi territorium mediatum in immediatum erigitur, de qua actum *cap. 56.* §. *5. pag. 597.* quibus casibus tamen in alio subjecto plerumque resuscitatur. *vid. dicta cap. 49.* §. *14.* Quod si tamen territorium ad Imperatorem redeat & Imperium, plane extinguitur; atque postea Cæsar ejusmodi terras summo jure majestatis regit, quousque alii subjecto iterum cum S. T. jure non concedantur. *vid. supr. cap. 44.* §. *5.* Denique interitu totius territorii, si e. g. insula aquis submergatur, vel Civitas Imperii penitus exscindatur, utique etiam necesse est S. T. interire *c. 49. in f.* Minime vero finitur si unum alterumve regale ad exterum pervenit iis modis, quibus dictum *cap. 61.* §. *29.* quod etiam per præscriptionem 30. annorum fieri posse Dd. docent *Rosenthal. cap. 5. Concl. 17. n. 3.* quamvis tunc quodammodo imminuatur.

§. V.

An subdit. regal. acquirere possint?

§. V. Hoc vero loco illud commode discuti potest: *utrum regalia subditis concedi queant, & ab his acquiri?* atque hac *ratione tolli, vel imminui S. T.* Ubi quidem nemo negabit, S. T. a subjecto proprio separari, & subditis communicari ejus jura non posse; quia implicat iis gaudere, & esse subditum: pariter ac circa ipsam majestatem id fieri non potest. *Ipr. Feud. c. 8.* §. *3. c. 59. supr.* §. *1.* Interim non repugnat habentem S. T. se illa abdicare plane in gratiam illius, qui subditus hactenus fuit, cæteris paribus, posse; vel huncce in communionem Jurium S. T. admitti. Prius fit, quando, ut diximus, ex Statu & subdito mediato Imperii fit immediatus, qui sic amplius subditus non est prioris Domini: alterum, quando Ordines Provinciales in consortium admittuntur, quod quando fit, eo respectu subditi non sunt, sed coimperantes vid. dicta *cap. 15.* §. *3.* Quemadmodum autem hæc consensu expresso fieri posse, vix quisquam dubitabit; ita & consensu tacito per modum præscriptionis idem contingere existimo. Quod si enim membrum Imperii hocce modo a nexu, quo erga Imperium totum stringitur, liberari potest, *cap. 49.* § *8.* quod si hoc modo Status Imperii in consortium summæ majestatis pervenire potuere,

tuere, ut passim a nobis dictum *vid. cap. 24. §. 6.* non video, cur & nostra præsens assertio locum haud invenire queat? Qua parte tamen id observandum est, istam præscriptionem a *subdito*, qua tali, utique in usum deduci non posse, sed opus esse, ut tanquam *Imperans*, vel *Coimperans* se hucusque gesserit, argumento illorum, quæ de feudali præscriptione afferri solent, & dicta *Jpr. Feud. cap. 11. §. 2. 3.* Facile etiam assentior Doctoribus, qui ordinaria tempora præscriptionum JurisCivilis non sufficere agunt; sed tamen non dubito temporis lapsu, cujus memoria non extat, si ille, qui antea, & quidem solus habuit S. T. per tantum tempus acquievit illa gestione, rem confici posse. Namque LL. nostri Imperii publicæ passim docent & inculcant, tali præscriptione omnia jura acquiri, & amitti. vid. *cap. 8. §. 1. ibi: cujus contrarii &c. cap. 9. A. B. R. J. 1548. §. 54. 56. 63. 64. art. 21. Cap. Leop. & 20. Jos. & art. 8. §.* Doch soll denenjenigen & *art. 9. Cap. Carol. VI. ibi: Ruhlich hergebracht a. 34. Leop. 33. Jos. Cap. ibi: Rechtmaeßig, und beständig hergebracht. art. 5. §. 27. ibi: ante hominis memoriam J. P. W. art. 27. Leopold. 28. Joseph. ibi: beständiges Herkommen*, ut ne alia loca ex R. J. aut Jure communi, & commentariis Doctorum coacervem.

Præscript. immem fund.

§. VI.

Exercitium Jur. S. T.

§. VI. Uti vero exercitium jurium Majestatis concedi potest subditis, ita etiam eadem ratione non repugnat, exercitium jurium territorialium, vel partium S. T. subditis Statuum Imperii concedi: quod fieri in omnibus territoriis titulo feudali, vel allodiali, quotidiana exempla docent, atque hic repetenda sunt, & ad alia applicanda, quæ de jurisdictione dicta supra *cap. 61. §. 9.* Quod dum fit, illa, quæ concessa sunt, non esse regalia, vel jura S. T. proprie dicenda, sed tantum jura eximia, certum est; quamvis interdum abusive & regalia vocentur. *cap. 59.* §. *1.* Ac licet sæpe quidem his casibus, quædam commoda decedant Domino, nec impedire possit ille concessionarium in exercitio concesso, aut cum illo concurrere, ubi privative concessa dicuntur, *v. Rhet. l. Feud. 2. pag. 159. Carpz. l. 27. 11* ipsa tamen superioritas salva semper manet, quæ inter alia ἐπισκοπὴν continet, ut concessionarius jure suo debito modo utatur. *Ziegl. de J. M. l. 3.* Sed tamen solent Domini territorii hac parte cauti esse, & non nisi illorum regalium exercitium largiri, quæ commode, atque sine detrimento publicæ rei a subditis exerceri possunt: qualia sunt jurisdictio, & quæ huic annexa, ut ea, quæ commoda quædam, & emolumenta præbent, ut *jus fisci,*

fisci, *jus venandi*, *jus metallorum &c.* quæ *Regalia minora* alias vocantur. Eorum autem, quæ principaliter gubernationem & statum ipsum tangunt, *potestatis legislatoriæ*, *juris belli & pacis*, *it. jurisdictionis ecclesiasticæ*, *juris collectandi &c.* exercitium haud facile subditis conceditur, quamvis interdum unam atque alteram particulam acquisitam habeant. Nec enim exempla desunt, quosdam mediatos Consistoria ecclesiastica habere, *vid. c. 60. §. 9.* jus subcollectandi, vel etiam collectandi, jus muniendi &c. *a. 11. §. 48. J. P.* Imo interdum & aliquem complexum jurium talium concedi posse dictum *c. 50. §. 9.* quod omne etiam iterum fieri potest, per antea dicta, immemoriali præscriptione, & a subdito qua tali, quia S. T. hic non tollitur.

CAP. LXIII.

DE PARENTIBUS INTUITU S. T. EORUMQUE JURE, ET OBLIGATIONE.

§. I.

AGendum nunc de illo *genere parentium*, quod ad S. T. refertur. De horum divisione ratione *dignitatis*, *subjectionis* & *religionis* jam dictum *c. 50. §. 9. 10.* Ratione vero *possessionum*, quod addendum est his, alii sunt *Landsassii* h. e. qui Landsassii.

 terri-

territoria subalterna, ut Principatus, Comitatus, Baronias, oppida, pagos, & prædia majora possident in Provincia, plerumque cum jure aliquo territorii, vel jurisdictione, interdum & etiam sine iis. Alii sunt *Non-Landsassii*, possessores scil. prædiorum minorum in oppidis, & pagis. *Schilt. de Landsass. cap. 1.* Illi vero qui *immediati* dicuntur, *immediate Dominis*, vel ejus *Curiis* parent, atque inde immediata mandata accipiunt, ac ideo in multis locis præsertim in terris Saxonicis *schrifftsassii* vocantur, *die auff Canzley Schrifft sitzen*; mediati vero 1.) proxime subalterno juri territorii, vel 2.) alii *Landsassii immediati*, *seu Schriftsassii*, vel 3.) etiam *Præfecturæ* alicujus jurisdictioni parent, & inde mandata accipiunt, quorum ultimi in specie *Ambtsassii* appellantur. Qui mediati subditi interdum in alios exercere possunt jurisdictionem, ut fit in magno territorio, cui Comites sunt, qui sub se Nobiles, vel oppida habent, quibus in suos iterum jurisdictio competit. Aliud exemplum *Nobiles, Ambtsassii*, vel *Civitates* tales præbent, qui iterum in suos jurisdictionalia exercent. Est autem apprime observandum hic, discrimen immediatorum, & mediatorum, Schrifftsassiorum & Ambtsassiorum non tantum ad bona & possessiones referri, vel

Schrift-sassii.

vel allodialia, vel feudalia *Schilter. ad Struv. cap. 3. §. 5. pag. 21. Jpr. Feud. c. 4. §. ſ. cap. 6. §. 10.* tam præſentia, quam futura, quod ultimum fit ratione illorum, qui de feudo ſimultanee inveſtiti in noſtra Saxonia. *D. Berg. d. l. J. F. Long. d. §. C. 12. §. 30.* verum etiam ad qualitatem perſonæ vel muneris, aut dignitatis, & ſic Immediatum, & Schrifftſaſſium dici, qui tali munere, vel dignitate gaudet, *der ein Schriftſaeſſiges Ambt, oder eine Schrifftſaeſſige dignitat führet*, quales ſunt *Miniſtri Aulici, Conſiliarii, Aſſeſſores Curiarum Provincialium*, aliique, quos ſecundum uſum noſtrum Saxonicum in his terris prolixe recenſet *D. Berger. Diſc. For. Tit. 4. obſ. 11. & poſt Tit. 40. in Comment. de diſcr. Allod. & c. th. 7.* *Mediatum* vero vel *Ambtſasſium*, qui tali munere vel dignitate caret. *Schilter. I. 26. 1. conf. Jpr. Feud. cap. 12. §. 30. & cap. 13. § 7.*

§. II. In plerisque territoriis Electorum, Principum, & Comitum ſubditi dividuntur in *Status Provinciales*, Land-Stände, qui ſeſſionem & votum in Comitiis Provincialibus habent, atque ſic in ſenſu excellentiori *Cives* dicuntur; atque alicubi coimperantium habere poſſunt rationem; & *Non-Status*, ſeu ſubditos ſimplices. Illa qualitas quidem eſt dignitas perſonæ, ſed tamen certarum rerum poſſeſſionem Status Prov.

 reſpi-

respicit, pariter ut dictum de Statibus Imperii, *cap. 23. §. 10. Hugo cap. 4. de Stat. Reg. §. 13.* Innititur fere antiqua observantia, & si noviter quis Statibus accensendus, Principis autoritate opus; quamvis & interdum consensus reliquorum, maxime Collegii, cui accedere vult, requiratur. Inter illos vero Status dantur, tum *Ecclesiastici*, tum *Seculares*. Nam & inter *Catholicos* Clerici intuitu terrarum, quæ possident, Dominis territorii subsunt, *Hugo d. l. §. 17.* Ad *Ecclesiasticos* referuntur *Episcopi mediati*, quales passim dantur, Principum quoque dignitate conspicui, in terris *Austriacis* præsertim. *Præpositi*, *Abbates*, *Commendatores*, qui uno nomine *Prælati* dicuntur; quibus etiam *Academiæ*, tanquam corpora Ecclesiastica accenseri solent.

Seculares. *Seculares* Status sunt *Principes*, quales tamen extra Regnum *Bohemiæ* alibi vix dantur, *Comites*, *Barones*, & *Civitates*. Non infrequens etiam est, ut in territoriis subalternis ejusmodi Status habeantur, quales sunt die Stiffts-Stände, in *Episcopatibus mediatis*. De cætero Statum Imperii alterius Status Imperii subditum & Statum Provincialem certo respectu esse posse, *cap. 23. §. 3.* dictum. *Schilt. de Landsassiat. cap. 6. num. 11.* Quod nemo mirabitur, qui cogitat, exterum *Regem* summa Majestate pollentem Imperii subditum

ditum esse posse, *vid. cap. 14. §. 7.* Item jam supra diximus posse fieri, ut, qui feudum immediate recognoscit a Cæsare, tamen propter idem feudum Landsassius sit, *cap. 59. §. 8. in f.* nexus enim subjectionis & vasallagii diversa sunt, & non confundenda. Quia vero sæpius Status alicujus Imperii territorium undique circundatum est (enclave) alterius territorio, quale quid contingit *Ratisbonæ*, quæ in medio agro Bavariæ sita, atque intra sua pomœria quinque Status Imperii continet: hinc Dd. dicunt esse aliud *in territorio;* aliud *de territorio.* Qua innuere volunt, non esse quem subjectum territoriali potestati, licet bona, quæ possidet, in alicujus Status territorio sita. Sed si recte rem æstimare velimus, ejusmodi Status nec etiam est in *territorio* alterius, sive in Provincia, vel portione illa, quæ est alterius Status; sed ille ipse locus, quem possidet, per se est territorium, etsi ab alio territorio undiquaque circumdatum, vid. *Strauch. I. J. P. L. I. Tit. 10. §. 3.* Cæterum praxis Germaniæ satis nota est, posse aliquem in duobus territoriis subditum & civem esse, ut nihil dicam de LL. quæ ex jure Rom. adducuntur. *Wehner. voc.* Häußl. *Rehbolt. de Jur. Civ. Cap. I. in f.* Cui sententiæ non obest *A. B. t. 16.* illa enim tantum prohibet, ne subditus

Dist. in terr. & de terr.

alterius se procuret recipi in civem civitatis alienæ, ea intentione, ut juribus & privilegiis civitatis acquisitæ frui, & ab eadem defensari queat, etiam contra civitatem, cujus civis permansit, aut ut exemtionem onerum pristinæ civitatis propterea, quod alterius civitatis civis sit, detrectet. De quo argumento legi meretur *Wenkeri diss. de Pfahlburgeris.*

Jura subditorum. §. III. Circa jura subditorum intuitu Domini territorii ex jure publico repeti possunt, quæ *cap. 51.* in genere dicta, atque huc suo modo applicari. Atque 1) huc

Libert. pertinet *Libertas Germanica*, circa quam notandum axioma *Illust. Seckend. de Statu Princ. cap. 4. §. 1.* daß die Unterthanen im Lande nicht Sclaven seyn, sed liberos homines. Ex qua libertate etiam fluit libertas illa ex territorio emigrandi, & quidem vel cum resignatione juris pristinæ civitatis, vel hoc retento, ut antea dictum, *Buxtorf. ad A. B. Concl. 99. Strauch. l. 29. 10*, modo non sint *proprii homines*, qui absque manumissione *Dominorum* a gleba, cui addicti, regul. abire non possunt, & territorium mutare, vid. tamen *c. 60. §. 5.*

Religionis. *Libertas religionis* eo modo ut dictum *c. 60. §. 2.* Libertas *militandi*; & *protectio-*

milit. *nem quærendi*, quæ tamen ut dictum §. 2. 3. *cap. 51.* quodammodo restricta. Jus expetendi protectionem territorialem Lan-

des

des Schutz, adversus concives, vel exteros. *Besold. v.* Huldigung, administrationem æqualem justitiæ, jus postulandi, ut quilibet suis juribus bonis privilegiis relinquatur; non privetur prima instantia, quam in territorio habet. *Carpzov. Pr. III. 4. 71.* ut subditi potius quam exteri ad officia vocentur publica; atque præsertim illis, qui Status Provinciales sunt, jura comitiorum constent; & extra comitia tum omnibus communia, e. gr. Jurisdictio, jus subcollectandi. *Schilt. l. 26. 4.* tum ordinis cujuslibet singularia & propria; quorsum pertinet immunitas Nobilitatis a collectis &c. Civitatum forma regiminis propria, & præsertim jus eligendi magistratus ex civibus a Principe confirmandos, jus exercendi opificia, mercimonia, braxandi &c. Bürgerl. Nahrung, *v. Diss. de Conf. Stat. Mun. §. 10.* Et denique quod caput est, jus insistendi LL. fundamentalibus territorii, Vid. *B. Seck. d. l. v. §. 2. c. 62.* Ad magis specialiora, ea præsertim, quæ ex jure privato profluunt, descendere hic non licet.

§. IV. Obligatio subditorum territorii ad eadem capita reduci potest, de quibus dictum *cap. 52.* §. *1.* quæ robur accipit *homagio*, quod præstant; ac præstare debent omnes *Landsassii*, aliique subditi, & incolæ cujuscunque sunt conditionis. *cap. 61. §.* Obligatio subditorũ Hemagi

61. §. 12. sive in urbibus municipes, vel incolæ, cives vel forenses dicantur; etiam ecclesiasticæ personæ. *Maulius de Homag. tit. 1. n. 5. 6. 7.* quamvis interdum illud remittatur, ex observantia, vel pactis, vel libera Dominorum voluntate: quod quando fit, obligationi tamen subditorum nihil decedit. *Leyser. de Jurament. fidel. subdit. §. 34. Maul. d. l. Schwed. P. S. Sect. 2. cap. II. §. 3.* Ab illis vero qui temporarii saltem sunt subditi, ac studendi, peregrinandi, vel negotiandi causa degunt in provincia, homagium non exigitur, qui tamen nihilominus, quamdiu in territorio vivunt, secundum illius leges vivere debent. Istud vero homagium, uti subjectio, non est unius generis, sed interdum majori, interdum minori vi stringitur. Scil. alia subjectio est *personalis*, quæ in illis cernitur, qui in loco superiori subjecto, domicilium constituerunt, atque ideo quoad personam absolute sunt subjecti, & tenentur obtemperare in omnibus Superiori, quæ ad statum civitatis secundum ipsius formam pertinent, quod late exequitur *Maulius de homag. cap. I. Schilt. de Landsass. cap. 8.*

Subject. personalis.

Realis.

Alia *realis* subjectio, quæ in illis se exerit, qui possessiones in loco Superiori subjecto habent, sed domicilium habitationis ibidem non constituere, (nam nec jure

Civili,

Civili, nec nostris moribus sola possessio tale domicilium facit. *D. Stryk. ad Laut. de H. vel A. P. verb. Domicilium.*) atque adeo tantum quoad bona, quæ possident, sunt subjecti, & in causis res possessas concernentibus, tenentur parere, ac intuitu officiorum inde dependentium; non vero simpliciter. Qualis est etiam subjectio *Vasallitica* mere talis *cap. 13. Jpr. Feud.* §. 4. quam subjectionem siquidem etiam *personalem* dicere velis, secundum quid tamen talis tantum erit, & respectu rei sitæ ita dicenda est. Ob prioris generis subjectionem homagium *personale*, ob alterius *reale* saltem præstatur. Atque hoc etiam, si a domicilium in territorio non habente fidelitas juretur, præstitum saltem esse in dubio præsumitur, ut dictum, *d.* §. *4. cap. 13. Jpr. Feud.* Sed hæc tamen distinctio in illis territoriis non reperit locum, ubi plenus Landsassiatus, die völlige Landsasseren, viget, vel ubi nemo bona possidere potest immobilia, feudalia, vel allodialia, nisi qui subditus simul sit, & præstet homagium personale. Quod in Electoratu, & Provinciis Saxonicis usu receptum esse, omnibus notissimum est, & ita quidem, ut ne quidem de feudo quis simultanee investiatur, nisi simul cum vasallagio homagium præstet, *Jpr. Feud. cap. 13. §. 6.*

Homag. personale & reale.

Landsass. plenus.

Formulæ usitatæ in terris *Electoralibus Sax. in Exam. Jur. Feud. Stryk.* reperiuntur. In terris Lineæ *Ernestinæ* quæ in usu, docet *D. a Lynck. de Relig. obseq. §. 16.* Atque ne quidem illi, qui Status Imperii alias sunt, istam homagii præstationem defugere poterunt, vid. tamen dicta *Jpr. Feud. c. 5. §. 34.* De *Marchia*, *Austria*, *Palatinatu*, *Bavaria*, *Hassia*, *Pomerania* idem tradere solent Dd. notaque sunt, quæ in causa *Ortenburg* contra *Bayern* hac de re sunt disputata. Ceterum vero *homagium* præstandum est jurato forma consueta, atque antiqua, nec mutari poterit in præjudicium privilegiorum, & jurium legitime quæsitorum, vel respectu subjectionis. §. *4. a. 13. J. P. O.* ibi: *homagio, quatenus observantia ab antiquo obtinuit.* Non tamen tunc denegare poterunt subditi homagium, si verba saltem commutentur, vel addantur quædam ad nexum subjectionis nunquam denegatæ, eo clarius confirmandum, atque de eo apertissime constet. *Maul. de homag. Tit. I. n. 18.* Satius tamen semper veteribus institutis inhærere: quia talis mutatio, si reluctantes subditi sint, occasionem litibus, & diffidentiæ præbet. Præstant vero id subditi, vel cum primum ad territorium accedunt; vel cum Domino mutato novus Successor accedit, qui id vel

Homagium qui præstant?

ipse,

ipse, vel per *Commissarios* recipit: quod quando fit, Nobiles nostri, & Vasalli nudæ promissioni committuntur, & homagium una cum *Vasallagio* in renovatione investituræ præstant. *Vid. 7. Feud. cap. 13. § 6.* In Civitatibus Imperialibus quibusdam quolibet anno fidelitas juratur. Qui publica officia subeunt, & fidelitatem ministerialem simul jurant, ut dictum *cap. 61. §. 12.*

§. V. *Reverentiam* vero debet præstare omnis subditus, sive *immediatus*, sive *mediatus* Domino, cujus persona illi semper debet esse sancta, atque *fidem*; ita, ut nihil faciat, nec actui intersit, unde Domino læsio aut pernicies contingere queat. Quin potius in omnibus Domini commoda promoveat, & damna ab eo ejusque familia avertat. Protegere etiam illum debet, atque tueri cum periculo vitæ, atque bonorum *Maul. de homag. tit. 2.* adversus omnes, excepto tamen *Imperatore*, juxta ea quæ diximus *cap. 52. §. 3. & 4. Conf. Jor. Feud. cap. 18. §. 2.* Multo minus illi & suis malum inferre, insidias struere vitæ, aut hostiliter eum aggredi, vel jura S. T. & Regalia involare, & usurpare debet. *vid.* tamen *cap. 62. §. 5.* Quoad obedientiam de qua agit *4. 3. Cap. Jos. & art. 15. Carol. VI. ibi: zu schuldiger parition*, repetenda illa sunt, & applicanda, quæ dicta *cap. 52.*

§. 2.

§. 2. 3. & speciatim ea, quæ de concursu Cæsaris, & Domini territorii, si sibi contrarientur, allata *d. l.* Quibus jungenda sunt illa mandata, quæ a *Cæsare* ad Archi-Episcopatus Coloniensis Capitulum, Status Provinciales, & subditos ac Electoris Consiliarios, & milites missa ann. 1702. *in Spec. Stat. M. Mart. d. anni.* Quod si manifesto, & in thesi pugnantia cum jure divino imperentur, illis ne quidem obtemperare debet. Conf. dict. *J. F. L. c. 18. §. 10. seqq.* Quod si vero talia exigantur, quæ pactis & legibus Imperii, Provinciæque fundamentalibus aperte adversantur, submisse deprecari possunt obsequium, *Maul. de homag. tit. I. §. 23.* Si res dubia & pro se rationes probabiles adducunt, Dominus haud difficulter concedet, ut res cognitioni alicui submittatur. Si tamen in mandato persistat, obtemperare debent salvo ceteroquin suo jure. Plane nunquam Domino resistere debent, multo minus vero seditiones concitare, aut ideo exterorum protectiones, & fœdera quærere *art. 3. 7. 9. Cap. Jos. & art. 15. & 27. Carol. VI.* & eo minus quidem, cum copia judicis iis non desit, *a. 3. art. 7. inf. dd. Capp. Lyncker. de Relig. obseq. §. 21. Bukisch. ad. art. 5. J. P. W. obs. 95.* In quem finem, prohibitum, conventus sine Domini præscitu, & consensu

sensu instituere, *art. 3. C. Nov.* ne quidem sub prætextu religionis, *arg. l 2. C. de Extraord. Crim.* Porro non debent de statu provinciali abjecte sentire, & loqui; potius adesse vocati & consilia, fortunas suas, & operas pacis & belli tempore conferre in status publici salutem, secundum modum Legibus convenientem. Adversus Concives vero vi, aut armis, viaque facti agere, salva tamen legitima defensione, haud convenit. Quæ omnia ex dictis supra, §. 5. c. 52 & aliunde, præsertim ex formulis *homagiorum* ipsis, & scriptoribus, qui in genere de officio subditorum commentati sunt, nota. Si quis adversus ea facit, a Domino in ordinem redigi potest, *art. 7. Cap. Jos. & 15. Carol. VI.* pœnas meritas luit, ac pro re nata incurrit crimen analogum perduellionis. *Struv. Ex. 49. §. 18.* ac si *vasallus*, etiam *feloniæ. J. P. F. c. 23. Ziegl. I. 2.*

§. VI. Circa modum acquirendi & constituendi qualitatem, & obligationem civis, vel subditi alicujus territorii, (*Strauch. J. J. P. I. 29. 1. D. Rhet. de Stat. Germ. circ. subd. c. 5.*) eamque amittendi, vel finiendi, non opus est, ut prolixe agamus hisce: saltem repetenda sunt illa, & applicanda, quæ *cap. 52. §. 7. 8. cap. 62. §. 3.* dicta sunt. Quoad modum vero amittendi secundum, de quo dictum §. 8. *cap. 52,* notandum, Modi acqui- rendi & amitt. qualit. subdit.

qua-

qualitatem subjectionis etiam tunc finiri, si quis ex statu mediato provinciali fuerit factus Status immediatus Imperii. Quoad quartum modum vero observandum præter *bannum provinciale*, & perpetuam relegationem cum fustigatione tollere jus civitatis provincialis, *Carpz. Pr. Cr. 140. 16. Schilt. Exerc. 3. §. 9. Hopp ad §. 1. J. quibus mod. Patr. pot. solv.* quod alioquin relegatio simplex, perpetua etiam, non tollit. *Schilter. d. l. conf. supra cap. 61. §. 11. Strauch. J. P. P. I. 20.* Quæ vero circa subditos *mediatos*, qui sub Statibus Provincialibus, Nobilibus, & Civitatibus degunt, hac parte huc, vel istuc, in usu habentur, de iis agere hic non licet. *vid. tamen Rehbold. de Jure Civitat. A. 1. 7. apud Fritsch. Vol. nov. Diss. 9.*

CAP. LXIV.

DE

COMITIIS, ET CONVENTIBUS ALIIS PROVINCIALIBUS.

§. I.

Defin. DE *Comitiis Provincialibus* quædam dicenda sunt, quorum sæpius facta mentio. Sunt vero *Conventus Domini territorii, & Statuum omnium Provincialium, vel quorundam rite convocatorum, eo fine instituti, ut negotia statum provincialem concernentia legitime definiantur* salutis publicæ

blicæ causa. Hæc *Comitia* sunt vel *Universalia*, allgemeine Land-Tage, quibus omnes Status Provinciales adsunt, vel *particularia*, Ausschuß-Tage, quibus delecti tantum quidam ex Statibus reliquorum mandatis instructi assistunt. *Origo* illorum Comitiorum satis antiqua est, atque a placitis *Ducum*, atque *Comitum*, antequam jus territorii consequerentur, derivari potest, ut ostendit *Schilter. J. J. P. IV. 3.1.* Postea cum hi potestatem territorialem consequerentur, imitati tamen adhuc Cæsarem sunt, atque haud temere rem alicujus momenti absque *consilio* vel *assensu* Ordinum susceperunt. Notabilis est locus in constit. *Rudolphi I. de 1287. renovata 1291. Was auch die Fürsten in ihren Lande mit der Land-Herren Rathe setzen, und machen diesem Land-Friede zu Besserunge und zu Vestennnge, daß moegen sie wohl thun, und damit brechen sie des Landfriedes nicht. Lehm. V. c. 8.* Qui & ipse locus antiquitatem *potestatis legislatoriæ Ordinum* in suo firmat: atque fateri cogor, dum in memoriam venit, illa, quæ dixi *cap. 61. §. 1.* de defectu monumentorum, ex hoc ipso temperanda esse. Exemplum Comitiorum Provincialium Freibergæ in Misnia habitorum *ann. 1291.* legi potest apud *Moll. Ann. Freib. ad d. ann.* Interdum & tales conventus anniversarios fuisse *ex*

Divisio.

Origo.

Avent.

Avent. Ann. Bojoar. L.4. discimus, *Hug. cap. 4. §. 28.*

Convocat. §. II. Comitia ista convocant *Domini territorii H. E. T. I. pag. 168.* sine cujus autoritate status, & subditi, ut ante dictum, non convenire possunt, *art. 3. Cap. Joseph. & art. 15. Carol. VI.* ibi: ohne der Landesfürsten Vorwissen, und Bewilligung conventen anstellen. Liberius tamen hac parte agunt fere, quam ipse Imperator. Namque tum ratione *temporis*, tum etiam *loci* pendent hæc omnia regulariter a voluntate Principis. Imo interdum Principes sui arbitrii esse existimant conventus tales instituere, vel plane negligere. Et dantur provinciæ, ub per seculum, & longiora spatia nulla celebrata, imo nec Domini Status Provinciales agnoscere volunt. Sed tamen hæc omnia dijudicanda sunt ex cujuslibet provinciæ constitutione. Vocantur vero

Qui vocentur? singuli *Schriftsassii* per literas, verschlossenen Befehl; *Ambtsassii* autem mediate per Præfecturas; & hi ita quidem, ut non singuli, quod isti faciunt, sed tantum per certos deputatos compareant. Qua parte tamen sæpius quis pro *Schriftsassio* habetur, qui alias ratione jurisdictionis talis non est, saltem in statu dubio versatur.

Jus proponendi. *D. Berger. Disc. For. pag. 1320. Hug. de Stat. Rer. Germ. cap. 4. §. 30.* Jus proponendi est

est in his Conventibus *Domini territorii.* Actus propositionis post peracta sacra plerumque Domino, ejusque familia præsente, solenni ritu suscipitur, qui legi potest *ap. Seckendorf. Stat. Princ. cap. 4 §. 10. Hug. de Stat. Reg. cap. 4. §. 30.* variat tamen pro diversitate territoriorum. Peracta propositione ordines, ex quibus *Civitates* per Deputatos comparent, in sua collegia, & classes discedunt, quarum variæ sunt.

§. III. In *Electoratu Sax.* Collegium peculiare *Prælati*, *Comites*, & *Barones* Constituunt: quibus Prælatis licet *Academiæ Lipsiensis* & *Wittebergensis* alias accenseantur, ac in Actu propositionis æque, ac illi jure sedendi gaudeant, separatum tamen collegium habent. Alibi assident Prælatis: qui interdum & a Comitum, & Baronum classe distinguuntur. Nobiles, & Civitates apud nos in tres classes distinguuntur 1) den Engern, 2) Weitern Ausschuß, und 3) gemeine Ritterschafft und Städte. In angustiori coetu Nobilium, engen Ausschuß, primores ex Nobilitate sunt, quos cum Principis assensu, si locus vacat, ex aliis allegat. Præsidet huic senatui Mareschallus hereditarius El. Saxoniæ, quod munus inclyta familia *Loeserorum* hereditarium gerit: qui & alias res Comitiales inter Status

Classis Ordin.

Ordo Nobilium.

dirigit; quamvis *Prælati*, & *Comites* ejus directorio subesse nolint. *Coetus numerosior* peculiari conclavi gaudens, pluribus membris constat, qui quoque ab ipso *Principis* consensu ex Nobilitate reliqua eliguntur, inter quos unus Directorii munere fungitur. Reliqui Nobiles, die gemeine Ritterschafft colleginm quidem constituunt, sed tamen secundum circulos distinguuntur & Directoribus suis gaudent. Quo loco notandum, quod licet *Non-Nobiles* feuda nobilia Ritter=Güther possidentes ad Comitia vocentur, & jus hoc Comitiorum etiam intuitu prædii, ut dictum *cap. 63.* § 2. competat, atque passim possessores ideo sine discrimine admittantur: in hisce terris tamen *Nobiles* illos, qui *non-nobiles* sunt, haud admittere volunt, & *ne nobiles* quidem, si non justum numerum majorum, der sechzehen Ahnen, demonstrare possint. Solent tamen erga illos esse remissiores, qui majoribus officiis togatis, vel sagatis inclaruere. Ex civitatibus *Lipsia, Witteberga, Dresda, Zwickavia, Freiberga, Langensalza, Chemnitium, Torgavia* cœtum *angustiorem* constituunt, atque tum ibi, tum in universum inter Civitates *Lipsia* directorio fungitur. In cœtu *numerosiori* sunt *Annaberg, Weisenfels, Meissen, Eylenburg, Hayn, Weisensee, Herzberg, Schmiedeberg, Libenwerda*,

Civitatum.

werda, Plauen, Neustadt an der Orla, Weyda, Dœlitzsch, Wurtzen, Tenstedt. Uterque cœtus uno in conclavi convenire solet, diversis tamen mensis assidet. Reliquæ communi classi Civitatum adscriptæ secundum circulos etiam distinguuntur, qui hi sunt. *Elect. Saxonicus* Chur-Creyß, *Thuringicus, Misnensis, Lipsiensis, Tractus montium metalliferorum Erz-Gebürgische, Voigtlandicus, & Neustadiensis.*

§.IV. In hisce vero Comitiis negotia tractantur, quæ ad *statum publicum totius Provinciæ, tum sacrorum, tum profanorum ratione* pertinent. Præsertim vero de *causis agitur ad religionem* pertinentibus, de *legibus ferendis* ac *interpretandis*, de *rebus Politiæ*, de *securitate publica*, de *conservatione regalium*, & quæ solennis fere materia est horum Comitiorum, de *collectis, & tributis. H. E. T. I. pag. 40.* Sæpe etiam Domini territorii de causis ad *Familiam* imperantis spectantibus, controversiasque cum *Agnatis*, deque successore futuro cum Statibus agunt Provincialibus, atque tum ratione eorum, tum aliorum, quæ magni momenti sunt, & ad belli, vel pacis statum spectant, sententiam, vel consilium istorum deposcunt: ac non sine fructu accipiunt. Ipsi etiam Status gravamina, si quæ habent, tum omnes, tum singulos, tum quosdam tangentia Negotia Comitiorum.

exponunt reverenter, atque ut tollantur, submisse petunt; quod plerumque in scriptis præliminaribus, ut vocantur, fieri solet. *Seckend. Fürsten-Staat. P. II. cap. 4. §. 8. 14.* Sed tamen hæc omnia ex cujuslibet territorii peculiaribus institutis æstimanda. *Conf. H. E. T. I. pag. 259.*

Quomodo conclusa fiant? §. V. Uti vero in collegiis Ordinum regulariter majoribus votis, ut alibi, locus est; ita si collegia inter se dissentiant, nec post mutuas collationes sententiarum convenire possint, diversæ illorum sententiæ ad Principem referuntur. Qui tum hocce casu, tum etiam, si omnes a Domino dissentiant, ulterius cum ipsis agit, donec res ad exitum deducatur. Qua parte sæpius res ad duplicas, triplicas, & quadruplicas venit. Sed quid, si hac ratione dissensus tolli non possit, tum faciendum; an sententia Domini indistincte præponderet, an res differenda, & absque decisione relinquenda? regula una definiri nequit; sed ex forma regiminis provincialis, ubi Status interdum majores, interdum minores partes habent, æstimandum. Multum autem hic regulis prudentiæ tribuendum esse, nemo dubitabit, secundum quas Domini non adeo rigide, si maxime jus est, postulatis omnibus insistunt; Ordines vero, quantum potest fieri, voluntati Principum haud refragari

gari student. *Seckend. d. l.* §. 13. Quod ad gravamina Statuum attinet, si justa sunt, & ratione innituntur, Domini de tollendis eis spem faciunt, atque tollunt postea; si minus, causas allegant, ob quas desideriis Ordinum satisfieri nequeat. Quia vero in ejusmodi Comitiis territoriorum ampliorum multa sæpe negotia occurrunt; nonnulla per *Deputatos* tractari solent, qui ad reliquos postea, quid visum, referunt. Solent etiam interdum *Principis Commissarii* illis Deputatis præesse, & communi consilio negotia tractare commissa. Interdum quidam *Deputati* ad ipsum Principem, vel Consilium ejus sanctius ablegantur, vel illuc advocantur, ut coram de rebus quibusdam agi, & oretenus possit. Quæ *conclusa* sunt inter *Dominum*, & *Status Provinciales*, in Recessum Provincialem, *Land-Tags Receß oder Abschied* rediguntur, cujus exemplar Domini subscriptione, & sigillo munitum, tum Archivo Domini, tum actis Ordinum inseritur, atque pro lege fundamentali Provinciæ habetur. Status vero, literis acceptis interdum reversalibus, peracta solenni promulgatione illius Recessus, dimittuntur. *D. Seckend. d. l.* §. 12.

§. VI. *Conventus particulares*, qui & repræsentatitii dici possunt, instituuntur, ubi universales non possunt commode co- Conventus particulares.

 gi;

gi; vel si sumtuum parcendorum causa negotia quædam ex universalibus Comitiis ad hujusmodi diætas rejiciuntur. Et quoniam Deputati, *die Ausschüsse*, a reliquis mandata accipiunt, illa, quæ in his diætis concluduntur, eundem effectum habent, ac placita universalium Comitiorum. Quod si tamen res magni momenti proponantur, defectu mandati *Deputati* se excusare solent, & res ad universalia Comitia remittitur. Modus procedendi hic idem est ac in universalibus: solennia tamen abesse solent, si non omnia, pleraque tamen *Seckend. d. l.* §. *15.* In ejusmodi autem conventibus utriusque generis, præsentibus Statibus Dominus curat necessaria subministrari, *Laesset jeden nebenst denen Seinigen nach Stand und alten Herkommen, Futter und Mahl, oder eine gewisse Ausloesung reichen:* plerumque vero id hodie fit sumtibus subditorum, sed tamen sine consequentia. Qui sumtus hodie, ubi Comitia non per unum, tres, aut quatuor dies, vel hebdomadas, ut olim, ubi sæpe sub dio habebantur, sed multos menses durant, satis magni interdum sunt. *Seckend. d. l.* §. *9. Conf. Fritschii Tr. de Convent. Provinc.*

Conventus alii. Præter illos Conventus dantur interdum & alii particulares, qui non totam *Provinciam*, sed vel *Circulos* tangunt, vel classes singulas Ordi-

Ordinum, *Creyß-Taege*, *Ritter-Taege*, *Staedte-Taege*. Et licet sine præscitu, & consensu Domini, ut supra dictum, Statibus & subditis haud fas sit, conventus instituere; libertas tamen hæc *der Willkührlichen Zusammenkünfften* per pacta & reversales subditis in quibusdam locis indulgetur, quales conventus interdum & summa necessitas tempore belli extorquet. In *Civitatibus Imperialibus* statis temporibus Magistratus & Cives etiam conveniunt, plublicarum rerum causa secundum cujusvis instituta.

CAP. LXV.

DE SENATIBUS, ET JUDICIIS IN TERRITORIIS.

§. I.

UT res publica eo felicius tractari possit, *Senatus*, & *Judicia* in Provinciis habentur. Potiora & summa olim ubique fuere *Regimina*, Landes-Regierungen, ubi non tantum res ad *Justitiam*, & *Politiam* pertinentes, sed etiam ad statum Imperii, & Provinciæ publicum tractari solebant. Quod institutum & in territoriis minoribus adhuc hodie observari solet. His Senatibus *Cancellarii* præesse solent, cui muneri nemo olim idoneus credebatur, nisi qui Doctoris dignitate gaudebat, Regimina seu Consilia Aulica.

licet *Nobilis* alioquin esset, qui superioribus seculis axioma hocce non dedignabantur. Quod multa exempla Nobilium antiquissimarum familiarum, apud nos etiam, *Minckuiziorum*, *Teutlebiorum*, & aliorum, præsertim nostri *Joachimi Beustii* Antecessoris quondam hujus Academiæ celeberrimi, a quo omnes *Beustii*, qui hodie supersunt, originem ducunt, testantur. Hodie vero res aliter se habet, ac plerumque Nobiles, imo Comites ac Barones, in Aulis majoribus his muneribus imponuntur: quorum vices interdum Doctores, vel alii litterati subeunt. Per seculum & quot excurrit, etiam in usu esse cœpit, ut ab istis *Regiminibus Senatus* distincti sub nomine *Consiliorum Intimorum*, *Secretiorum*, *Sanctiorum*, geheimbden Rath, in territoriis majoribus instituti sint, qui interdum *Consilia, κατ' ἐξοχὴν* appellantur. His Senatibus, in quos viri gravissimi, illustres, nobilesque ac literati adlegantur, atque plerumque secundum ordinem receptionis loca occupant, præsunt ipsi Principes, illosque assidue frequentant, negotiorum tamen directionem alicui ex Senatu committunt. Hic *summa rerum* vertitur, atque negotia publica, tum, quæ ad totum Imperium, tum, quæ ad territorium, tum etiam quæ ad negotia cum exteris pertinent, tractantur;

Consilia intimor

tur; ac huc omnes, qui ab aliis Senatibus gravatos se putant, tanquam ad sacram anchoram confugiunt. Ad hunc etiam omnes reliqui *Senatus*, in rebus majoris momenti referunt, & inde mandata expectant. Paucis *analysis* negotiorum *publicorum* huc redit. Reliqui *Senatus*, vel ad *Statum militarem* pertinent, quorsum spectat *Consilium bellicum*, Geheimbder Kriegs-Rath, Kriegs-Rath, vel ad *statum civilem*, eumque vel *ecclesiasticum*, vel *secularem*. Ad istam classem spectant *Senatus Ecclesiasticus*, cum *Consistoriis* subordinatis, de quibus actum *cap. 60.* §. 9. *Seculares* respiciunt vel administrationem *justitiæ*, *vel rerum ad fiscum*, *ærarium*, *resque similes pertinentium*. Senat. bell. Consilium bellicum. Senatus Ecclesiasticus.

§. II. Ex istis primarii sunt Senatus Aulici, Landes-Regierung, Hof- und Justitien-Räthe, ubi causæ ad Politiæ & Justitiæ administrationem pertinentes, & quidem *Schrifftsassiorum*, & *immediatorum* in prima instantia, reliquorum in secunda, vel ulteriori instantia tractantur. Quin & Senatus hic totam rem justitiariam per provinciam dirigit, & ἐπισκοπὴν in omnia subordinata judicia & dicasteria exercet. In hisce terris ob negotiorum multitudinem huic *Senatui Aulico*, qui antiquissimus est, *H. E. T. II. pag. 250* adjunctus est *Senatus Provocationum* ab Augusto Electore Senatus Aulicus.

 1559.

1559. quem peculiaris Præses assidentibus Nobilibus & JCtis constituit, ubi sententiæ, nomine Principis concipiuntur, quæ postea coram Senatu Aulico publicantur partibus, de quo instituto *vid. H. E. T. I. pag. 258. Carpz. Proc. tit. 2. art. 2. Appellat.* Gerichts-Ordn. *Christiani II. de 1605.* Plerumque a sententiis Senatus Aulici in Provinciis nulla provocatio ulterior datur, nisi ad Judicia Imperii, ubi privilegia de non appellando, hanc non impediunt. Deficit tamen & interdum hæc regula: & non ignotum est a Regiminibus *Bremensi* & *Pomeranico-Suecici* ad Tribunal *Wismariense* appellari, juxta *art. 10 §. 12. J. P.* prout etiam, ubi in una Provincia inter plures Dominos divisa plura Regimina dantur, interdum ad communia Judicia Provincialia, Gemeinschafftliche Hoffgerichten, provocationes fiunt. Sententiarum horum Senatuum magna est autoritas, atque eadem de illis dicenda sunt, quæ de *Judicii Cameræ* sententiis dicta fuere, *cap. 55.* §. *9.* eas non esse quidem leges, sed tamen ab illis, si modo de constantia pronunciandi constet, inferiores judices non temere recedere debere; quamvis & interdum in illas cadat, quod *l. 1. ff. de Appellat.* habetur. *His Senatibus Aulicis* subordinata interdum sunt Regimina quædam, quæ territoriis subordinatis præsunt, uti

e. g.

e.g. Regimen *Wurcense*, Stiffts-Regierung, itemque Judicia *Provincialia*, vel *Curiæ* Provinciales, Hoff-Gerichte, Land- oder Quartal-Gerichte, quæ vel per totum territorium principale, vel per certas partes, jurisdictionem concurrentem cum *Senatibus Aulicis* exercent, quibusdam tamen interdum exceptis, & salva provocatione ad Principem: quamvis nonnunquam etiam hæc se aliter habeant, & ut dictum, a Regiminibus ad hæc Judicia provocetur. Præsides & Assessores ex Provincialibus plerumque eliguntur. *Hugo de Stat. Reg. cap. 4. §. 34.* In hisce Elect. terris duo sunt ejusmodi *Judicia* hodie, unum *Lipsiæ*, alterum *Witteberga*. Olim Judicium *Thuringorum* Provinciale *Ekartisburgi*, *Misnensium* Dresdæ fuit. Utrumque autem 1488. Lipsiam translatum ab *Alberto Saxoniæ Duce. Peifer. Rer. Lipf. Lib. 2. pag. 156.* Dicitur quidem Lipsiense, Ober-Hoffgericht, sed nullam tamen in alterum potestatem habet, licet ampliori districtu gaudeat, quam Wittebergense, cujus jurisdictio ad Electoratum ipsum, Circulum Electoralem Saxoniæ pertinet; cum illud in omnes reliquos circulos, de quibus dictum supra, porrigatur, *Carpz. T. II. a. 2. §. 4. u.* Didici vero ex actis nostræ curiæ utrumque Judicium olim promiscue Ober-Hoffgerichte, Hoffgerichte, vocatum esse. Reperi hoc

hoc ipso die Rescriptum ad nostram Curiam *D. Augusti* Elect. quod sua manu munivit; ubi hæc habentur: *Nachdem uns vielfaeltige Klagen fürkommen, wie sich muthwillige, und zancksuchtige Leute unsere Obern Hoffgerichte, und derselben wohlgefasten Ordnung in vielen Dingen mißbrauchen.* Titulus est: *Unsern Raethen, und lieben Getreuen, Hoffrichtern und Beysitzern, unsers Obern Hoffgerichts zu Wittenberg.* Datum est *Anneburg. 2. Jan. 1579.* In Ord. Jud. Prov. Lips. 1549. modo *Ober-Hoffgericht*, modo *Hoffgericht* fit mentio. Utriusque vero conditio ex Ordinat. *Mauritii*, quæ in Corpore Jur. Sax. extat, cognosci potest, quibus jungatur, *Carpzov. Tit. 2. art. 2. §. 4.* Pariter subordinantur illis collegia, in quibus jus respondetur, Facultates juridicæ, & Scabinatus. De Scabinatus Lipsiensis origine digna sunt, quæ leguntur apud *Peif. d. l. pag. 153. Wittebergensis*, quem Doctores Curiæ Provincialis constituunt, qui iidem sunt, ac qui Professorio munere in hac Academia funguntur, forma præsens debetur *Christian. I.* qui *a. 1588.* ordinationem præscripsit.

§. III. Qui ad ministrationem fisci, vel ærarii respiciunt, sunt varii Senatus, Cammer-Berg-und Jagd-Räthe; Collegia quæ *Steueras* respiciunt, Steuer-Collegium, Steuer-

Steuer=Räthe: quorsum etiam apud quosdam Collegia *Commerciorum*, Commercien=Räthe pertinent. Quorum omnium ordo & ratio variat. vid. *H.E. T. I. pag. 37. & pag. 258. 259.* De inferioribus vero Judiciis & Magistratibus civilem & criminalem jurisdictionem exercentibus hic non attinet agere. Vid. quoad nostram Saxoniam, *Carpzov. d. T. II. art. 2.*

CAP. ULT.

DE ALIIS IMPERANTIBUS DEPENDENTIBUS IN R. G. J. NON HABENT. S. T.

§. I.

Superest ut paucis de illis imperantibus dependentibus dicamus, qui Status non sunt, nec regalia habent per modum complexus, & sic S. T. carent. Ad hanc classem pertinent *Nobiles immediati*, de quibus dictum *cap 50. §. 6.* Negavimus ibi, Status Imperii esse, neque hucusque comprobatum est, complexum omnium Regalium, vel S. T. illis competere, aut de eis in LL. publicis prædicari, qua de re plene actum *in diss. nostra Nobiles immed. qu. I. §. 5.* Nec prædia illorum *territoria* dicuntur, sed *bona*, *art. 5. §. 28. J. P.* Interim tamen negandum non est, variis eximiis juribus, quæ *Regalia* vocantur

Nobiles immediati.

hoc ipso die Rescriptum ad nostram Curiam *D. Augusti* Elect. quod sua manu munivit; ubi hæc habentur: *Nachdem uns vielfaeltige Klagen fürkommen, wie sich muthwillige, und zancksuchtige Leute unsere Obern Hoffgerichte, und derselben wohlgefasten Ordnung in vielen Dingen mißbrauchen.* Titulus est: *Unsern Raethen, und lieben Getreuen, Hoffrichtern und Beysitzern, unsers Obern Hoffgerichts zu Wittenberg.* Datum est *Anneburg. 2. Jan. 1579.* In Ord. Jud. Prov. Lipf. 1549. modo *Ober-Hoffgericht*, modo *Hoffgericht* fit mentio. Utriusque vero conditio ex Ordinat. *Mauritii*, quæ in Corpore Jur. Sax. extat, cognosci potest, quibus jungatur, *Carpzov. Tit. 2. art. 2. §. 4.* Pariter subordinantur illis collegia, in quibus jus respondetur, Facultates juridicæ, & Scabinatus. De Scabinatus Lipsiensis origine digna sunt, quæ leguntur apud *Peif. d. l. pag. 153. Wittebergensis*, quem Doctores Curiæ Provincialis constituunt, qui iidem sunt, ac qui Professorio munere in hac Academia funguntur, forma præsens debetur *Christian. I.* qui *a. 1588.* ordinationem præscripsit.

§. III. Qui ad ministrationem fisci, vel ærarii respiciunt, sunt varii Senatus, Cammer-Berg-und Jagd-Räthe; Collegia quæ *Steueras* respiciunt, Steuer-Collegium,

Steuer-

Steuer-Räthe: quorsum etiam apud quosdam Collegia *Commerciorum*, Commercien-Räthe pertinent. Quorum omnium ordo & ratio variat. vid. *H.E. T. I.pag.37. & pag.258.259.* De inferioribus vero Judiciis & Magistratibus civilem & criminalem jurisdictionem exercentibus hic non attinet agere. Vid. quoad nostram Saxoniam, *Carpzov. d. T. II. art. 2.*

CAP. ULT.

DE

ALIIS IMPERANTIBUS DEPENDENTIBUS IN R. G. J. NON HABENT. S. T.

§. I.

SUperest ut paucis de illis imperantibus dependentibus dicamus, qui Status non sunt, nec regalia habent per modum complexus, & sic S. T. carent. Ad hanc classem pertinent *Nobiles immediati*, de quibus dictum *cap 50. §. 6.* Negavimus ibi, Status Imperii esse, neque hucusque comprobatum est, complexum omnium Regalium, vel S. T. illis competere, aut de eis in LL. publicis prædicari, qua de re plene actum *in diss. nostra Nobiles immed. qu. I. §. 5.* Nec prædia illorum *territoria* dicuntur, sed *bona*, *art. 5. §. 28. J. P.* Interim tamen negandum non est, variis eximiis juribus, quæ *Regalia* vocan- Nobiles immediati.

tur

tur alioquin, illos gaudere, quæ tanto numero illis adſcribenda, quantum ex LL. publicarum, vel privilegiorum tabulis deduci, aut demonſtrari poteſt.


Jura illor. §. II. In *juribus religionem* concernentibus & beneficiis inde promanantibus omnes ac ſinguli cum ſubditis & bonis ſuis feudalibus & allodialibus idem jus habent, quod Status Imperii. *vid R. J. 1555. §. 26. art. 52.* & *48. §. 28. J. P.* atque ſic eodem modo in hiſce rebus independentes ſunt ac ſupra de ipſis Statibus *cap. 60. §. 3.* dictum. Circa *profana*, 1) tum *Claſſibus* & *Collegiis*, tum toti *Corpori* competunt, jus *habent conſtituendi Senatus Equeſtres* Ritter-Rath, & Magiſtratus Oberhauptmann und Unterhauptmann, *Hugo c. 5. §. fin.* Jus 2) condendi *Statuta*, quorum confirmationem a Cæſare petunt. Inſtituendi 3) *Concilia* ſeu *Diætas*, Ritter-Täge. Gaudent 4) jure *Archivi*, *Fritſch. de Archiv. c. 3. n. 28.* *Jure* 5) mittendi *legatos* ad ipſum etiam *Cæſarem art. 39. Leopold. 38. Joſeph. & art. 23. Carol. VI. Cap.* (*) *fœderum Kulpiſ. de Legat. cap. 9.* 6) Jure *fœderum*, *Schwed. cap 18. Sect. 2. P. S. §. 11.* Singuli 7) in prædiis & locis ſibi ſubjectis immediatis, ſi quæ habent, multi enim iis carent, *jurisdictionem habent civilem & criminalem*. 8) *Jus Fiſci art. 26. Cap. Joſeph. 27. Leop. & art. 21. Caroli VI.* 9) *Jus collectandi* 10) *ban-*

bannum ferinum, aliaque, de quibus agunt *Lemdersheim de Ord. Equestr. Nolden. de Stat. Nobil. Kreidemann.* von der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben, qui privilegia illius Ordinis exhibet, a *Tresbach. de Nob. Svev. & Franc.* aliique, it. *Nobilitatis Rhenensis in Wetteraria Statuta & Ordinationes ac privilegia edita Gissenæ 1694.* Huc etiam pertinent *Magistratus* Communitatum *immediatarum* & præsertim *pagorum immediatorum*, qui pariter jurisdictione aliisque juribus gaudent, *vid. art. 5. §. 2. J. P. O.* quæ una cum conditione parentium tum hisce, tum Nobilibus immediatis, hic excutere non patitur institutum. Vid. *Hugo c. 5. § 6.*

(*) In hoc art. 23. Capit. Carol. VI. appellatio duntaxat der Abgeordneten von der gefreyten Reichs-Ritterschafft occurrit: Gegenwärt. Verfassung der Käyserl. Regierung in Deutschland p. 180. l. c. Hoc ipso tamen Nobilitati Immediatæ jus mittendi *legatos* revera tales non ademtum esse censet Auctor Spicilegii Observat. ad Capitul. Carol. VI. p. 283.

S. D. G.

SERIES



SERIES CAPITUM.

XX.

INDEX RERUM.

A.

Abbates.

Abbatissæ.

Academia.

Actiones.

Aggratiandi Jus

Alsatia

Amissio

Comi-

Comitia

Concilia

Comi-

Comitia

Concilia

Fiscus

Fiſcus

Flumina

Francofortum

Francus

G.

Gallia

Germania

Impe-

I.

Imperans

Imperator

 vid.

L. Land-

L.

Landsassii

Legati

Lex

Livonia

Lotharius I.

Lotharingia

M.

Majestas

Matricula

Matrimonium

Mediatio

N.

O.

Otto

Pax religiosa

Pontifex

Prælatus

Principes Imperii

Privilegia

Proteſtantes

R.

Ratio Status

Receſſus Imperii

Regalia

Regnum

Repreſſaliæ

Reſpublica

S.

Salvus conductus

Saxo

Schrifftsassii

Silesia

Sicilia

Status Imperii

Subjectio

Superioritas

Systema

T.

Titulus

Cujus

EMEN-

EMENDANDA.

Pag. 399. §. 28. in marg. *celricos* pro *clericos*
410. oben Cap. *XL.* pro *XLII.*
424. oben Cap. *XXIII.* pro *XLIII.*
456. oben Cap. *LXV.* pro *XLV.*
739. in marg. *Piscalia* pro *Fiscalia.*

INSTRUMENTUM

PACIS

MONASTERIO-

OSNABRUGENSIS.



INSTRUMENTUM PACIS CÆSAREO-SVECICUM.

IN NOMINE SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS AMEN.

NOtum sit universis & singulis, quorum interest, aut quomodo libet interesse potest. Postquam a multis annis orta in Imperio Romano dissidia, motusque civiles eo usque increverant, ut non modo universam Germaniam, sed & aliquot finitima Regna, potissimum vero Sveciam, Galliamque ita involverint, ut diuturnum & acre exinde natum sit bellum, primo quidem inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, DN. FERDINANDUM SECUNDUM, Electum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ, &c. Regem, Archi-Ducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Sil-

perioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi & Gorritiæ, Landgravium Alsatiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. inclytæ memoriæ, cum suis fœderatis & adhærentibus ex una: Et Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, DN. GUSTAPHUM ADOLPHUN, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regem, Magnum Principem Finlandiæ; Ducem Esthoniæ & Careliæ, Ingriæque Dominum, inclytæ recordationis & Regnum Sueciæ, ejusque fœderatos & adhærentes ex altera parte: Deinde post eorum e vita decessum, inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, DN. FERDINANDUM TERTIUM, Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ, &c. Regem, Archi-Ducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi, & Gorritiæ, Landgravium Alsatiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. cum suis fœde-

fœderatis & adhærentibus ex una: Et Serenissimam ac Potentissimam Principem ac Dominam, DN. CHRISTINAM, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Reginam, Magnam Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ & Careliæ, Ingriæque Dominam, Regnumque Sueciæ & ejus fœderatos & adhærentes ex altera parte; Unde multa Christiani sanguinis effusio cum plurimarum Provinciarum desolatione secuta est; Tandem divina bonitate factum esse, ut utrinque de pace universali suscepta sit cogitatio, in eumque finem ex mutua partium conventione Hamburgi die vigesima quinta stylo novo vel die decima quinta stylo veteri Decembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo inita, constituta sit dies undecima stylo novo, vel prima stylo veteri mensis Julii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio Congressui Plenipotentiariorum Osnabrugis & Monasterii Westphalorum instituendo. Comparentes igitur statuto tempore & loco utrinque legitime constituti Legati plenipotentiarii, a parte quidem Imperatoris. Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus Maximilianus Comes a Trautmansdorff & Weinsberg, Baro in Gleichenberg, Neostadii ad Cocrum, Negau, Burgau, & Totzendach, Dominus in Teinitz, Eques Aurei Velleris, Consiliarius Secretus & Camerarius Sacræ Cæsareæ Majestatis, ejusque Aulæ Supremus Præfectus, nec non Dominus Johan-

nes Maximilianus, Comes a Lamberg, Liber Baro in Otteneck & Ottenstein, Dominus in Stockaren & Ammerang, Burggravius in Steyer, Sac. Cæs. Majestatis Camerarius, & Dominus Johannes a Crane, J.U. Licentiatus & Comes Palatinus: Consiliarii Imperiales Aulici. A parte vero Reginæ Sueciæ Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dn9. Joannes Oxenstierna Axelii, Comes Moreæ Australis, Liber Baro in Kymitho & Nynaas, Dominus in Fyholm, Alhut, Horningsholm, Sodorbo & Lidoo, Regni Sueciæ Senator & Consiliarius Cancellariæ, & Dn9. Johannes Adler Salvius, Dominus in Adlersberg, Marsefeld, Wildenbruck & Tullinge, Regni Sueciæ Senator, Regiæ Majestatis Consiliarius Secretus, & Aulæ Cancellarius, post invocatum divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiarum tabulas rite commutatas, præsentibus, suffragantibus & consentientibus Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus ad Divini Numinis gloriam & Christianæ Reipublicæ salutem in mutuas Pacis & amicitiæ Leges consenserunt, & convenerunt tenore sequenti.

ARTICULUS I.

PAx sit Christiana, universalis, perpetua, veraque & sincera amicitia inter Sacram Cæsaream Majestatem, Domum Austriacam, omnes ejus fœderatos, & adhærentes, & singulorum hæredes & successores; inprimis Re-

gem

gem Catholicum, Electores, Principes, ac Status Imperii ex una, & Sacram Regiam Majestatem, Regnumque Sueciæ, omnesque ejus fœderatos & adhærentes & singulorum hæredes ac successores, inprimis Regem Christianissimum ac respective Electores, Principes, Statusque Imperii ex altera parte. Eaque ita sincere, serioque servetur & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte & universi Romani Imperii cum Regno Sueciæ, & vicissim Regni Sueciæ cum Romano Imperio fida vicinitas, & secura studiorum pacis atque amicitiæ cultura revirescant ac reflorescant.

ARTICULUS II.

Sit utrinque perpetua oblivio & Amnestia omnium eorum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco modove, ab una vel altera parte, ultro citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa vel prætextu alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quoad personas, statum, bona vel securitatem per se vel per alios, clam aut palam, directe, indirecte, specie juris aut via facti, in Imperio aut uspiam extra illud (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat, vel inferri faciat, aut patiatur, sed omnes & singulæ hinc inde, tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis, aut factis illatæ injuriæ, violentiæ, hosti-

hoſtilitates, damna, expenſæ, absque omni perſonarum rerumve reſpectu ita penitus abolitæ ſint, ut quicquid eo nomine alter adverſus alterum prætendere poſſet, perpetua ſit oblivione ſepultum.

ARTICULUS III.

1. Juxta hoc univerſalis & illimitatæ Amneſtiæ fundamentum univerſi & ſinguli Sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status, (comprehenſa immediata Imperii Nobilitate) eorumque Vaſalli, Subditi, Cives & Incolæ, quibus occaſione Bohemiæ Germaniæve motuum vel fœderum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum eſt, tam quoad ditiones & bona feudalia, ſubfeudalia, & allodialia, quam quoad dignitates, immunitates, Jura & privilegia reſtituti ſunto plenarie in eum utrinque ſtatum in ſacris & profanis, quo ante deſtitutionem gaviſi ſunt, aut jure gaudere potuerunt, non obſtantibus, ſed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus.

2. Quemadmodum vero tales reſtitutiones omnes & ſingulæ intelligendæ ſunt ſalvis juribus quibuscunque, tam directi, quam utilis dominii, in vel circa bona reſtituenda, ſive ſecularia ſive Eccleſiaſtica, ſive reſtituenti, ſive reſtituendo, ſive cuivis tertio competentibus, ſalvis item litis pendentiis deſuper in Aula Cæſarea,

ſive

five in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis Dicasteriis vertentibus: Ita hæc claufula falvatoria generalis, vel aliæ fubfequentes fpeciales ipfam reftitutionem nullatenus impediant, fed competentia jura, actiones, exceptiones, & litis pendentiæ poft factam demum reftitutionem, coram competenti Judice examinentur, difcutiantur & expediantur, multo minus hæc refervatio ipfi Amneftiæ univerfali & illimitatæ quicquam præjudicii afferat, aut etiam ad profcriptiones, confifcationes & ejus generis alienationes extendatur, vel articulis aliter conventis interque hos compofitioni Gravaminum aliquid deroget. Nam quantum juris in bonis Ecclefiafticis hucusque controverfis ejusmodi reftituti vel reftituendi funt habituri, patebit infra articulo de Gravaminum Ecclefiafticorum compofitione.

ARTICULUS IV.

1. Et quamvis ex hac præcedenti regula generali facile dijudicari poffit, qui & quatenus reftituendi fint, tamen ad inftantiam aliquorum de quibusdam gravioris momenti caufis, prout fequitur, fpecialiter mentionem fieri placuit, ita tamen, ut, qui expreffe non nominati vel expuncti funt, propterea pro omiffis vel exclufis non habeantur.

2. Ante omnia vero caufam Palatinam Conventus Ofnabrugenfis & Monafterienfis eo deduxit,

duxit, ut ea de re jam diu mota lis dirempta sit modo sequenti.

3. Et primo quidem quod attinet Domum Bavaricam, dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, insigniis & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinatus superior totus, una cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, regaliis ac juribus, sicut hactenus, ita & imposterum maneant penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, ejusque liberos totamque Lineam Guilhelmianam quamdiu masculi ex ea superstites fuerint.

4. Vicissim Dominus Elector Bavariæ pro se hæredibus ac successoribus suis, totaliter renunciet debito tredecim millionum, omnique prætensioni in Austriam superiorem, & statim a publicata pace omnia instrumenta desuper obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum & annullandum extradat.

5. Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis caussa consentit, ut vigore præsentis conventionis institutus sit Electoratus Octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni ejusque heredes & agnati, totius Lineæ Rudolphinæ juxta ordinem succedendi in Aurea Bulla expressum, deinceps fruantur. Nihil tamen juris, præter simultaneam investituram ipsi

ipsi Domino Carolo Ludovico aut ejus successoribus ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Bavariæ, totique Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.

6. Deinde ut inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & secularibus bonis Juribus & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibusque documentis, regestis, rationariis, & cæteris actis huc spectantibus eidem plenarie restituantur: Cassatis iis, quæ in contrarium acta sunt, idque authoritate Cæsarea effectum iri; ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat.

7. Cum autem certæ quædam Præfecturæ Stradæ Montanæ antiquitus ad Electorem Moguntinensem pertinentes, anno demum millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, pro certa pecuniæ summa Palatinis cum pacto perpetuæ reluitionis impignoratæ fuerint: ideo conventum est, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Electorem Moguntinensem, ejusque in Archi-Episcopatu Moguntinensi Successores permaneant, dummodo pretium pignorationis sponte oblatum, infra terminum executioni conclusæ Pacis præfixum, parata pecunia exsolvat, cæterisque, ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis tenetur, satisfaciat.

8. Electori quoque Trevirensi tanquam Epi-

ſcopo Spirenſi, Epiſcopo item Wormatienſi, jura quæ prætendunt in bona quædam Eccleſiaſtica, intra Palatinatus Inferioris territorium ſita coram competenti judice proſequi liberum eſto, niſi de his inter utrumque Principem amice conveniatur.

9. Quod ſi vero contigerit Lineam Guilhelmianam maſculinam prorſus deficere, ſuperſtite Palatina, non modo Palatinatus Superior, ſed etiam dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ Duces fuit, ad eosdem ſuperſtites Palatinos, interim ſimultanea inveſtitura gaviſuros, redeat, octavo tunc Electoratu prorſus expungendo; Ita tamen Palatinatus Superior hoc caſu ad Palatinos ſuperſtites redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bavariæ actiones & beneficia, quæ ipſis ibidem de jure competunt, reſervata maneant.

10. Pacta quoque gentilitia inter Domum Electoralem Heidelbergenſem & Neoburgicam a prioribus Imperatoribus ſuper Electorali ſucceſſione confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ Jura, quatenus huic diſpoſitioni contraria non ſunt, ſalva rataque maneant.

11. At hæc ſi quæ feuda Juliacenſia aperta eſſe, competenti via juris evictum fuerit, ea Palatinis evacuentur.

12. Præterea, ut dictus Dominus Carolus Ludovicus aliquatenus liberetur onere proſpiciendi fratribus de appanagio, Cæſarea Majeſtas ordinabit, ut dictis ſuis fratribus quadringenta

genta Imperialium thalerorum millia intra quadriennium ab initio anni venturi millesimi sexcentesimi quadragesimi noni numerandum expendantur, singulisque annis centena millia solvantur, una cum annuo censu quinque de centum computatis.

13. Deinde tota Domus Palatina cum omnibus & singulis, qui ei quocunque modo addicti sunt, aut fuerunt, præcipue vero ministri, qui ei in hoc conventu aut alias operam suam navarunt, ut & omnes Palatinatus exules, fruantur Amnestia generali supra descripta, pari cum cæteris in ea comprehensis jure, & hac transactione singulariter in puncto Gravaminum plenissime.

14. Vicissim Dominus Carolus Ludovicus cum fratribus Cæsareæ Majestati obedientiam & fidelitatem sicut cæteri Electores, Principesque Imperii præstet, ac insuper Palatinatui Superiori pro se & hæredibus suis, tum ipse, tum ejus fratres, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes legitimi & masculi superfuerint, renuncient.

15. Cum autem de ejusdem Principis Viduæ Matri, sororibusque præstando victalitio, & dote constituenda mentio injiceretur, pro benevolo Sacræ Cæsareæ Majestatis in Domum Palatinam affectu, promissum est, dictæ Viduæ Matri pro victalitio semel pro semper viginti thalerorum Imperialium millia, singulis autem sororibus dicti Domini Caroli Ludovici, quan-

quando nuptum elocatæ fuerint, dena Thalerorum Imperialium millia, nomine suæ Majestatis exsolutum iri. De reliquo vero ipsis idem Princeps Carolus Ludovicus satisfacere teneatur.

16. Comites in Lainingen & Daxburg sæpe dictus Dominus Carolus Ludovicus ejusque successores in Palatinatu Inferiori nulla in re turbet, sed jure suo a multis retro seculis obtento, & à Cæsaribus confirmato, quiete ac pacifice uti frui permittat.

17. Liberam Imperii Nobilitatem per Franconiam, Sveviam & Tractum Rheni, cum districtibus appertinentibus in suo statu immediato inviolate relinquat.

18. Feuda etiam ab Imperatore in Baronem Gerhardum de Waldenburg, dictum Schenckhern, Nicolaum Georgium Reigersperger, Cancellarium Moguntinum, & Henricum Bromser, Baronem de Rudesheim: Item ab Electore Bavariæ in Baronem Joan. Adolphum Wolff. dictum Metternich collata, rata maneant. Teneantur tamen ejusmodi Vasalli Domino Carolo Ludovico, velut Domino directo ejusque successoribus juramentum fidelitatis præstare atque ab eodem feudorum suorum renovationem petere.

19. Augustanæ Confessionis consortibus, qui in possessione templorum fuerant, interque eos civibus & Incolis Oppenheimensibus servetur Status Ecclesiasticus Anni millesimi sexcesi-

centesimi vigesimi quarti, cæterisque id desideraturis, Augustanæ Confessionis exercitium, tam publice in templis ad statas horas, quam privatim in ædibus propriis, aut alienis ei rei destinatis per suos aut vicinos verbi divini ministros peragere liberum esto.

20. Princeps Ludovicus Philippus Comes Palatinus Rheni recuperet omnes ditiones, dignitates & jura in sacris & profanis, quæ ipsi a majoribus ex successione & divisione ante tumultus bellicos obvenerunt

21. Princeps Fridericus Comes Palatinus Rheni quartam partem vectigalis Viltzbacensis, Cœnobium quoque Hornbach cum pertinentiis, & quicquid juris parens ejus ante hac ibidem habuit ac possedit, recipiat & respective retineat.

22. Princeps Leopoldus Ludovicus Comes Palatinus Rheni restituatur penitus in Comitatum Veldentz ad Mosellam, tam in Ecclesiasticis, quam Politicis contra omnia hactenus attentata, in eum, quo anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto ipsius Parens fuit, statum.

23. Controversia, quæ vertitur inter Episcopos respective Bambergensem & Herbipolensem ac Marchiones Brandenburgicos, Culmbachi & Onoltzbachi de Castro, Oppido, Præfectura & Monasterio Kitzingen in Franconia ad Mœnum, aut amicabili compositione, aut summario juris processu terminetur intra biennium, sub pœna perdendæ prætensionis imponenda

nenda tergiversanti, interim dictis Dominis Marchionibus restituatur nihilominus fortalitium Vitzburg in eum Statum, qui tempore traditionis descriptus fuit ex conventione & promisso.

24. Domus Wurtenbergica maneat quiete in recuperata possessione Dinastiarum Weinsberg, Neustadt & Meckmühle. Restituatur etiam in omnia & singula secularia atque Ecclesiastica bona & jura ante hos motus ubicunque possessa, interque illa specialiter in Dynastias Blaubeuren, Achalm, & Stauffen cum pertinentiis & sub prætextu pertinentium ad eas occupatis bonis, cumprimis civitate & territorio Göppingensi atque pago Pflumeren, reditibus Universitati Tubingensi pie fundatis. Recipiat etiam Dynastias Heidenheim & Oberkirch, itemque civitates Balingen, Tutlingen, Ebingen & Rosenfeld, nec non arcem & pagum Neidlingen cum pertinentiis, tum Hohentweil, Hohenasperg, Hohenaurach, Hohen-Tubingen, Albeck, Hornberg, Schiltach cum civitate Schorndorff. Restitutio etiam fiat in Ecclesias collegiatas Stuttgard, Tubingen, Hernberg, Göppingen, Bachnang, nec non in Abbatias, Præposituras atque Monasteria Bebenhausen, Maulbron, Anhausen, Lorch, Adelberg, Denckendorff, Hirschau, Blaubeuren, Herprechtingen, Murhard, Abersbach, Königsbrun, Hertenalb, Divi Georgii, Reichenbach, Pfullingen & Lichtenstern sive Marien Cron, & si-

& similia, cum omnibus documentis ablatis, salvis tamen & reservatis Domus Austriacæ, nec non Wurtenbergicæ in supradictas Dynastias Blaubeuren, Achalm & Stauffen prætensis juribus, actionibus, exceptionibus & remediis atque beneficiis juris quibuscunque.

25. Principes quoque Wurtembergici Lineæ Mompelgardensis restituantur in omnes suas ditiones in Alsatia vel ubicunque sitas, & nominatim in duo Feuda Burgundica Clerval & Passavant, & ab utraque parte redintegrentur in eum statum, jura, prærogativas ac in specie ad eam immedietatem erga Romanum Imperium, qua ante initium horum bellorum gavisi sunt, & qua cæteri Imperii Principes ac Status gaudent vel gaudere debent.

26. De Causa Badensi hoc modo conventum est;

Fridericus Marchio Badensis & Hochbergensis, ejusque filii, & hæredes, cum omnibus qui iisdem quocunque modo inservierunt, aut adhuc dum inserviunt, cujuscunque nominis aut conditionis sint, gaudeant & fruantur supra articulo 2. & 3. descripta Amnestia cum omnibus suis clausulis & beneficiis, ejusque vigore restituantur plenissime in eum statum in sacris & profanis, in quo ante exortos Bohemiæ motus fuit Dn9 Georgius Fridericus, Marchio Badensis & Hochbergensis, quoad Marchionatum inferiorem Badensem, qui vulgo sub appellatione Baden-Durlach venit, itemque quo-

ad Marchionatum Hochbergensem, tum etiam quoad ditiones Rotelen, Badenweiler, & Saussenberg; non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus. Deinde restituantur Marchioni Friderico Præfecturæ Stain & Renchingen absque onere æris alieni, interea temporis a Marchione Guilhelmo contracti, ratione fructuum, interesse aut sumptuum per transactionem, Ettlingæ anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo nono initam, dicto Guilielmo Marchioni Badensi cessæ cum omnibus Juribus, documentis literariis, aliisque pertinentiis, ita ut tota illa actio sumptuum ac fructuum perceptorum & percipiendorum cum omni damno & interesse, a tempore primæ occupationis numerando, sublata & penitus extincta sit. Annua quoque pensitatio ex Marchionatu Inferiori Marchionatui Superiori pendi solita, virtute præsentium penitus sublata, annullata & annihilata sit, nec eo nomine quicquam vel de præterito vel de futuro in posterum unquam prætendatur vel exigatur. Alternetur etiam inposterum inter utramque Lineam Badensem, Inferioris scilicet & Superioris Marchionatus Badensis, præcedentia & Sessio in Comitiis & circuli Suevici, aliisque universalibus vel particularibus Imperii aut quibuscunque conventibus, pro nunc tamen eadem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum superstes erit, permanente.

27. De

27. De Baronatu Hohen-Gerolseck conventum est, ut si Domina Principissa Badensis prætensa sua Jura in dicto Baronatu documentis authenticis sufficienter probaverit, restitutio statim post latam desuper sententiam fiat cum omni causa, omnique Jure, vigore documentorum competenti. Cognitio autem hæc finiatur a die publicatæ pacis infra biennium. Nullæ denique actiones, transactiones, vel exceptiones, generales vel speciales clausulæ, in hoc Instrumento Pacis comprehensæ (quibus omnibus per expressum & in perpetuum vigore hujus derogatum sit) ab una vel altera parte ullo unquam tempore contra hanc specialem conventionem allegentur vel admittantur.

28. Dux de Croy gaudeat effectu generalis Amnestiæ, neque protectio Regis Christianissimi sit ei fraudi, dignitatis, privilegiorum, honorum, bonorum aut ullo alio respectu: quiete quoque possideat eam Dominii Vinstingen partem, quam Majores sui possederunt, prout nunc a Domina matre sua dotalitii nomine possidetur. Juribus Imperii quoad dictum Dominium Vinstingen in eo statu, quo fuerunt ante hos motus, salvis pertinentibus.

29. Quod controversiam Nassau Siegen contra Nassau Siegen attinet, cum res hæc per commissionem Cæsaream Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio ad amicabilem compositionem sit remissa, reassumatur

ejusmodi commissio, & tota lis vel amicabili compositione, vel juridica sententia, coram competenti judice decidatur; Comite Joanne Mauritio de Nassau, ejusque fratribus absque ulla turbatione pro suis quotis duntaxat in apprehensa possessione manentibus.

30. Comitibus Nassau Saræpontanis restituantur omnes eorum Comitatus, Dynastiæ, territoria: homines & bona Ecclesiastica & secularia, feudalia & allodialia, nominatim vero Comitatus Saræpontanus & Sarwerdanus integri cum omni causa, ut & fortalitium Homburg cum tormentis bellicis, mobilibusque ibi repertis; Salvis utrinque respective tam ratione anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono, septimo Julii, per sententiam adjudicatorum in revisorio, quam aliis etiam de illatis damnis, competentibus juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis Juris juxta Leges Imperii determinandis, nisi partes potius amica transactione rem componi. Salvo etiam jure, quod Comitibus de Lainingen-Daxburg in dicto Comitatu Sarwerdano competere potest.

31. Domus Hanoica restituatur in Præfecturas Bobenhausen, Bischoffsheim am Steeg & Wilstatt.

32. Johannes Albertus Comes Solmensis in quadrantem Oppidi Butzbacensis & quatuor pagos adjacentes restituatur.

33. Itemque restituatur Domus Solms, Hohen-

hensolms in omnia bona & jura sibi anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo adempta, non obstante transactione desuper cum Domino Georgio Landgravio Hassiæ postea facta.

34. Comites de Isenburg gaudeant Amnestia generali supra artic. 2. & 3. descripta, salvis tamen juribus Domino Georgio Landgravio Hassiæ vel cuivis tertio contra eosdem, ut & contra Comites de Hohensolms competentibus.

35. Rheingravii in suas Præfecturas Troneck & Wildenburg, itemque Dynastiam Marchingen cum pertinentiis & cætera omnia Jura a vicinis usurpata, restituantur.

36. Vidua Domini Ernesti Comitis Sainensis restituatur in eam possessionem arcis, oppidi & Præfecturæ Hachenburg cum pertinentiis, ut & pagi Bendorff, in qua fuit ante destitutionem, salvo tamen jure cujusvis.

37. Castrum & Comitatus Falkenstein restituatur ei, cui de jure competit. Quicquid etiam juris Comitibus de Rasseburg cognominatis Löwenhäupt, in Præfecturam Bretzenheim, feudum Archiepiscopatus Coloniensis, nec non Baronatum Reipoltzkirch in districtu Hundsruck sita competit, id eis cum omnibus juribus & appertinentiis salvum sit.

38. Restituatur etiam Domus Waldeck in possessionem vel quasi omnium jurium in Dynastia Didinghausen, & pagos Nordenaw,

Lichtenſcheid, Defeld & Niedern Schlaidern, prout anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto gaviſa eſt.

39. Joachimus Erneſtus Comes Ottingenſis in omnia Eccleſiaſtica & ſecularia, quæ pater ipſius Ludovicus Eberhardus ante hos motus poſſidebat, reſtituatur.

40. Item Domus Hohenloica in omnia ipſi ablata, præcipue Dynaſtiam Weickersheim; itemque in Cœnobium Scheffersheim absque omni exceptione, inprimis retentionis, reſtituatur.

41. Fridericus Ludovicus Comes de Löwenſtein & Wertheim in omnes ſuos Comitatus & Dynaſtias, quæ tempore hujus belli ſequeſtratæ, confiſcatæ, aliisque ceſſæ fuerunt, in Politicis & Eccleſiaſticis reſtituatur.

42. Ferdinandus Carolus Comes de Löwenſtein & Wertheim in omne id, quod defunctis ejus agnatis Georgio Ludovico & Joanni Caſimiro ſequeſtratum, confiſcatum, aliisque ceſſum eſt in Politicis & Eccleſiaſticis reſtituatur, ſalvis tamen iis bonis & Juribus, quæ Marcæ Chriſtianæ, filiæ dicti Georgii Ludovici de Löwenſtein ex hereditate paterna & materna competunt, in quæ plenarie reſtituatur. Pariter etiam Vidua Joannis Caſimiri de Löwenſtein in ſua bona dotalitia & hypothecata, reſervato Jure, ſi quod in ſupra dicta competit Comiti Friderico Ludovico, vel amicabili compoſitione vel legitimo Proceſſu proſequendo.

43. Do-

43. Domus Erbacensis imprimis Comitis Georgii Alberti hæredes in Castrum Breubergicum, omniaque ejus jura, ipsis cum Domino Comite Löwensteinensi communia, tam quoad præsidium, ejusdemque directionem, quam cætera civilia jura restituantur.

44. Vidua & heredes Comitis a Brandenstein restituantur in omnia ex causa belli adempta bona & Jura.

45. Baro Paulus Kevenhüller cum Nepotibus ex fratre, Heredes Cancellarii Löffleri Marci Conradi a Rhelingen liberi & heredes: Item Hieronymus a Rhelingen una cum uxore, nec non Marcus Antonius a Rhelingen, quisque in omnia sibi per confiscationem adempta, plenarie restituti sunto.

46. Contractus, permutationes, transactiones, obligationes & Instrumenta debiti, vi metuve, seu statibus, seu subditis illicite extorta, prout in specie queruntur Spira, Weisenburgum ad Rhenum, Landavia, Reutlingen, Heilbrunna, aliique, ut & redemptæ cessæque actiones abolitæ atque ita annullatæ sunto, ut ullum judicium actionemve, eo nomine intentare minime liceat. Quod si vero debitores Instrumenta Crediti vi metuve creditoribus extorserint, ea omnia restituantur, actionibus, desuper salvis.

47. Debita sive Emptionis, venditionis, annuorum redituum, sive alio nomine vocentur, & ab una alterave belligerantium parte in odi-

umCreditorum violenter extorta sint, contra debitores veram violentiam & realem solutionem intercessisse allegantes, & se ad probandum offerentes, nulli processus executivi decernantur, nisi his exceptionibus prævia plenaria causæ cognitione decisis.

48. Processu desuper instituto a pacis publicatione infra biennium finiendo sub pœna perpetui silentii contumacibus debitoribus imponenda. Processus autem hactenus eo nomine contra ipsos decreti una cum transactionibus & promissionibus pro futura creditorum restitutione factis, tollantur & enerventur, salvis tamen iis pecuniarum summis, quæ flagrante bello pro aliis ad avertenda majora eorum pericula & damna bono animo & intentione erogatæ sunto.

49. Sententiæ tempore belli de rebus mere secularibus pronunciatæ, nisi processus vitium & defectum manifeste pateat, vel in continenti demonstrari possit, non quidem omnino sint nullæ, ab effectu tamen rei judicatæ suspendantur: donec acta judicialia (si alterutra pars intra semestre ab inita Pace spatium petiverit revisionem) in judicio competenti, modo ordinario vel extraordinario in Imperio usitato, revideantur & æquabili jure ponderentur, atque ita dictæ sententiæ vel confirmentur vel emendentur, vel si nulliter latæ sint, plane rescindantur.

50. Si quæ etiam feuda regalia vel privata

ab anno millesimo sexcentesimo decimo octavo non fuerunt renovata, nec interim eorum nomine præstita servitia, nemini id fraudi esto, sed tempus repetendæ investituræ a die factæ Pacis cedere incipiat.

51. Tandem omnes & singuli tam bellici Officiales militesque, quam Consiliarii & ministri togati Civiles & Ecclesiastici, quocunque nomine aut conditione censentur, qui uni alterive parti, earundemve fœderatis aut adhærentibus, toga vel sago militarunt, a summo ad infimum, ab infimo ad summum absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, heredibus, successoribus, servitoribus, quoad personas & bona in eum vitæ, famæ, honoris, conscientiæ, libertatis, Jurium ac privilegiorum statum, quo ante dictos motus gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt, utrinque restituti sunto, nec eorum personis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accusatio intentator, multo minus ulla pœna, damnumve quocunque prætextu irrogator. Et hæc quidem omnia quoad illos, qui Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ subditi & vasalli non sunt, plenissimum effectum habeant.

52. Qui vero Subditi & Vasalli hæreditarii Imperatoris & Domus Austriacæ sunt, eadem gaudeant Amnestia, quoad personas, vitam, famam & honores habeantque securum reditum in pristinam patriam; ita tamen ut se te-

neantur accommodare legibus patriis Regnorum & Provinciarum.

53. Quantum autem eorundem bona concernit, si ea, antequam in Coronæ Sueciæ Galliæve partes transierunt, confiscatione aut alio modo amissa fuere, etsi Plenipotentiarii Suedici diu multumque institerant, ut iis etiam illa restituerentur; tamen cum Sacræ Cæs. Majest. hac in re ab aliis nihil præscribi, nec ob Cæsareanorum constantem contradictionem aliter transigi potuerit, Ordinibusque Imperii ea propter bellum continuari e re Imperii non fuerit visum; porro quoque amissa sunto, ac modernis possessoribus permanento.

54. Illa vero bona, quæ ipsis post eam causam, quod pro Suecis aut Gallis contra Cæsarem, Domumque Austriacam arma sumpsissent, erepta sunt, iisdem qualia nunc sunt, absque refusione tamen sumptuum ac fructuum perceptorum, aut damni dati restituantur.

55. De cætero in Bohemia, aliisque quibuscunque provinciis hæreditariis Imperatoris, Augustanæ Confessioni addictis subditis vel creditoribus, eorumve heredibus, pro privatis suis prætensionibus, si quas habent, & earum nomine actiones intenderint, aut prosecuti fuerint, Jus & Justitia æque ac Catholicis citra respectum administretur.

56. A dicta tamen universali restitutione excepta sunto, quæ restitui vel redhiberi nequeunt, mobilia & se moventia, fructus percepti

autho-

authoritate belligerantium partium interversa, itemque tam destructa, quam publicæ securitatis causa in alios usus conversa ædificia, publica & privata; sacra & profana, nec non deposita publica vel privata hostilitatis intuitu confiscata, legitime vendita, sponte donata.

57. Quia vero etiam causa Juliacensis successionis inter Interessatos, nisi præveniatur, magnas aliquando turbas in Imperio excitare posset, ideo conventum est, ut ea quoque Pace confecta ordinario processu, coram Cæsarea Majestate vel amicabili compositione, vel alio legitimo modo sine mora dirimatur.

ARTICULUS V.

Cum autem præsenti bello magnam partem Gravamina, quæ inter utriusque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, causam & occasionem dederint, de iis, prout sequitur, conventum & transactum est.

1. I. Transactio Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, Passavii inita, & hanc anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto secuta Pax Religionis, prout ea Anno Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Augustæ Vindelicorum, & post in diversis Sacri Romani Imperii Comitiis universalibus confirmata fuit, in omnibus suis Capitulis, unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis consensu

ſenſu initis ac concluſis rata habeatur, ſanctēque & inviolabiliter ſervetur. Quæ vero de nonnullis in ea Articulis controverſis, hac Transactione communi partium placito ſtatuta ſunt, ea pro perpetua dictæ Pacis declaratione, tam in Judiciis, quam alibi obſervanda habebuntur, donec per Dei gratiam de Religione ipſa convenerit, non attenta cujusvis ſeu Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione, quæ omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur. In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes & ſingulos ſit æqualitas exacta mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ, conſtitutionibus Imperii & præſenti Conventioni conformis eſt, ita ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum, violentia omni & via facti, ut alias, ita & hic inter utramque partem perpetuo prohibita.

2. II. Terminus à quo Reſtitutionis in Eccleſiaſticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata ſunt, ſit dies prima Januarii Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti: Fiat itaque reſtitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis, comprehenſa libera Imperii nobilitate, ut & communitatibus & pagis immediatis plenarie & pure, caſſatis omnibus interim in iſtiusmodi cauſis latis, publicatis & inſtitutis ſententiis, decretis, transactionibus, pactis ſeu deditiтiis, ſeu aliis, & exe-

ecu-

ecutionibus, reductione ad Statum dicti anni dieique in omnibus facta.

3. Civitates, Augusta Vindelicorum, Dunckelspühla, Biberacum & Ravensbergum, retineant bona, Jura & exercitium Religionis dicti anni dieique; sed ratione dignitatum Senatoriarum aliorumq; munerum publicorum, sit inter utrique Religioni addictos æqualitas idemque numerus.

4. In specie autem quoad Civitatem Augustam sint septem Senatores Consilii Secretioris ex familiis Patriciis delecti, ex his desumpti Reipublicæ Præsides duo, vulgo Stadtpfleger dicti, unus sit Catholicus, alter Augustanæ Confessionis. Ex reliquis quinque, tres Catholicæ Religioni, & duo Aug. Conf. addicti, Senatores reliqui, Senatus, ut vocant, minoris, nec non Syndici, Assessores Judicii Urbani, aliique Officiales omnes sint æquali numero utriusque Religionis, Quæstores rei nummariæ sint tres, quorum duo unius, tertius diversæ religionis, ita quidem, in primo anno duo sint Catholici, unus vero Augustanæ Confessionis, altero duo Augustanæ Confessionis & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

5. Præfecti rei tormentariæ itidem tres parique annua alternatione. Idem etiam circa curam collectarum annonæ, ædilitii muneris, & si quæ alia sunt officia, quæ tribus committuntur, obtineat: Ita quidem, ut si uno anno duo

officia

officia (veluti Quæstura & cura annonæ vel ædilitii muneris) penes duos Catholicos & unum Augustanæ Confessionis sint, eodem anno duo alia officia (veluti præfecturæ rei tormentariæ & collectarum) duobus ex Augustana Confessione & uni Catholico committantur; sequenti autem anno circa hæc officia duobus Catholicis, duo Augustanæ Confessioni addicti, & uni Catholico, unus Augustanæ Confessionis surrogetur.

6. Munera, quæ uni soli committi solita sunt, pro qualitate rei vel uno vel pluribus annis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Cives alternentur, eo quidem modo, ut de officiis, quæ tribus personis committuntur, nunc dictum.

7. Templorum tamen & Scholarum cuique parti suarum cura integra reservetur. Ii autem Catholici, qui nunc tempore hujus pacificationis in Magistratu & officiis præter numerum supra conventum supersunt, pristino quidem per omnia honore commodoque fruantur. Veruntamen usque dum eorum loca vel morte vel abdicatione vacaverint, vel domi se contineant, vel si senatui quandoque interesse velint, voto tamen careant.

8. Neutra vero pars suæ Religioni adhærentium potentia ad deprimendam alteram abutatur, aut majorem numerum, directe vel indirecte ad dignitates Præsidum, Senatorum, aliorumque publicorum munerum aggregare

præ-

præſumat, ſed quicquid ejus quandocunque & quomodocunque tentatum fuerit, irritum eſto. Proinde non ſolum hæc diſpoſitio quotannis, quando de novorum Senatorum aliorumque officialium in demortuorum locum ſurrogatione agitur, publice prælegitor, ſed etiam Præſidis ſeu Duumviri, Secretiorum reliquorumque Senatorum, Præfectorum, Syndicorum, Judicum, aliorumque Officialium Catholicorum electio & nunc & poſthac ſit penes ipſos Catholicos, Auguſtanæ vero Confeſſioni addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico alius Catholicus, pariterque Auguſtanæ Confeſſioni addicto eidem addictus ſurrogetur.

9. Pluralitas autem votorum in cauſis religionem ſive directe ſive indirecte concernentibus, nequaquam attendatur, neque illa Auguſtanæ Confeſſioni addictis Civibus ejus loci magis, quam Aug. Confeſſ. Electoribus, Principibus & Statibus in Imperio Romano præjudicet. Quod ſi Catholici pluralitate votorum in his vel aliis quibusvis negotiis in præjudicium Aug. Confeſſ. addictorum abutantur, reſervatum his ipſis eſto vigore hujus Transactionis ad introducendam alternationem quinti Senatoris ſecretioris, aliaque legitima remedia provocare.

10. De cætero Pax Religioſa, itemque Ordinatio Carolina de Electione Magiſtratuum, nec non transactiones de annis milleſimo quingente-

gentesimo, octuagesimo quarto, & millesimo quingentesimo nonagesimo primo (quatenus huic dispositioni directe vel per indirectum non repugnant) salvæ & inviolatæ per omnia maneant.

11. Deinde Dunckelspühlæ, Biberaci & Ravensburgi duo sint Consules, Catholicus unus, alter Augustanæ Confessionis, quatuor secretioris consilii æquali numero utriusque Religionis. Eadem etiam æqualitas circa Senatum, Judicium Urbanum, præfecturam ærarii, ut & alia omnia officia, dignitates ac munera publica observetur. Quoad Præturam Judicii vero, Syndicatum & Secretarios Senatus & Judicii, nec non quoad alia hujusmodi officia, quæ uni tantum personæ committuntur, alternatio perpetuo observetur. Ita, ut demortuo Catholico semper Augustanæ confessioni addictus & vice versa succedat. Quantum ad modum Electionis & votorum pluralitatem nec non curam Templorum ac Scholarum, itemque anniversariam prælectionem hujus dispositionis attinet, idem quod de Augustana dictum est, observetur.

12. Quod ad Civitatem Donawerdam attinet si in proxime venturis Comitiis Universalibus in pristinam libertatem restituendam esse judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat jure in Ecclesiasticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ Civitates vigore hujus Transactionis gaudent, salvis tamen quoad

hanc

hanc Civitatem eorum, quorum intereſt Juribus.

13. Terminus autem Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite Amneſtiæ aut aliunde reſtituendi veniunt.

14. III. Bona Eccleſiaſtica immediata quod attinet, ſive ſint Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, Abbatiæ, Baliviæ, Præpoſituræ, Commendæ, ſive liberæ fundationes ſeculares, aut alia, una cum reditibus, penſionibus, aliisque, quocunque nomine ſignatis ſeu in Urbibus ſeu ruri ſitis: ea ſeu Catholici, ſeu Auguſtanæ Confeſſionis ſtatus die prima Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti poſſederint, omnia & ſingula, nullo plane excepto, ejus Religionis conſortes, qui dicto tempore in reali eorum poſſeſſione fuerunt, usque dum de Religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquille & imperturbate poſſideant, neutrique parti liceat alteri ſeu in judicio, ſeu extra negotium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre. Si vero, quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hæc conventio perpetua ſit & pax ſemper duratura.

§. 15. Si igitur Catholicus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, aut Aug. Confeſſ. addictus in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prælatum electus vel poſtulatus, ſolus aut una cum

Capitularibus seu singulis, seu universis, aut etiam alii Ecclesiastici Religionem in posterum mutarint, excidant illi statim suo jure, honore tamen famaque illibatis, fructusque & reditus citra moram & exceptionem cedant, Capituloque, aut cui id de jure competit, integrum sit, aliam Personam Religioni ei, ad quam beneficium istud vigore hujus transactionis pertinet, addictam eligere aut postulare, relictis tamen Archiepiscopo, Episcopo, Prælato, &c. decedenti fructibus, & reditibus interea perceptis & consumptis. Si ergo Status seu Catholici seu Augustanæ Confessioni addicti Archiepiscopatibus, Episcopatibus, beneficiis aut præbendis suis immediatis à die prima Januarii Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illico tam in Ecclesiasticis, quam Politicis omnibus novationibus abolitis restituantur; ita quidem, ut quæcunque bona Ecclesiastica immediata die prima Januarii anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti Catholico Præsule regebantur, Catholicum caput recipiant & vicissim, quæ dicto Anno, dieque Aug. Confess. addicti possidebant, retineant etiam in posterum, remissis tamen, quæ una pars contra alteram prætendere posset, perceptis interea fructibus, damnis & expensis.

16. IV. In omnibus Archiepiscopatibus, Episcopatibus, & reliquis fundationibus immediatis,

diatis, Jura eligendi & postulandi juxta cujusque loci consuetudines & statuta antiqua illibata maneant, quatenus illa Imperii constitutionibus, transactioni Passaviensi, Paci religiosæ & inprimis huic declarationi & transactioni sunt conformia & intuitu Archiepiscopatuum Aug. Confess. addictis permanentium ea nihil in se contineant illi Confessioni adversum, sicuti etiam pariter in Episcopatibus & Ecclesiis, in quibus Catholicis & Aug. Confess. ordinibus mixta jura admittuntur, statutis antiquis nihil de novo admisceatur, quod Catholicorum vel Aug. Confess. addictorum conscientiam & causam pro cujusque parte lædere, eorumve Jus imminuere possit.

17. Postulati vero seu electi in capitulationibus suis spondeant, se susceptos Ecclesiasticos Principatus, dignitates & beneficia nequaquam hæreditario jure possessuros, aut id acturos, ut hæreditaria fiant, sed libera sit ubique capitulo, & quibus id præterea pariter cum capitulo pro more competit, tam Electio & postulatio, quam sede vacante administratio & Jurium Episcopalium exercitium; operaque detur, ne Nobiles Patricii, gradibus Academicis insigniti, aliæque personæ idoneæ, ubi id fundationibus non adversatur, excludantur, sed ut potius in iis conserventur.

18. Ubi Sacra Cæsarea Majestas jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam inposterum, dummodo decedente Aug. Conf. addi-

addicto in ejus Religionis Episcopatibus Conf. Augustanæ addictus ad normam statutorum & observantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque religione seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans Religionis consors possederit.

19. Si quid annatarum, Jurium Pallii, Confirmationum, Mensium Papalium & hujusmodi jurium & reservationum nomine in bonis statuum Aug. Confessionis Ecclesiasticis immediatis a quocunque, quandocunque aut quomodocunque prætendatur, id validitate & executione a brachio seculari impertienda careat.

20. In quorum autem Ecclesiasticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusque Religionis Capitulares & Canonici vigore præfati termini certo utrinque numero admittuntur, mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque, si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineat, atque executioni, casu eveniente, mandentur, modo Papalis provisio Capitulis immediate e Curia Romana & tempore legitimo insinuetur.

21. VI. Electi aut postulati in Archiepiscopos, Episcopos, aut Prælatos Aug. Confessioni addicti, a Sacra Cæsarea Majestate, postquam intra annum Electionis aut postulationis suæ fidem fecerint, & juramenta Regalibus con-

sue-

ſueta feudis præſtiterint, absque ulla exceptione inveſtiantur, ultraque taxæ ordinariæ ſummam, inſuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant, iidem, aut ſede vacante Capitula, & quibus adminiſtratio cum iis conjunctim competit, ad univerſales æque, ac particulares deputationum, viſitationum, reviſionum, aliosque conventus Imperiales, literis ſolitis evocentur, & ſuffragii jure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis diſſidia eorum Jurium particepes fuit. Quæ vero & quot perſonæ ad ejusmodi conventus mitti debeant, de eo Præſulibus cum Capitulis & conventualibus ſtatuere liberum eſto.

22. De titulis. Principum Eccleſiaſticorum ex Auguſtana Confeſſione ita convenit, ut absque tamen præjudicio ſtatus & dignitatis titulis Electorum aut Poſtulatorum in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Abbatem, Præpoſitum inſigniatur, Seſſionem autem in Scamno inter Eccleſiaſticos & ſeculares intermedio & transverſo capiant, quibus a latere aſſideant in conventu omnium trium Imperii Collegiorum Director Cancellariæ Moguntinenſis nomine Domini Archiepiſcopi actorum Comitialium generali directione fungens, & poſt ipſum Directores Collegii Principum: Idemque obſervetur in Senatu Principum collegialiter congregato, a ſolis iſtius Collegii actorum Directoribus.

23. VII. Quot capitulares aut Canonici die

prima Januarii Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti uspiam vel August. Confessionis vel Catholici fuerunt, totidem illic ex utraque religione erunt semper, nec decedentibus, nisi ejusdem Religionis Consortes surrogentur, si vero alicubi jam plures Catholici vel Augustanæ Confessionis Capitulares aut Canonici beneficia possident, quam anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, ii quidem supernumeraria beneficia & præbendas ad vitam retineant, mortuis vero, tam diu Catholicis Augustanæ Confessioni addicti, & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit utriusque Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui die prima Januarii anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto erat. Exercitium vero Religionis in mixtis Episcopatibus ita restituatur & permaneat, ubi & quatenus id anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto palam receptum permissumque fuit, neque supradictis omnibus vel eligendo vel præsentando aliterve detrimenti quicquam creetur.

24. VIII. Qui Archiepiscopatus & aliæ fundationes atque bona Ecclesiastica immediata vel mediata in satisfactionem Regiæ Majestatis, Regnique Sueciæ æquivalentem recompensationem, indemnitatemque suorum foederatorum, amicorum & Interessatorum concesserunt, peculiaribus suis conventionibus infra contentis, per omnia relinquantur. In omnibus vero iis, quæ ibi non continentur, & in-

& inter hæc quoad §. Jus Diœcesanum 16. infra positum, constitutionibus Imperii & huic Transactioni subjecta manento.

25. IX. Quæcunque Monasteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, fundationes, scholas, hospitalia, aliave bona Ecclesiastica mediata, ut eorum reditus, Juraque quocunque ea nomine appellata fuerint Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status, Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto die prima Januarii, possederunt, eadem omnia & singula sive retenta semper, sive restituta, sive vigore hujus transactionis restituenda, iidem possideant, donec controversiæ Religionis amicabili partium compositione universali definiantur, non attentis exceptionibus sive ante, sive post transactionem Passaviensem, aut Pacem Religiosam reformata & occupata, aut quod non de vel in territorio Augustanæ Confessionis Statuum, vel exempla, vel aliis Statibus jure Suffraganeatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuisse dicuntur, unicum solumque hujus transactionis restitutionis, observantiæque futuræ fundamentum sit die prima Januarii Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto habita possessio, irritis prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi locorum exercitio interimistico vel anterioribus aut secutis pactis generalibus aut specialibus transactionibus vel litibus motis, causisve decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis,

paritoriis, reversalibus, litispendentiis vel aliis quibuscunque prætextibus & rationibus desumi possent. Ubi igitur supradictorum omnium bonorum, eorundem pertinentium, fructuumve Augustanæ Confessionis Statibus aliquid quovis modo aut prætextu sive judicialiter sive extrajudicialiter a dicto tempore interversum aut ademptum est, omnino absque mora, & indistincte (interque illa specialiter etiam Monasteria, Fundationes atque bona Ecclesiastica omnia & singula a Principe Wurtenbergico Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto possessa) cum suis pertinentiis, reditibus & accessionibus ubicunque sitis, una cum amotis documentis in priorem statum restituantur. Nec Augustanæ Confessioni addicti posthac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbentur, sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti sint, donec controversiæ Religionis compositæ fuerint.

26. Omnia quoque Monasteria, fundationes & sodalitia mediata, quæ die prima Januarii, Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut in Augustanæ Confessionis Statuum territoriis & ditionibus ea sita sint, non tamen in alios religiosorum ordines, quam quorum regulis primitus dicata sunt, commutentur: nisi talium religiosorum ordo plane interciderit. Tunc enim Magistratui Catholicorum liberum esto, ex alio in Germa-

nia ante dissidia Religionis exorta usitato ordine novos Religiosos substituere. In quibuscunque vero fundationibus, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis, hospitalibus ejusmodi mediatis Catholici & Augustanæ Confessioni addicti promiscue vixerunt, vivant etiam posthac promiscue numero prorsus eodem, qui die prima Januarii Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto ibidem repertus fuit, publicum etiam Religionis exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto Anno dieque usitatum fuit unius absque vel alterius partis, impedimento. In quibuscunque etiam fundationibus mediatis Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto die 1. Januarii Sacra Cæsarea Majestas primarias preces exercuit, exerceat eas & inposterum, ad modum circa bona immediata superius explicatum. Idem plane hic observetur de mensibus Papalibus, quod supra de iis §. quinto, dispositum est. Conferant etiam Archiepiscopi, & quibus aliis id juris competit, beneficia mensium extraordinariorum; quod si quoque Augustanæ Confessioni addicti in ejusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis dicto Anno dieque a Catholicis realiter, plene vel ex parte possessis jura præsentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hospitationis, servitiorum, operarum habuerunt: Item Parochos, Præpositos ibi aluerunt, jura ista illa sarta tectaque maneant. Etsi Electiones debito

tempore, modove non fiant præbendarum vacantium distributio & collatio in ejusdem religionis personas, cujus decedens fuit, ex jure devoluto ad eosdem pertineat, modo per hoc in istiusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis instituto Catholicæ Religionis nihil præjudicetur, ut Magistratui Catholicorum Ecclesiastico sua jura ex instituto ordinis in ipsos religiosos competentia, salva & illibata sint. Quibus, etiamsi Electiones aut collationes præbendarum vacantium debito tempore factæ non fuerint, Jus devolutum, salvum esto. Quod ad Oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsarea dispositum reperiatur, quod Electus Romanorum Imperator Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus immediatis Imperii ejusmodi oppignorationes confirmare atque illos in earundem tranquilla & quieta possessione defendere ac manutenere debeat, Conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum & Statuum aliter statutum fuerit, observandam esse, atque propterea Civitati Lindaw, nec non Weissenburgo in Noricis reddita sorte oppignorationes Imperiales ipsis ademtas, illico & plenarie restituendas.

27. Quæ vero bona Status Imperii sibi invicem pignoris jure ante hominis memoriam obligaverunt, in iis reluitioni aliter locus non detur, nisi possessorum exceptiones & merita causarum sufficienter examinentur. Quod si

bona

bona ejusmodi durante hoc bello vel absque prævia causæ cognitione, vel non soluta sorte ab aliquo occupata fuerint, una cum documentis statim plenarie prioribus possessoribus reddantur, & si sententia reluitioni locum concedat, inque rem judicatam transierit, atque sorte numerata restitutio subsecuta fuerit, Domino quidem directo liberum esse debet, in hujusmodi terras oppignoratas ad se reversas suæ Religionis exercitium publice introducere, incolæ tamen & subditi migrare, aut suam, quam sub priori possessore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deserere non cogantur, de publico vero suæ Religionis exercitio inter ipsos & reluentem Dominum directum transigatur.

28. X. Libera & immediata Imperii Nobilitas, omniaque & singula ejus membra una cum subditis & bonis suis feudalibus & allodialibus, nisi forte in quibusdam locis ratione bonorum & respectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur subjecti, vigore pacis religiosæ & præsentis conventionis in juribus religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus, idem jus habeant, quod supra dictis Electoribus, Principibus & Statibus competit, nec in iis sub quocunque prætextu impediantur aut turbentur. Turbati vero omnes omnino in integrum restituantur.

29. XI. Liberæ Imperii civitates prout omnes atque singulæ sub appellatione Statuum Imperii

rii non tantum in pace Religionis & præsenti ejusdem declaratione, sed & alias ubique indubitate continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus unica tantum Religio anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto in usu fuit, tam ratione juris reformandi, quam aliorum casuum Religionem concernentium in territoriis suis & respectu subditorum non minus ac intra muros & suburbia idem cum reliquis Statibus Imperii superioribus jus habeant, adeoque de istis generaliter disposita & conventa, de his quoque dicta & intellecta sunto, non attento in iis civitatibus, in quibus præter Augustanæ Confessionis exercitium nullum aliud a Magistratu & civibus juxta morem & statuta cujusque loci, anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis & Cœnobiis ibidem sitis, immediate vel mediate Imperio subjectis, inque eo statu, qui fuit die prima Januarii anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto, deinceps quoque cum Clero intra prædictum terminum non introducto & Civibus Catholicis pro tempore ibi existentibus, tam active, quam passive omnino relinquendis, Catholicæ Religionis exercitium vigeat. Ante omnia vero illæ civitates Imperiales, quæ sive uni, sive utrique Religioni addictæ (& inter has posteriores cum primis Au-

Augusta Vindelicorum, itemque Dunckelspühla, Biberacum, Ravenspurgum & Kauffbeura) ac anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto propter Religionem, vel bona Ecclesiastica ante, vel post Transactionem Passaviensem & insecutam Pacem Religiosam occupata & reformata, vel alias intuitu Religionis & Politicis quocunque modo sive extra, sive judicialiter aggravatæ sunt, in eum statum, in quo Calendis Januarii prædicti anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti tam in sacris, quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii superiores plenissime reponantur, inque eo, absque ulteriore turbatione, perinde atque illæ, quæ tum temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, usque ad amicabilem Religionum compositionem, conserventur. Neutrique partium alteram de Religionis suo exercitio, Ecclesiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas sit, sed cives pacifice & comiter invicem cohabitent, liberumque Religionis suæ & bonorum usum ultro citroque habeant, cassatis rerum judicatarum & transactarum, litispendentiarum, allisque §§. 2. & 9. enumeratis exceptionibus: Salvis tamen iis, quæ Politicorum ratione de Augusta Vindelicorum, Dunckelspühla, Biberaco & Ravenspurgo dicto §. 2. dispofita sunt.

30. XII. Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vasallos, Civitates, Fundatio-

tiones, Monasteria, Communitates & subditos, Statibus Imperii immediatis sive Ecclesiasticis sive secularibus subjectos, pertinet; Cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure Territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi, etiam jus reformandi exercitium Religionis competat, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si a Religione Domini territorii dissentiant, beneficium emigrandi concessum, insuper majoris concordiæ inter Status conservandæ causa, cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam Religionem pertrahere, eave causa in defensionem aut protractionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, Conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus observari, nullique statui immediato jus, quod ipsi ratione territorii & superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

31. Hoc tamen non obstante, Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui sive publicum sive privatum August. Confessionis Exercitium Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto quacunque anni parte, sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt. Cujusmodi annexa haben-

tur institutio Consiliorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus patronatus, aliaque similia jura, nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum, fundationum, monasteriorum, hospitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus & accessionibus. Et hæc omnia semper & ubique observentur eousque, donec de Religione Christiana vel universaliter, vel inter Status immediatos, eorumque subditos mutuo consensu aliter erit conventum, nec quisquam a quocunque ulla ratione aut via turbetur.

32. Turbati aut quocunque modo destituti vero, sine ulla exceptione in eum, quo anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto fuerunt Statum, plenarie restituantur. Idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto usum & exercitium Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.

33. Pacta autem, Transactiones, Conventiones aut Concessiones, quæ inter tales immediatos Imperii Status, eorumque Status provinciales & subditos supradictos de publico vel etiam privato exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando antehac intercesserunt, initæ & factæ sunt, eatenus ratæ & firmæ manento, quatenus observantiæ dicti

anni

anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti non adversantur, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat, non attentis, sed annihilatis omnibus anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti observantiæ, utpote quæ instar regulæ obtineat, contrariis latis sententiis, reversalibus, pactis, quibuscunque Transactionibus. Et inter alia, quæ Episcopus Hildesiensis & Duces Brunsvico-Luneburgenses de Religione ejusque Exercitio Statuum & Subditorum Episcopatus Hildesiensis nonnullis pactis Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio transegerunt. Excipiantur vero a dicto termino, & Catholicis reserventur novem Monasteria, in Episcopatu Hildesiensi sita, quibus Duces Brunsuicenses certis conditionibus eodem anno cesserunt.

34. Placuit porro, ut illi Catholicorum subditi Augustanæ Confessioni addicti ut & Catholici Augustanæ Confessionis Statuum subditi, qui Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto publicum vel etiam privatum Religionis suæ Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam a Territorii Domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerentur, & conscientia libera domi devotioni suæ, sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia vero ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ Religionis

Scho-

Scholis, aut privatis domi Præceptoribus instituendos committere non prohibeantur, sed ejusmodi Landsassii, Vasalli & Subditi in cæteris officium suum cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant.

35. Sive autem Catholici, sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec a mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis, elemosynis, aliisve juribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis, honoreve sepulturæ arceantur, aut quippiam pro exhibitione funeris a superstitibus exigatur, præter cujusque Parochialis Ecclesiæ Jura, pro demortuis pendi solita, sed in his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti.

36. Quod si vero subditus, qui nec publicum nec privatum suæ Religionis Exercitium Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto habuit, vel etiam, qui post publicatam Pacem Religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut a Territorii Domino jussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda libere & sine literis commeatus adire.

37. Conventum autem eſt, ut a territoriorum Dominis illis ſubditis, qui neque publicum, neque privatum Exercitium Religionis ſuæ dicto anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præſentis pacificationis, in unius vel alterius Religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium, alio emigrarunt, & facta Pace, in Patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis vero, qui poſt pacem publicatam Religionem mutant, non minor triennio, niſi tempus magis laxum & ſpacioſum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur: neque ſive voluntarie ſive coacte emigrantibus nativitatis, ingenuitatis, manumiſſionis, noti opificii, honeſtæ vitæ teſtimonia denegentur, aut iidem reverſalibus, inuſitatis vel decimationibus ſubſtantiæ ſecum exportatæ, plus æquo extenſis prægraventur, multo minus ſpontaneam ſuſcipientibus emigrationem ſervitutis aut ullo alio prætextu impedimentum inferatur.

38. XIII. Sileſii etiam Principes Auguſtanæ Confeſſioni addicti, Duces ſcil. in Brig, Lignitz, Münſterberg & Oels, itemque civitas Vratiſlavienſis in libero ſuorum ante bellum obtentorum jurium & privilegiorum, nec non Auguſtanæ Confeſſionis exercitio ex Gratia Cæſarea & Regia ipſis conceſſo manutenebuntur.

39. Quod

39. Quod vero ad Comites, Barones, Nobiles, eorumque subditos in reliquis Silesiæ Ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, tum etiam de præsenti in Austria inferiori degentes Comites, Barones & Nobiles attinet, quamvis Cæsareæ Majestatis jus reformandi Exercitium Religionis non minus, quam aliis Regibus & Principibus competat, tamen non quidem ex pacto juxta dispositionem præcedentis versiculi: Pacta autem, &c. sed ad interventionem Regiæ Majestatis Sueciæ, & in gratiam intercedentium Augustanæ Confessionis Statuum, permittit, ut ejusmodi Comites, Barones & Nobiles, illorum in prædictis Silesiæ Ducatibus subditi, ob professionem Augustanæ Confessionis loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confessionis Exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare, modo in reliquis tranquille & pacifice vivant, seque tales præstent, quales erga summum Principem decet. Si vero sua sponte emigrarint, & bona sua immobilia vendere vel nolint, vel commode non possint, liber iis aditus rerum suarum inspiciendarum & curandarum causa concessus esto.

40. Præter hæc autem, quæ supra de dictis Silesiæ Ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, disposita sunt, Sacra Cæsarea Majestas ulterius pollicetur, se illis, qui in his Ducatibus Augustanæ Confessioni

addicti sunt, pro hujus Confessionis Exercitio tres Ecclesias propriis eorum sumptibus extra civitates Sweinitz, Jaur & Glogaviam prope mœnia locis ad hoc commodis, jussu suæ Majestatis designandis, post pacem confectam ædificandas, quam primum id postulaverint, concessuram.

41. Et cum de majore Religionis libertate & exercitio in supra dictis & reliquis Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ Regnis & Provinciis concedendo in præsenti Tractatu varie actum sit, nec tamen ob Cæsareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conveniri potuerint, Regia Majestas Sueciæ & Augustanæ Confessionis ordines facultatem sibi reservant, eo nomine in proximis Comitiis aut alias apud suam Cæsaream Majestatem, pace tamen semper permanente, & exclusa omni violentia & hostilitate, ulterius respective amice interveniendi & demisse intercedendi.

42. XIV. A sola qualitate feudali vel subfeudali, sive a Regno Bohemiæ, sive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, sive aliunde procedant, jus reformandi non dependeat, sed feuda ista & subfeuda, nec non vasalli, subditi & bona Ecclesiastica in causis Religionis, & quicquid juris Dominus feudi prætendat, introduxerit, aut sibi arrogarit, ex Statu anni millesimi sexcentesimi vigesimi quar-

quarti, die prima Januarii perpetuo censeantur, quæ vel judicialiter vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur, & in pristinum Statum restituantur.

43. Territorii jure vel ante vel post terminum anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti controverso, donec super possessorio & petitorio cognoscatur & decidatur, & possessori præfati anni idem jus esto, quantum equidem ad publicum exercitium attinet. Subditi vero propter mutatam interim Religionem pendente territorii controversia migrare non cogantur. In iis locis ubi Catholici & August. Confess. Status ex æquo jure superioritatis fruuntur, tam ratione publici exerciti, quam aliarum rerum Religionem concernentium idem Status maneat, qui fuit anno dieque supradictis.

44. Sola criminalis jurisdictio Cent=Gericht, solumque jus gladii & retentionis, patronatus, filialitatis neque conjunctim neque divisim jus reformandi tribuunt. Quæ itaque hoc colore reformationes hucusque irrepserunt, pactisve intrusæ sunt, cassantor, gravati restituuntor, & in posterum ab ejusmodi penitus abstinetor.

45. XV. Ratione redituum cujuscunque generis ad bona Ecclesiastica eorumque possessores pertinentium ante omnia observetur id, quod in Pace Religionis §. Dagegen sollen die Stände der Augsp. Confess. &c. §. Alsdann

auch den Ständen der Alten Religion, &c. dispositum invenitur.

46. Illi vero reditus, census, decimæ, pensiones, quæ vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Augustanæ Confessionis ob immediatas vel mediatas fundationes Ecclesiasticas ante vel post pacem religiosam acquisitas e Catholicorum provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, die prima Januarii fuerunt, absque ulla exceptione solvantur. Si alicubi etiam Augustanæ Confessionis Status quædam protectionis, Advocatiæ, aperturæ, hospitationis, operarum aut alia jura in Catholicorum Ecclesiasticorum ditionibus & bonis sive intra, sive extra territorium sitis, legitimo usu aut concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, si quid ejusmodi ipsis circa bona Ecclesiastica Augustanæ Confessionis Statibus acquisita competit, omnes ex æquo jura sua pristina retineant, ita tamen, ut ne per usum ejusmodi jurium bonorum Ecclesiasticorum reditus nimium prægraventur & exhauriantur.

47. Reditus etiam, nec non decimæ, Canones & pensiones Augustanæ Confessionis Statibus, fundationibus jam destructis & collapsis ex alienis territoriis debitæ, iis exsolvantur, qui anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, die prima Januarii in possessione perceptionis vel quasi fuerunt, quæ vero ab

anno

anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto destructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum pensiones etiam in alienis territoriis Domino destructi Monasterii seu loci, in quo id situm fuit, exsolvantur. Quæ itidem fundationes die prima Januarii anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti in possessione vel quasi Juris decimandi e bonis novalibus in alieno Territorio fuerunt, sint etiam in posterum, nihil autem novi juris quæratur. Inter cæteros Status Imperii & subditos id juris esto, quod jus commune vel cujusque loci consvetudo & observantia de Decimis ex bonis novalibus constituunt, aut per pactiones voluntarias conventum est.

48. XVI. Jus Diœcesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa libera imperii Nobilitate,) eorumque subditos, tam inter Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis suspensa esto, & intra terminos Territorii cujusque jus Diœcesanum & Jurisdictio Ecclesiastica se contineat. Ad consequendos tamen reditus, census, decimas & pensiones in iis Augustanæ Confessionis Statuum ditionibus, ubi Catholici Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto notorie in possessione vel quasi exercitii jurisdi-

ctionis Ecclesiasticæ fuerunt, utantur eadem posthac quoque, sed non nisi in exigendis hisce pensionibus, nec procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem. Catholicorum Augustanæ Confessionis addicti Status provinciales & subditi, qui anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto Ecclesiasticam jurisdictionem agnoverunt, in iis casibus modo dictæ jurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis occasione processus nihil injungatur Augustanæ Confessioni vel conscientiæ repugnans. Eodem etiam jure Augustanæ Confessionis Magistratuum Catholici subditi censeantur, inque hos, qui Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto publicum Religionis Catholicæ exercitium habuerunt, Jus Diœcesanum, quatenus Episcopi illud dicto Anno quiete in eos exercuerunt, salvum esto.

49. In quibus Civitatibus vero Imperii mixtæ Religionis exercitium in usu est, Catholicis Episcopis contra cives Augustanæ Confessionis nulla sit jurisdictio, at Catholici juxta observantiam dicti anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti suo jure experiantur.

50. XVII. Utriusque Religionis Magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel

vel hanc inprimis sive declarationem sive transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat aut assertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum, publicatumve fuerit, irritum esto: sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem Religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitiis vel aliis Imperii Conventibus inter utriusque Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transigatur.

51. XVIII. In Conventibus Deputatorum Imperii Ordinariis, numerus ex utriusque Religionis Proceribus aequetur. De Personis autem vel Statibus Imperii adjungendis in Comitiis proximis statuatur, in horum Conventibus itemque Comitiis universalibus sive ex uno, sive duobus aut tribus Imperii Collegiis quacunque occasione aut ad quaecunque negotia deputandi veniant, aequetur Deputatorum numerus ex utriusque Religionis Proceribus. Ubi extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanae Confessionis Status versatur, soli eidem Religioni addicti deputentur, si inter Catholicos, soli Catholici, si inter Catholicos & Augustanae Confessionis Status, utriusque Religionis pari numero Commissarii denominentur & ordinentur. Placuit etiam, ut Commissarii quidem res a se gestas

referant, & vota subjungant, instar tamen sententiæ nihil definiant.

52. XIX. In caussis Religionis omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis & Augustanæ Confessionis Statibus in duas partes euntibus sola amicabilis compositio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate. Quod vero ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum res hæc in præsenti congressu decidi non potuerit, ad proxima Comitia remissa esto.

53. XX. Præterea cum ob enatas ex præsenti bello mutationes & alias causas de Judicio Cameræ Imperialis ad alium universis Imperii Statibus commodiorem locum transferendo, & Judicem, Præsides, Assessores, & quoscunque Justitiæ ministros, pares numero utriusque Religionis præsentando, sicut etiam de reliquis ad judicium Camerale spectantibus, quædam in medium allata fuerint, sed in præsenti congressu ob negotii gravitatem, non tam plene expediri queant, in proxime indicendis comitiis de his omnibus agi & conveniri deliberationesque de Reformatione Justitiæ in Deputatorum Imperii Conventu Francofurtensi habitæ, effectui dari, & si quæ in his desiderari videntur, suppleri & emendari debere, conventum est. Ne tamen res hæc prorsus in incerto maneat, placuit præter Judicem & quatuor Præsides, & quidem duos ho-

horum ex Auguſtana Confeſſione a ſola Cæſarea Majeſtate conſtituendos, numerum Aſſeſſorum Cameralium ad quinquaginta in univerſum adaugeri, ita ut Catholici computatis duobus Aſſeſſoribus Imperatoris præſentationi reſervatis, viginti ſex; Auguſtanæ Confeſſionis Status viginti quatuor Aſſeſſores præſentare poſſint, & teneantur, atque ex ſingulis circulis mixtæ Religionis, non tantum duos Catholicos, ſed etiam binos Auguſtanæ Confeſſioni addictos aſſumere & eligere fas ſit, cæteris ad judicium Camerale pertinentibus, ut dictum eſt, ad proxima Comitia rejectis.

54. Ac proinde circuli de præſentandis mature in locum demortuorum novis ad Camerale Judicium Aſſeſſoribus, ſecundum Schema ſubſequens admoneantur. Catholici etiam ſuo tempore de ordine præſentandi convenient, Cæſareaque Majeſtas mandabit, ut non ſolum in iſto judicio Camerali cauſæ Eccleſiaſticæ, ut & Politicæ inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Status vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interveniens Auguſtanæ Confeſſionis Status erit, & viciſſim quando Auguſtanæ Confeſſionis Statibus contra ejusdem Confeſſionis Status litigantibus tertius interveniens erit Catholicus, adlectis ex utraq; Religione pari numero Aſſeſſoribus, diſcutiantur & judicentur, ſed idem etiam in Judicio Aulico

lico obſervetur, huicque fini aliquot Augustanæ Confeſſionis doctos & rerum Imperii peritos viros ex iis Imperii circulis, ubi vel ſola Auguſtana Confeſſio, vel ſimul etiam Catholica viget Religio, adſciſcat, eo quidem numero, ut eveniente caſu pariter Judicantium ex utraque Religione Aſſeſſorum obſervari poſſit. Idem quoque quoad paritatem Aſſeſſorum obſervetur, quoties Auguſtanæ Confeſſionis Status immediatus a mediato Catholico, vel immediatus Catholicus a mediato Aug. Conf. Statu Judicio convenitur.

55. Quoad Proceſſum Judiciarium Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Judicio Aulico ſervabitur per omnia, tum ut ne partes ibidem litigantes omni remedio ſuſpenſivo deſtituantur, loco Reviſionis in Camera uſitatæ licitum eſt, parti gravatæ a ſententia in Judicio Aulico lata ad Cæſaream Majeſtatem ſupplicare, ut acta judicialia denuo adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutriq; partium addictis ex utraque Religione æquali numero Conſiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori ſententiæ non interfuerint, aut certe referentium & Correferentium partes non ſuſtinuerint, revideantur, liberumque ſit ſuæ Majeſtati in cauſis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri poſſent, inſuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum ſententias & vota requirere.

56. Viſitatio Conſilii Aulici fiat ab Electore Mo-

Moguntino toties, quoties opus fuerit, observatis iis, quæ in proximis Comitiis de communi Statuum placito observanda esse videbuntur, si quæ vero dubia circa interpretationem constitutionum ac recessuum Imperii publicorum occurrunt, aut in dijudicandis caussis Ecclesiasticis vel Politicis inter partes supra expressas vertentibus, ex paritate Assessorum utriusque Religionis, postquam in pleno etiam Senatu, pari tamen semper utrinque Judicantium numero examinata fuerint, contrariæ oriantur sententiæ, Catholicis quidem in unam, Augustanæ vero Confessionis Assessoribus in aliam abeuntibus, remittuntur ad Comitia Imperii Universalia. Sin autem duo pluresve Catholici cum uno aut altero Augustanæ Confessionis Assessore, & vicissim unam, reliqui vero totidem numero, quamvis Religione dispares, alteram amplexi fuerint sententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc casu juxta ordinationem Cameræ lis terminabitur, ulteriori remissione ad Comitia cessante. Et hæc omnia in caussis Statuum, comprehensa immediata Imperii Nobilitate, sive actores illi, sive rei, sive intervenientes fuerint, observentur. Si vero inter mediatos vel actor, vel reus vel tertius interveniens fuerit August. Confess. & paritatem judicantium ex utriusque Religionis Assessoribus postulaverit, adhibeantur pares: Eveniente autem tunc votorum paritate, cesset remissio ad Comitia, & lis juxta ordinationem Cameræ terminetur.

Cæte-

Cætera in aulico non minus quam in Cameræ Imp. judicio privilegium primæ Inſtantiæ, Auſtregarum Jura, & Privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata ſunto, nec per mandata aut commiſſiones, aut avocationes, aut quovis alio modo turbantor. Denique cum etiam de abolendis curia Imperiali Rotwilæ, judiciis provincialibus Sveviæ & aliis hinc inde per Imperium hactenus uſitatis, mentio injecta fuerit, resque hæc gravioris viſa ſit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitia remiſſa eſto.

57. Aſſeſſores Auguſtanæ Confeſſionis præſententur ab

Electore Saxonico Brandenburgico Palatino	}	6.
Circulo Superiori Sax. - 4. Inferiori Sax. - 4.	}	1. alternando per hos duos circulos.

Circuli Franconici Statibus.

Auguſtanæ Confeſſ. - - 2. Suevici - - - - - 2. Superioris Rhenani - - 2. Weſtphalici - - - 2.	}	1. alternando per hos quatuor Circulos.

58. Et quamvis ſub ſchemate nulla fiat mentio Statuum Imperii Auguſt. Confeſſionis, qui ſub Circulo Bavarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipſis præjudicetur, ſed ſalva maneant horum jura, privilegia & libertates.

ARTI-

ARTICULUS VI.

1. Cum item Cæsarea Majestas ad querelas nomine Civitatis Basiliensis & universæHelvetiæ coram ipsiusPlenipotentiariis ad præsentes congressus deputatis propositas super nonnullis processibus & mandatis executivis, aCamera Imperiali contra dictam civitatem, aliosque Helvetiorum unitos Cantones, eorumque cives & subditos emanatis, requisita Ordinum Imperii sententia & consilio, singulari decreto die 14.MensisMaji,anno proxime præterito declaraverit,prædictam civitatemBasileam,cæterosque Helvetiorum Cantones in possessione vel quasi plenæ libertatis & exemptionis abImperio esse, ac nullatenus ejusdem Imperii dicasteriis & judiciis subjectos, placuit hoc idem publicæ huic Pacificationis Conventioni inserere, ratumque & firmum manere,atque idcirco ejusmodi Processus una cum Arrestis eorum occasione quandocunque decretis prorsus cassos & irritos esse debere.

ARTICULUS VII.

1. Unanimi quoque Cæsareæ Majestatis, omniumque Ordinum Imperii consensu,placuit, ut quicquid juris aut beneficii, cum omnes aliæ Constitutiones Imperii, tum Pax Religionis & publica hæc Transactio, in eaque decisio Gravaminum cæteris Catholicis, & August. Confessionis addictis Statibus & subditis tribuunt, id

id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat. Salvis tamen semper Statuum, qui Protestantes nuncupantur, inter se & cum subditis suis conventis pactis, privilegiis, reversalibus & dispositionibus aliis, quibus de Religione ejusque exercitio & inde dependentibus, cujusque loci Statibus & subditis hucusque provisum est, salva itidem cujusque conscientiæ libertate. Quoniam vero controversiæ Religionis, quæ inter modo dictos Protestantes vertuntur, hactenus non fuerunt compositæ, sed ulteriori compositioni reservatæ sunt, adeoque illi duas partes constituant, ideo de jure reformandi inter utramque ita conventum est, ut si aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus, vel alicujus Ecclesiæ Patronus, posthac ad alterius partis sacra transierit, aut Principatum, aut ditionem, ubi alterius partis sacra exercitio publico de præsenti vigent, seu jure successionis, seu vigore præsentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipsi quidem Concionatores Aulicos suæ Confessionis citra subditorum onus aut præjudicium secum atque in Residentia sua habere liceat, at fas ei non sit vel publicum Religionis Exercitium, leges aut constitutiones Ecclesiasticas, hactenus ibi receptas, immutare, vel templa, scholas, hospitalia, aut eo pertinentes reditus, pensiones, stipendia, prioribus adimere, suorumque sacrorum hominibus

nibus applicare, vel juris territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu subditis Ministros alterius Confessionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius sacris afferre: Et ut hæc conventio firmius observetur, liceat hoc mutationis casu ipsis communitatibus præsentare, vel quæ præsentandi jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Ecclesiarum Ministros a publico loci Consistorio & Ministerio, si ejusdem cum præsentantibus vel nominantibus Communibus sunt religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipsæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque a Principe vel Domino postea sine recusatione confirmandos.

2. Si vero aliqua communitas eveniente mutationis casu Domini sui Religionem amplexa petierit suo sumptu exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus est, liberum esto, sine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere a successoribus non auferendum. At Consistoriales Sacrorum Visitatores, Professores Scholarum & Academiarum, Theologiæ & Philosophiæ non nisi eidem Religioni addicti sint, quæ hoc tempore quolibet in loco publice recepta est. Sicut autem supra dicta omnia de mutationibus futuris intelligenda sunt, ita Juribus Principum Anhaltinorum & similium, quæ ipsis competunt, nullum adferant præjudicium.

Sed præter Religiones ſupra nominatas nulla alia in ſacro Imperio Romano recipiatur vel toleretur.

ARTICULUS VIII.

1. Ut autem proviſum ſit, ne poſthac in ſtatu Politico controverſiæ ſuboriantur, omnes & ſinguli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis ſuis Juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam in Eccleſiaſticis quam Politicis exercitio, ditionibus, Regalibus, horumque omnium poſſeſſione, vigore hujus transactionis ita ſtabiliti firmatique ſunto, ut a nullo unquam ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint vel debeant.

2. Gaudeant ſine contradictione jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, præſertim ubi leges ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, nova munimenta, intra Statuum ditiones exſtruenda nomine publico, veterave firmanda præſidiis, nec non ubi Pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam ſimile poſt hac unquam fiat vel admittatur, niſi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu, cumprimis vero jus faciendi inter ſe & cum exteris fœdera, pro ſua cujusque conſervatione ac ſecuritate ſingulis Statibus

perpe-

perpetuo liberum esto, ita tamen, ne ejusmodi fœdera sint contra Imperatorem & imperium pacemque ejus publicam, vel hanc inprimis transactionem, fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est.

3. Habeantur autem Comitia Imperii intra sex menses a dato ratificatæ Pacis, postea vero, quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis vero Comitiis emendentur inprimis anteriorum conventuum defectus: ac tum quoque de electione Romanorum Regum, certa constantique Cæsarea Capitulatione concipienda, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in Constitutionibus Imperii descriptus est, tenendo, redintegrandis Circulis, renovanda matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remissione Imperii collectarum, reformatione Politiæ & Justitiæ, taxæ sportularum in judicio Camerali, ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere Directorum in Imperii collegiis & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverant, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur.

4. Tam in universalibus vero, quam particularibus Diætis, liberis Imperii Civitatibus, non minus quam cæteris Statibus Imperii competat votum decisivum, iisque rata & intacta

maneant regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi, & inde dependentia aliaque jura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio cassatis, annullatis & in futurum prohibitis iis, quæ per repressalias, arresta, viarum occlusiones, & alios actus præjudiciales, sive durante bello quocunque prætextu contrarium facta & propria authoritate hucusque attentata sunt, sive dehinc, nullo præcedente legitimo juris & executionis ordine fieri attentative poterunt. De cætero omnes laudabiles consuetudines & sacri Romani Imperii Constitutiones & leges fundamentales imposterum religiose serventur, sublatis omnibus, quæ bellicorum temporum injuria irrepserant, confusionibus.

5. De indaganda aliqua ratione & modo æquitati conveniente, qui persecutiones actionum contra debitores ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio usurarum cursu aggravatos, moderate terminari, indeque nascituris majoribus incommodis etiam tranquillitati publicæ noxiis obviam iri possit. Cæsarea Majestas curabit exquiri tam Judicii aulici, quam Cameralis vota & consilia, quæ in futuris Comitiis proponi, & in constitutionem certam redigi possint, interea tamen temporis in hujusmodi causis ad Judicia cum sum-

summa Imperii, tum singularia Statuum delatis, circumstantiæ a partibus allegatæ bene ponderentur, ac nemo executionibus immoderatis prægravetur, sed hæc omnia Holsatiæ constitutione salva & illæsa.

ARTICULUS IX.

1. Et quia publice interest, ut facta pace commercia vicissim reflorescant, ideo conventum est, ut quæ eorum præjudicio & contra utilitatem publicam hinc inde per Imperium belli occasione, noviter propria authoritate contra jura, privilegia, & sine consensu Imperatoris, atque Electorum Imperii invecta sunt vectigalia & telonia, ut & abusus Bullæ Brabantinæ, indeque natæ repressaliæ & arresta, cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata Postarum omniaque alia inusitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur, & provinciis, portubus, fluminibus quibuscunque sua pristina securitas, Jurisdictio & usus prout ante hos motus bellicos, a pluribus retro annis fuit, restituantur, & inviolabiliter conserventur.

2. Territoriorum, quæ flumina alluunt, & aliorum quocunque Juribus ac Privilegiis, ut & teloniis ab Imperatore de consensu Electorum cum aliis, tum etiam Comiti Oldenburgensi in Visurgi concessis, aut usu diutur-

no introductis, in pleno suo vigore manentibus & executioni mandandis, tum ut plena sit Commerciorum libertas & transitus ubique locorum terra marique tutus, adeoque ea omnibus & singulis utriusque partis foederatorum Vasallis, Subditis, Clientibus & Incolis, eundi, negotiandi, redeundique potestas data sit, virtuteque praesentium concessa intelligatur, quae unicuique ante Germaniae motus passim competebat, quos etiam Magistratus utrinque contra injustas oppressiones & violentas instar propriorum subditorum defendere ac protegere teneantur, hac conventione & jure legeque cujusque loci per omnia salvis.

ARTICULUS X.

1. Porro quoniam Serenissima Regina Sueciae postulaverat, ut sibi pro locorum hoc bello occupatorum restitutione satisfieret, pacique publicae in Imperio restaurandae condigne prospiceretur. Ideo Caesarea Majestas de consensu Electorum, Principum & Statuum Imperii cumprimis Interessatorum, vigoreque praesentis transactionis concedit eidem Serenissimae Reginae Sueciae & futuris ejus haeredibus ac successoribus Regibus Regnoque Sueciae sequentes ditiones pleno jure in perpetuum & immediatum Imperii feudum.

2. Primo, totam Pomeraniam citeriorem, vulgo Vor-Pommern dictam una cum Insula Rügia,

Rügia, iis finibus contentas, quibus sub ultimis Pomeraniæ Ducibus descriptæ fuerant; Ad hæc e Pomerania ulteriori Stetinum, Gartz, Dam, Golnau & Insulam Wollin, una cum interlabente Odera & mari, vulgo das frische Haff vocato, suisque tribus ostiis, Pein, Swine & Dievenow atque adjiciente utrinque terra ab initio Territorii Regii usque in mare Balthicum, ea latitudine littoris orientalis, de qua inter Regios & Electorales Commissarios circa exactiorem limitum & cæterorum minutiorum definitionem amicabiliter convenientur.

3. Hunc Ducatum Pomeraniæ, Rugiæque Principatum una cum ditionibus, locisque annexis, omnibusque & singulis ad ea pertinentibus territoriis, præfecturis, urbibus, castellis, oppidis, vicis, pagis, hominibus, feudis, fluminibus, insulis, lacubus, littoribus, portubus, stationibus, antiquis vectigalibus & reditibus, & quibuscunque aliis Ecclesiasticis & secularibus bonis, nec non titulis, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus & prærogativis, cæterisque omnibus & singulis Ecclesiasticis & secularibus juribus ac privilegiis, quibus antecessores Pomeraniæ Duces ea habuerant, incoluerant & rexerant, Regia Majestas, Regnumque Sueciæ ab hoc die in perpetuum pro hæreditario feudo habeat, possideat, iisque libere utatur, & inviolabiliter fruatur.

4. Quicquid etiam juris in collatione Prælaturarum & præbendarum capituli Caminensis ante hac habuerunt Duces Pomeranniæ citerioris; habeat imposterum Regia Majestas Regnumquæ Sueciæ perpetuo, cum potestate eas extinguendi, reditusque mensæ Ducali post modernorum Canonicorũ & Capitularium decessum, applicandi, quicquid autem ulterioris Pomeraniæ Ducibus commpetierat, competat Domino Electori Brandenburgico una cum integro Episcopatu Caminensi, ejusque territoriis, juribus, & dignitatibus prout infra pluribus explicatur. Titulis & insigniis Pomeraniæ tam Regia Domus, quam Brandenburgica promiscue utantur more inter priores Pomeraniæ Duces usitato. Regia quidem perpetuo; Brandenburgica vero, quamdiu ullus e masculina linea superfuerit. Absque tamen Rugiæ Principatu, omnique alia prætensione, ullius juris in loca Regno Sueciæ cessa; Deficiente vero linea masculina Domus Brandenburgicæ omnes præter Sueciam alii titulis & insigniis Pomeranicis abstinebunt: atque tunc quoque ulterior Pomerania tota cum citeriori Pomerania totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus antecessorum juribus & expectantiis consolidata, ad solos Reges Regnumque Sueciæ perpetuo pertinebunt, spe interim successionis & investitura simultanea gavisuros, ita ut etiam Ordinibus subditisque dicto-

dictorum locorum pro homagii præstatione solito more caveant.

5. Dominus Elector Brandenburgicus, cæterique omnes intereſſati, exſolvunt Ordines, Officiales, & ſubditos ſingulorum ſupradictorum locorum vinculis & ſacramentis, quibus hucusque ſibi, ſuisque Domibus obſtricti fuerant, eosque ad homagium & obſequia Regiæ Majeſtati, Regnoque Sueciæ more ſolito præſtandum remittunt: Atque ita Sueciam in plena juſtaque eorum poſſeſſione conſtituunt, renunciantes omnibus in ea prætenſionibus ex nunc in perpetuum: idque pro ſe ſuisque poſteris peculiari diplomate hic confirmabunt.

6. Secundo, Imperator de conſenſu totius Imperii concedit etiam Sereniſſimæ Reginæ ejusque hæredibus ac ſucceſſoribus Regibus, Regnoque Sueciæ, in perpetuum & immediatum Imperii feudum, civitatem portumque Wiſmarienſem, una cum fortalitio Walfiſch & Præfecturis Poël, (exceptis pagis, Seedorff, Weidendorff, Brandenhauſen & Wangern, ad hoſpitale Sancti Spiritus, in urbe Lubeca pertinentibus) & Neuenkloſter, omnibusque juribus & appertinentiis, quibus ea Duces Megapolitani hucusque habuerant: ita ut dicta loca, totusque portus cum terris utriusque lateris ab urbe in mare Balthicum liberæ diſpoſitioni ſuæ Majeſtatis ſubſit, poſſitque ea munimentis & præſidiis pro lubitu & exigen-

tia circumſtantiarum, ſuis tamen propriis ſumptibus firmare, ibique ſemper pro ſuis navibus, claſſeque tutum ſecurumque receptum ac ſtationem habere iisque de cætero uti, fruique eo jure, quod ipſi in cætera ſua Imperialia feuda competit; Ita tamen, ut civitati Wiſmarienſi privilegia ſua ſint ſalva, ejusque commercia protectione, favoreque Regio omni meliori modo promoveantur.

7. Tertio, Imperator de conſenſu totius Imperii concedit etiam vigore præſentis transactionis Sereniſſimæ Reginæ ejusque heredibus ac Succeſſoribus Regibus, Regnoque Sueciæ Archiepiſcopatum Bremenſem & Epiſcopatum Verdenſem, cum oppido Præfectura, Wilshuſen, omnique jure quod ultimis Archiepiſcopis Bremenſibus competierat in capitulum & Diœceſin Hamburgenſem (ſalvis tamen Domui Holſaticæ, ut & Civitati, Capituloque Hamburgenſi ſuis reſpective Juribus, Privilegiis, libertate, pactis & poſſeſſione ſtatuque præſenti, per omnia, ita ut quatuordecim illi pagi in Præfecturis Holſaticis Trittovienſi & Rheinbeccenſi, pro moderno annuo Canone, Domino Friderico Duci Holſatiæ Gottorpienſi & illius poſteris in perpetuum maneant,) cum omnibus & ſingulis ad eos pertinentibus ubicunque ſita ſunt, eccleſiaſticis & ſæcularibus bonis, & juribus quocunque nomine vocatis, terra marique in perpetuum & immediatum Imperii feudum, ſub ſolitis quidem

dem insigniis, sed titulo Ducatus: cessante Capitulorum, cæterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum eligendi & postulandi, omnique alio jure, administratione & gubernatione terrarum ad hos Ducatus pertinentium.

8. Civitati vero Bremensi, ejusque territorio & subditis præsens suus status, libertas, jura & privilegia in Ecclesiasticis & Politicis sine impetitione relinquantur. Si quæ autem ipsi cum Episcopatu seu Ducatu aut Capitulis sint aut imposterum enascantur controversiæ, eæ vel componantur amicabiliter, vel jure terminentur, salva interim cuique parti sua, quam obtinet, possessione.

9. Quarto, ratione supradictarum omnium ditionum feudorumque Imperator cum Imperio cooptat, Serenissimam Regiam Regnique Sueciæ successores in immediatum Imperii Statum, ita ut ad Imperii Comitia inter alios Imperii Status Regina quoque Regesque Sueciæ sub titulo Ducis Bremensis, Verdensis & Pomeraniæ, ut & Rugiæ Principis Dominique Wismariæ, citari debeant, assignata eis sessione in Conventibus Imperialibus in Collegio Principum scamno seculari, loco quinto; voto quidem Bremensi hoc ipso loco & ordine, Verdensi vero & Pomerano, ordine antiquitus prioribus possessoribus competenti explicando.

10. In Circulo autem Superioris Saxoniæ proxime ante Duces Pomeraniæ ulterioris: In Circulis Westphaliæ & inferioris Saxoniæ loco

loco moreque recepto, ita ut inter Magdeburgensem & Bremensem Circuli Inferioris Saxoniæ Directorium alternetur; salvo tamen Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium Condirectorii jure.

11. Ad conventus autem Deputatorum Imperii, tam Regia Majestas, quam Dominus Elector, suos pro more solito mittant. Cum autem utrique Pomeraniæ unum tantum votum in iis competat, a Regia Majestate, communicato prius consilio cum dicto Electore, id semper feratur.

12. Deinde, concedit eis in omnibus & singulis dictis feudis privilegium de non appellando, sed hoc ita, ut summum aliquod Tribunal seu appellationis instantiam commodo in Germaniæ loco constituat, eique idoneas præficiat personas, quæ unicuique jus & justitiam secundum Imperii Constitutiones & cujusque loci Statuta, absque ulteriori provocatione causarumve avocatione administrent. E contra vero si contigerit, ipsos tanquam Duces Bremenses, Verdenses aut Pomeraniæ vel etiam ut Principes Rugiæ aut Dominos Wismariæ ex causa dictas ditiones concernente, ab aliquo legitime conveniri, Cæsarea Majestas liberum eis relinquit, ut pro sua commoditate forum eligant, vel in Aula Cæsarea vel Camera Imperiali, ubi actionem intentatam excipere velint, Teneantur tamen intra tres menses a die denunciatæ litis sese declarare, coram quo judicio se sistere velint.

13.

13. Præterea concedit eidem Regiæ Majestati Sueciæ jus erigendi Academiam vel Universitatem, ubi quandoque ei commodum visum fuerit. Ad hæc concedit eidem moderna vectigalia (vulgo Licenten vocata) ad littora, portusque Pomeraniæ & Megapoleos, jure perpetuo, sed ad eam taxæ moderationem reducenda, ne commercia in iis locis intercidant.

14. Exsolvit denique Status, Magistratus, Officiales & subditos dictarum respective ditionum, feudorumque omnibus vinculis & sacramentis, quibus prioribus Dominis & possessoribus aut prætendentibus hucusque obstricti fuerant, eosque ad subjectionem, obedientiam, & fidelitatem Regiæ Majestati Regnoque Sueciæ, ceu ab hoc die, hæreditario suo Domino, præstandum remittit obligatque, atque ita Sueciam in plena, justaque eorum possessione constituit, verbo Imperiali promittens, se non solum modernæ Reginæ, sed & omnibus futuris Regibus, Regnoque Sueciæ ratione dictarum ditionum, bonorum juriumque concessorum, securitatem præstiturum, eosque sicut cæteros Imperii Status in eorum possessione quieta contra quemcunque inviolabiliter conservaturum & manutenturum; atque hæc omnia peculiaribus Investiturarum literis omni meliori modo confirmaturum.

15. Vicissim Serenissima Regina & futuri Re-

ges Regnumque Sueciæ, dicta feuda omnia & singula a Cæsarea Majestate & Imperio recognoscant: eoque nomine, quoties casus evenerit, investiturarum renovationes decenter petant, juramentum fidelitatis, eique annexa, sicut Antecessores, similesque Imperii Vasalli, præstando.

16. De cætero Ordinibus & subditis dictarum ditionum locorumque, nominatim Stralsundensibus, competentem eorum libertatem, bona jura & privilegia communia & peculiaria legitime acquisita, vel longo usu obtenta, cum libero Evangelicæ Religionis exercitio juxta invariatam Augustanam Confessionem perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præstationem more solito confirmabunt. Interque eos Civitatibus Anseaticis, eam navigationis & commerciorum libertatem, tam in exteris Regnis, Rebuspublicis, & Provinciis quam in Imperio integram conservabunt, quam ibi ad præsens usque bellum habuerunt.

ARTICULUS XI.

1. Pro æquivalente autem recompensatione Electori Brandenburgico Domino Friderico Wilhelmo, quod ad promovendam pacem universalem juribus suis in Pomeraniam citeriorem & Rugiam, una cum ditionibus locisque supra annexis cesserit, præstanda eidem, ejusdemque posteris & successoribus hæredibus atque

atque agnatis masculis, cumprimis DD. Marchionibus Christiano Wilhelmo, olim Administratori Archiepiscopatus Magdeburgensis, item Curistiano Culmbacensi & Alberto Onoltzbacensi eorundemque successoribus & hæredibus masculis, statim ac Pax cum utroque Regno & Statibus Imperii composita & ratificata fuerit, a Sacra Cæsarea Majestate de consensu Statuum Imperii & præcipue interessatorum, tradatur Episcopatus Halberstadiensis, cum omnibus Juribus, Privilegiis, Regalibus, territoriis & bonis sæcularibus & Ecclesiasticis quocunque nomine vocatis, nullo excepto, in perpetuum & immediatum feudum: Constituatur item Dominus Elector statim in possessione ejusdem quieta & reali, eoque nomine Sessionem & votum in Comitiis Imperii & Circulo inferioris Saxoniæ habeat. Religionem autem & bona Ecclesiastica in eo Statu relinquat, quemadmodum per Dominum Archiducem Leopoldum Guilielmum inita cum Capitulo Cathedrali pactione ordinata fuerant. Ita tamen, ut nihilominus Episcopatus Domino Electori, totique suæ Domui & agnatis masculis, supra nominatis, cum eorum successoribus & heredibus masculis, ordine, quo sibi invicem succedent, hereditarius maneat, atque Capitulo nullum jus in eligendo & postulando, vel etiam regimine Episcopatus, & iis qui eo pertinent, reliquum sit, sed modo dictus Dominus Elector, & juxta ordinem

dinem successorium reliqui supra nominati, ea potestate in hoc Episcopatu utantur, qua reliqui Principes Imperii in suis territoriis utuntur. Liceatque quartam partem Canonicatuum (excepta Præpositura in hanc computationem non numeranda) decedentibus successu temporis modernis eorum possessoribus, Augustanæ Confessioni addictis, extinguere, eorumque reditus mensæ Episcopali incorporare. Quod si tot Canonici Augustanæ Confessionis non sint, qui quartam partem totius corporis Canonicorum dempto Præposito, conficiant, numerus suppleatur ex Catholicorum decedentium beneficiis.

2. Cum etiam Comitatus Hohensteinensis pro ea parte, qua feudum est Episcopatus Halberstadiensis, consistens in duabus Dynastiis sive Præfecturis Lora & Klettenberg & quibusdam oppidis una cum eo pertinentibus bonis & juribus, post ultimo defunctum Comitem hujus familiæ eidem Episcopatui applicatus, atque a Domino Archiduce Leopoldo Guilielmo, tanquam Episcopo Halberstadiensi hactenus possessus fuerit, hunc eundem Comitatum porro quoque penes istum Episcopatum irrevocabiliter permanere placuit, adeo ut Domino Electori tanquam hereditario possessori jam dicti Episcopatus Halberstadiensis de memorato Comitatu disponendi libera facultas esse debeat, non obstante, nec vigorem habente ulla contradictione, quæ a quoquam in contrarium moveri possit.

3. Te-

3. Teneatur item Dominus Elector Comitem a Tattenbach in possessione Comitatus Rheinstein conservare, eidemque investituram a Domino Archiduce de consensu Capituli concessam, renovare.

4. Eidem Domino Electori pro se & successoribus suis supra scriptis tradatur Episcopatus Mindanus cum omnibus juribus & appertinentiis, pari ratione, ut ante memoratus Episcopatus Halberstadiensis, in feudum perpetuum a Sacra Cæsarea Majestate de consensu Statuum Imperii, statimque post conclusam & ratificatam hanc pacificationem Dominus Elector pro se, & successoribus suis in possessione ejusdem quieta & reali constituatur, eoque nomine sessionem & votum in Comitiis Imperii universalibus & singularibus, ut & Circuli Westphalici, obtineat. Salvis tamen Civitati Mindensi suis Regaliis & juribus in sacris & profanis cum mero & mixto Imperio in criminalibus & civilibus, præsertim jure districtus, ejusque jurisdictionis exercitio concesso, & pro nunc apprehenso aliisque usibus, immunitatibus & privilegiis circa pristina jura ipsis legitime competentibus; Ita tamen ut pagi & villæ domusque ad Principem, Capitulum, totumque Clerum & Equestrem Ordinem pertinentes & respective in districtu & intra mœnia civitatis sitæ, omnino excipiantur, & de cætero jus Principis & Capituli inviolatum maneat.

5. Dicto Domino Electori & successoribus suis Episcopatus quoque Caminensis in feudum perpetuum ab Imperatore & Imperio concedatur, eodem plane jure & modo, ut supra de Episcopatu Halberstadiensi & Mindano dispositum est, sed cum hoc tamen discrimine, ut in Episcopatu Caminensi integrum sit Domino Electori Canonicatus post decessum præsentium Canonicorum extinguere, atque sic successu temporis totum Episcopatum ulteriori Pomeraniæ adjungere seu incorporare.

6. Similiter concedatur Domino Electori expectantia in Archiepiscopatum Magdeburgensem, ita quidem, ut quandocunque eundem morte aut successione in Electoratu, vel quacunque alia successione præsentis Administratoris Domini Augusti Ducis Saxoniæ vacare contigerit, totus iste Archiepiscopatus cum omnibus eo pertinentibus territoriis, regalibus & juribus, prout supra de Episcopatu Halberstadiensi dispositum est, Domino Electori, suisque Posteris & Successoribus heredibus & agnatis masculis, non obstante ulla electione aut postulatione interea temporis, sive clam sive palam facta, tradatur & conferatur in feudum perpetuum, sitque eidem vel iisdem jus authoritate propria vacantem apprehendendi possessionem.

7. Interea autem teneantur Capitulum una cum Ordinibus & subditis dicti Archiepiscopa-

tus

tus statim conclusa pace prædicto Domino Electori & toti Domui Electorali pro se, atque omnibus in ea successoribus, & heredibus atque agnatis masculis se sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum obstringere.

8. Civitati vero Magdeburgensi pristina sua libertas & privilegium Ottonis I. die septimo Junii Anno nongentesimo quadragesimo, quod etiam temporum injuria deperditum ad preces ejusdem humiliter porrigendas, a Sacra Cæsarea Majestate renovabitur, tum etiam privilegium muniendi & fortificandi ab Imperatore Ferdinando II. concessum, quod cum omnimoda jurisdictione & proprietate ad quadrantem milliaris Germanici extendatur, sicut & reliqua illius Privilegia & Jura in Ecclesiasticis & Politicis salva & inviolata maneant, cum inserta clausula, quod in præjudicium Civitatis reædificari non debeant suburbia.

9. Cæterum quod ad quatuor Dynastias seu Præfecturas Querfurt, Jüterbock, Dam & Borck attinet, cum illæ jam olim Domino Electori Saxoniæ traditæ sint, in ejusdem quoque ditione permaneant in perpetuum, cum hac tamen reservatione, ut quæ hactenus ratione earundem ad collectas Imperii & Circuli contributa fuit quota, a dicto Domino Electore Saxoniæ inposterum exsolvatur, eaque Archi-Episcopatui dematur, & hujus rei

ratione expressa fiat provisio in matricula Imperii & Circuli. Ut autem inde causata imminutio redituum Cameralium, & ad mensam Archiepiscopalem pertinentium, aliquatenus resarciatur, jam dicto Electori Brandenburgico & Successoribus suis non solum statim post conclusam Pacem Præfectura Eglen, quæ alias ad Capitulum spectabat, pleno jure possidenda & fruenda tradatur, cassato processu a Comitibus de Barby aliquot abhinc annis desuper moto; sed etiam facultas sit, obtenta Archiepiscopatus possessione quartam partem Canonicatuum Cathedralium, illis decedentibus extinguendi, eorumque reditus Cameræ Archiepiscopali applicandi.

10. Quæ vero debita a præsente Domino Administratore Augusto Duce Saxoniæ hactenus contracta sunt, ex reditibus Archiepiscopalibus, existente modis supradictis casu vacantiæ & devolutionis dicti Archiepiscopatus ad Dominum Electorem Brandenburgicum & Successores suos neutiquam dissolvantur, neque integrum sit dicto Domino Administratori posthac novis debitis, oppignorationibus & alienationibus sæpe dictum Archiepiscopatum in præjudicium Domini Electoris ejusque successorum, hæredum atque agnatorum masculorum quoquo modo onerare.

11. In his vero Domini Electoris Archiepiscopatibus de cætero salva maneant Ordinibus & subditis competentia eorum Jura & Privile-

vilegia, cumprimis invariatæ Auguſtanæ Confeſſionis Exercitium, quale nunc ibi viget, nec minus locum habeant ea, quæ in puncto Gravaminum inter utriusque Religionis Status & Ordines Imperii transacta & conventa ſunt, quatenus ſcilicet non adverſantur illi diſpoſitioni, quæ ſupra in Articulo quinto de Gravaminibus §. 8. continetur, incipiente: Qui Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & aliæ fundationes atque bona Eccleſiaſtica &c. & finiente: ſubjecta manento, &c. utpote quem æque hic valere debere, ac ſi verbotenus inſertus eſſet, & ſupra dictos Archiepiſcopatum & Epiſcopatus hæreditario & immutabili jure apud Dominum Electorem atque Domum Brandenburgicam, omnesque in ea ſucceſſores, hæredes & agnatos in perpetuum plane, ut de reliquis terris ipſorum hæreditariis juris eſt, permanere oportet. Ratione tituli autem conventum eſt, ut jam dictus Dominus Elector cum tota Domo Brandenburgica, & in ea omnes & ſinguli Marchiones Brandenburgici, Duces Magdeburgenſes & Principes Halberſtadienſes, & Mindenſes appellentur & ſcribantur.

12. Regia quoque Majeſtas Sueciæ reſtituat Domino Electori pro ſe & ſucceſſoribus ſuis hæredibus atque agnatis maſculis primo reliquam Pomeraniam ulteriorem cum omnibus appertinentiis, bonis & juribus ſæcularibus & Eccleſiaſticis, pleno jure, tam quoad Domini-

um utile, quam directum; deinde Colbergam cum toto Episcopatu Caminensi, omnique jure, quod ulterioris Pomeraniæ Duces hucusque habuerunt in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Caminensis, ita tamen, ut salva maneant jura Regiæ Majestatis Sueciæ supra concessa, atque Ordinibus & subditis in restitutis partibus ulterioris Pomeraniæ, Episcopatuque Caminensi competentem eorum libertatem, bona, jura, & privilegia, secundum tenorem literarum Reversalium (quibus etiam ordines & subditi dicti Episcopatus gaudere debent, ac si iis directe datæ essent) cum libero Augustanæ Confessionis Exercitio, juxta invariatam Augustanam Confessionem, absque ulla perturbatione perpetim fruendo circa homagii renovationem & præstationem omni meliori modo confirmet & conservet.

13. Tertio, omnia loca quæ præsidiis Suedicis infessa tenentur, per Marchiam Brandenburgicam.

14. Quarto, omnes commendas & bona ad Ordinem Equestrem Divi Johannis spectantia, quæ extra territoria Regiæ Majestati Regnoque Sueciæ cessa continentur, una cum Actis & regestis cæterisque literariis documentis originalibus hæc loca, juraque restituenda concernentibus, communibus vero & utramque nempe tam citeriorem, quam ulteriorem Pomeraniam afficientibus, in authentica

&pro-

& probante forma, quæ in Archivo & Chartophylaciis Aulæ Stetinensis vel alibi intra vel extra Pomeraniam reperiuntur.

ARTICULUS XII.

1. Pro eo vero quod Duci Megapolitano Suerinensi, Domino Adolpho Friderico, in alienatione Civitatis, portusque Wismariensis decedit, competant ipsi, ejusque hæredibus Masculis Episcopatus Suerinensis & Ratzenburgensis jure perpetui & immediati feudi (salvo tamen Domus Saxonico-Lauenburgicæ aliorumque vicinorum, ut & dictæ Diœceseos hinc inde competenti jure) cum omnibus juribus, documentis literariis, Archivo, rationariis, aliisque pertinentiis & potestate extinguendi Canonicatus utrobique post præsenti tempore residentium Canonicorum decessum, omnesque reditus mensæ Ducali applicandi, eoque nomine habeat sessionem in Conventibus Imperii & Circuli Saxoniæ Inferioris, cum duplici Principis titulo & voto. Etsi vero ejusdem ex fratre nepos, Dominus Gustavus Adolphus Dux Megapolitano-Gustroviensis ante hac designatus fuerat Administrator Ratzenburgensis, quia tamen ipsi non minus, quam Patruo beneficium restitutionis in suos Ducatus obtigerat, æquum visum est, ut Patruo cedenti Wismariam, ipse vicissim hunc cedat Episcopatum. Conferentur autem dicto Duci Gustavo Adolpho,

eo nomine compenſationis ergo, duo Canonicatuum juxta modernam compoſitionem Gravaminum ad Auguſtanæ Confeſſioni addictos pertinentium, beneficia, unum in Ecclesia Cathedrali Magdeburgenſi, alterum in Halberſtadienſi primum vacatura.

2. Quod deinde ad prætenſos duos Canonicatus in Ecclesia Cathedrali Argentinenſi attinet, ſi quid eo nomine Statibus Auguſtanæ Confeſſionis juxta præſentem transactionem competit, familiæ Ducum Mecklenburgenſium ex hujusmodi proventibus duorum Canonicatuum portiones concedantur, absque tamen præjudicio Catholicorum. Quod ſi vero contigerit lineam maſculinam Suerinenſem deficere, ſuperſtite Guſtroviana, tum hæc iterum ipſi ſuccedat.

3. Pro majori vero dictæ Domus Mecklenburgenſis ſatisfactione cedant ipſi Commendæ Ordinis Equeſtris Divi Johannis Hieroſolymitani, Mirow & Nemerow, in iſto Ducatu ſitæ, vigore diſpoſitionis in art 5. §. 9. ſupra expreſſæ, in perpetuum, donec de controverſiis Religionis in Imperio conventum fuerit, & quidem lineæ Suerinenſi Mirow; lineæ vero Güſtrovienſi commenda Nemerow, ſub hac conditione, ut dicti Ordinis conſenſum ipſi procurare, eidemque nec non Domino Electori Brandenburgico, tanquam ejus Patrono, quotiescunque caſus evenerit, hactenus præſtari ſolita, porro quoque præſtare teneantur.

4. Con-

4. Confirmabit etiam Cæſarea Majeſtas eidem vectigalia ad Albim, antehac obtenta, in perpetuum: conceſſa inſuper immunitate a tributis Imperii futuro tempore, citra cauſam ſatisfactionis militiæ Suedicæ indicendis, donec ſumma ducentorum millium thalerorum Imperialium compenſata fuerit. Caſſetur inſuper prætenſum debitum Wingerſchianum, utpote ex cauſa belli ortum, proceſſibus etiam & decretis deſuper emanatis, penitus annullatis, ita ut neque Duces Megapolitani, neque Civitas Hamburgenſis, eo nomine inpoſterum unquam conveniri poſſint vel debeant.

ARTICULUS XIII.

1. Cum Domus Ducalis Brunſuicenſis & Luneburgenſis, ob Pacem publicam melius faciliusque ſtabiliendam, ceſſerit Coadjutoriis in Archiepiſcopatus Magdeburgenſem & Bremenſem, itemque Epiſcopatus Halberſtadienſem & Ratzenburgenſem, obtentis, ea conditione, ut inter alia etiam alternativa iisdem cum Catholicis in Epiſcopatum Oſnabrugenſem, addiceretur ſucceſſio, Cæſarea Majeſtas præſenti Sacri Romani Imperii Statui minime expedire judicans, pacem publicam propterea impediri diutius, conſentit ac permittit, ut ejusmodi alternativa ſucceſſio in dicto Epiſcopatu Oſnabrugenſi deinceps inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Epiſcopos, ex familia

milia tamen Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium, quamdiu eadem duraverit, postulandos, locum habere debeat, modis & conditionibus sequentibus.

2. Primo: Quoniam Dominus Gustavus Gustavi, Comes in Wasenburg, Regni Sueciæ Senator, omni suo juri in Episcopatum Osnabrugensem, occasione præsentis belli obtento, renunciat, juramentumque, a Statibus & Subditis ejusdem sibi præstitum, remittit, ideo Dominus Episcopus Franciscus Wilhelmus, ejusque Successores sicut & Capitulum, Status & subditi dicti Episcopatus, virtute præsentium obligati sunt, ad solvendum dicto Domino Comiti ejusque mandatario, Hamburgi spacio quatuor annorum a die publicatæ pacis numerandorum, octuaginta millia thalerorum Imperialium, ita ut singulis annis vicena millia Hamburgi ad manus dicti Comitis ejusve mandatarii exsolvere & numerare teneantur, executione in non parentes, ex lege communi hujus Pacificationis suas vires obtinente.

3. Secundo: Restituatur dictus Episcopatus Osnabrugensis totus & integer cum omnibus suis appertinentiis, secularibus & Ecclesiasticis, moderno Domino Episcopo Francisco Wilhelmo; pleno jure possidendus, prout uniformis perpetuæque Capitulationis leges communi Principis Francisci Wilhelmi, Domusque Brunsuigo-Luneburgicæ & Capitula-

rium

rium Episcopatus Osnabrugensis consensu jam incundæ sancierint.

4. Tertio; Status Religionis ac cœtus Ecclesiastici, totiusque Cleri utriusque Religionis, tam in ipsa Urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis maneat & reducatur in eum, qui fuit die prima Januarii Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto statum, ita tamen, ut prius fiat singularis quædam determinatio & dispositio de iis, quæ post annum millesimum sexcentesimum vigesimum quartum quoad verbi Ministros & divinum cultum mutata deprehenduntur, etiam supradictæ Capitulationi inferenda, caveatque Dominus Episcopus per literas Reversales Statibus & subditis suis, homagio (quatenus observantia ab antiquo obtinuit) ab ipsis recepto, jura ac privilegia salva fore & quæ præterea futuræ Episcopatus administrationi, Statuumque & subditorum securitati utrinque necessaria videbuntur.

5. Quarto: Defuncto eodem Domino Episcopo succedat in Episcopatu Osnabrugensi, Dominus Ernestus Augustus Dux Brunsuicensis & Luneburgensis atque adeo vi hujus Pacis publicæ sit designatus ejusdem Successor teneaturque Capitulum Cathedrale Osnabrugense, ut & reliqui Status statim post decessum aut resignationem moderni Episcopi,

eun-

eundem Dominum Erneſtum Auguſtum in Epiſcopum recipere ac dicti Status & ſubditi iſti finiti intra trimeſtre a concluſa hac Pace computandum, ipſi ſolitum ut ſupra præſtare homagium juxta conditiones in Capitulatione perpetua cum Capitulo ineunda poſitas.

6. Quod ſi vero Dux Erneſtus Auguſtus poſt obitum moderni Epiſcopi non fuerit ſuperſtes, teneatur Capitulum alium ex Domini Georgii Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis poſteris in Epiſcopum ſuum poſtulare, conditionibus tamen in recepta Capitulatione uniformi initis perpetuo obſervandis. Eo autem demortuo aut ultro reſignante, teneatur dictum Capitulum vel electione vel poſtulatione Præſulem Catholicum ſibi præficere, ſin vero hac in parte vel Canonicorum negligentia vel diſcordia intercesserit, locus ſit ordinationi Juris Canonici & conſuetudini Germaniæ, ſalva tamen Capitulatione perpetua, ut & hac transactione: & ſic perpetuo admittatur alternativa ſucceſſio inter Catholicos Epiſcopos ex gremio Capituli electos, vel aliunde poſtulatos; atque Auguſtanæ Confeſſ. addictos, ſed non alios, quam ex familia modo nominati Ducis Georgii deſcendentes; & quidem ſi plures ſint Principes e natu minoribus eligatur vel poſtuletur Epiſcopus, nullis vero exiſtentibus natu minoribus, ſufficiatur unus ex Principibus. Illis autem defi-

deficientibus, succedat tandem Ducis Augusti posteritas, alternatione, uti dictum, inter ipsam & Catholicos perpetua.

7. Quinto: Teneatur non solum memoratus Dux Ernestus Augustus, sed etiam omnes & singuli ex familia Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium Augustanæ Confess. addictorum, in hoc Episcopatu alternatim succedentium, Statum Religionis, cœtus Ecclesiastici, totiusque Cleri, tam in ipsa urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis conservare ac tueri, prout superius Articulo tertio & perpetua Capitulatione dispositum est.

8. Sexto: Ne etiam durante administratione & Regimine Episcopi Augustanæ Confess. addicti, circa censuram Ecclesiasticorum Catholicorum, itemque usum & administrationem Sacramentorum, ritu Romanæ Ecclesiæ, ut & cætera, quæ sunt ordinis, ulla difficultas aut confusio suboriatur, horum omnium dispositio, quoties alternativa successio in talem Augustanæ Confess. addictum devenerit, Domino Archi-Episcopo Coloniensi velut Metropolitano reservata, adversus Augustanæ Confess. vero addictos, plane sublata esto. Cætera superioritatis & Regiminis jura in civilibus & criminalibus Augustanæ Conf. Episcopo, juxta Capitulationis leges, illibata permaneant. Quoties vero Catholicus Episcopus

pus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihilominus in Augustanæ Confess. sacra arroget sibi juris aut obtineat.

9. Septimo: Monasterium seu Prælatura Walckenried, cujus hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, una cum prædio Schawen, perpetuo feudi jure ducibus Brunsuicensibus & Luneburgensibus, itidem a Cæsarea Majestate & Imperio, cum omnibus pertinentiis, juribusque conferatur, eodem prorsus, quo supra inter Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium familias succedendi ordine, annullato jure advocatiæ, aliisque Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Hohnsteinensis prætensionibus omnino sublatis.

10. Octavo: Ducibus quoque Brunsuicensibus & Luneburgensibus restituatur Monasterium Gröningense, quod ante hac acquisitum Episcopatui Halberstadiensi cesserat: reservatis etiam juribus, quæ dictis ducibus in castrum Westerburg competunt, nec minus infeudatio Comiti a Tattenbach a Ducibus facta, eoque nomine initæ leges perinde ut jura crediti & pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario Friderico Schenckio a Winterstet in Westerburg competentia, sarta tecta maneant.

11. Nono: Debitum a Friderico Ulrico Duce Brunsuicensi & Luneburgensi cum Rege Daniæ contractum, & per hunc in pacificatione Lube-

Lubecensi, Sacræ Cæsareæ Majestati cessum, posteaque Cæsareæ militiæ Præfecto Comiti Tyllio donatum, quod attinet, cum moderni Duces Brunsuicenses & Luneburgenses se ad hoc debitum persolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Coronæ Sueciæ instanter actum sit, amore Pacis remissio & expunctio totius istius debiti & obligationis dictis Ducibus, eorumque hæredibus & Provinciis concessa esto.

12. Decimo: Cum Duces Brunsuicenses & Luneburgenses Cellensis Lineæ Capitulo Ratzenburgensi pro sorte viginti millium florenorum annuas pensiones, usque dum pependerint, alternatione jam cessante cessent quoque annuæ illæ pensiones, abolito prorsus debito, ut alia quavis obligatione.

13. Undecimo: Ducis etiam Augusti duobus filiis natu minoribus Antonio Ulrico, & Ferdinando Alberto conferantur duæ præbendæ in Episcopatu Strasburgensi primo vacaturæ: ea tamen conditione dictus Dominus Dux Augustus renunciet prætensionibus suis, quas in unum alterumve Canonicatum ante hac habuit vel habere poterat.

14. Duodecimo: Vice versa iidem Duces Postulationibus & Coadjutoriis in Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemqueHalberstadiensem &Ratzenburgensem plenissime renuncient, ita ut quæ circa hosce Ar-

Archiepiſcopatus & Epiſcopat9 ſuperius in hoc pacificationis inſtrumento diſpoſita ſunt, citra ipſorum contradictionem effectum habere debeant, Capitulis utrobique in eo ſtatu permanentibus, quo ſuperius conventum eſt.

ARTICULUS XIV.

1. De ſumma 11000. Imperialium Domino Chriſtiano Wilhelmo Marchioni Brandenburgico ex Archiepiſcopatu Magdeburgenſi quotannis ſolvendorum conventum eſt, ut cœnobium & Præfecturæ Zinna & Loburg. dicto Domino Marchioni ſtatim tradantur, cum omnibus pertinentiis & omnimoda Jurisdictione, ſolo territorii jure excepto: Atque his Præfecturis idem Marchio utatur fruatur ad dies vitæ, absque ulla rationum redditione: Hac tamen lege, ut in Politicis & Eccleſiaſticis nullum plane ſubditis afferatur præjudicium.

2. Quia porro ut totus Archiepiſcopatus, ita etiam jam nominatum cœnobium & Præfecturæ, temporum injuria valde ſunt devaſtata: Ideo a moderno Domino Adminiſtratore Domino Marchione, ſine mora, ex collectis in Archiepiſcopatu ad hoc inſtituendis ſolvantur tria millia thalerorum Imperialium ab ipſo Marchione vel ejus heredibus non reſtituenda.

3. Præterea placuit, ut poſt fata Domini Marchionis, ratione & nomine non præſtito-

rum

rum alimentorum descendentibus ipsius eorumque hæredibus, liceat dictum cœnobium atque Præfecturas per integrum quinquennium retinere, iisque sine rationum redditione, cum omnibus suis pertinentiis & juribus uti frui. Elapso vero quinquennio, prædictæ præfecturæ, earundemque jurisdictio reditus & proventus Archiepiscopatui absque tergiversatione restituantur, nec superius memoratæ summæ titulo quicquam ulterius moveatur vel petatur. Et prædicta omnia observentur, etiamsi propter Domini Electoris Brandenburgici æquivalentem recompensationem Archiepiscopatus Magdeburgensis ad Dominum Electorem, ejusque hæredes ac successores pervenerit.

ARTICULUS XV.

1. Circa causam Hasso-Casselanam conventum est, ut sequitur.

Primo omnium Domus Hasso-Cassellana, omnesque ejus Principes maxime Domina Amelia Elisabetha Hassiæ-Landgravia, ejusque filius Dominus Wilhelmus, illorumque hæredes, ministri, officiales, vasalli, subditi milites & alii quocunque modo illis addicti, nullo prorsus excepto, non obstantibus contrariis pactis, processibus, proscriptionibus, declarationibus, sententiis, executionibus & transactionibus, sed illis omnibus, ut & actionibus vel prætensionibus, ratione damnorum & injuriarum, tam neutralium, quam belligerantium

tium annullatis, universales Amnestiæ supra sancitæ, & ad initium belli Bohemici cum plenaria restitutione reductæ (exceptis Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ Vasallis & subditis Hæreditariis, quemadmodum de iis in §. 11. Tandem omnes, &c. disponitur) omniumque beneficiorum ex hac & Religiosa Pace provenientium, pari cum cæteris Statibus jure, prout in Articulo incipiente: Unanimi, &c. disponitur, plenarie participes sunto.

2. Secundo: Domus Cassellana, ejusque Successores Abbatiam Hirschfeldensem, cum omnibus appertinentiis, secularibus & Ecclesiasticis, sive intra, sive extra territorium, (ut Præpositura Gellingen) sitis; Salvis tamen juribus quæ Domus Saxonica a tempore immemoriali possidet, retineant, & eo nomine investituram a Cæsarea Majestate toties, quoties casus evenerit, petant, & fidelitatem præstent.

3. Tertio: Jus directi & utilis Dominii in Præfecturas Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen & Statthagen, Episcopatui Mindano ante hac assertum & adjudicatum, porro ad Dominum Wilhelmum, modernum Hassiæ Landgravium, ejusque Successores plenarie in perpetuum, citra ulteriorem, dicti Episcopatus, aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem pertineat, salva tamen Transactione inter Christianum Ludovicum Ducem Brunsuico-Luneburgensem & Hassiæ Landgraviam, Philippumque Comitem de

Lippe

Lippe inita; firma etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam, & dictum Comitem inita eſt, conventione.

4. Conventum præterea eſt, ut pro locorum hoc bello occupatorum reſtitutione & indemnitatis cauſa Dominæ Landgraviæ Haſſiæ tutrici ejusque filio, hujusve Succeſſoribus, Haſſiæ Principibus ex Archiepiſcopatibus, Moguntinenſi & Colonienſi; Epiſcopatibus item Paderbornenſi, Monaſterienſi & Abbatia Fuldenſi ſexies centena millia thalerorum Imperialium bonitate Imperialibus Conſtitutionibus modernis correſpondentium, intra ſpatium novem menſium, a tempore ratificationis Pacis computandum Caſſellis ſolventium periculo & ſumtibus pendantur, nec contra promiſſam ſolutionem ulla exceptio, ullusve prætextus admittatur, multo minus ſumma conventa ullo arreſto afficiatur.

5. Ut etiam Domina Landgravia de ſolutione tanto ſecurior ſit, ſequentibus conditionibus retineat Neüs, Coſeld & Neuhaus, inque iis locis ſua, ſibique ſolum obligata præſidia habeat; ea quidem lege, ut præter Officiales & alias perſonas in præſidiis neceſſarias dictorum trium locorum præſidia conjunctim non excedant numerum mille ducentorum peditum, & centum equitum, Dominæ Landgraviæ diſpoſitioni relicto, quot cuivis dictorum locorum peditum & equitum imponere, quemve huic vel illi præſidio præficere velit.

6. Præsidia autem secundum ordinationem de sustentatione Officialium & militum Hassiacis hactenus consuetam alantur, & quæ ad conservanda fortalitia necessaria sunt, præstentur ex Archiepiscopatibus, in quibus dicta arx & civitates sunt sitæ, absque summæ supra nominatæ diminutione. Integrum autem sit ipsis præsidiis contra morosos & tardantes, sed non ultra debitam summam exequi. Jura autem superioritatis & jurisdictio tam Ecclesiastica, quam secularis & reditus nominatarum arcis & civitatum Domino Archiepiscopo Coloniensi sint salva.

7. Quamprimum vero post ratificatam Pacem Dominæ Landgraviæ trecenta millia thalerorum Imperialium fuerint exsoluta; restituta Neussia retineat Cosfeld solum & Neuhaus; non deducat, vel ejus nomine quicquam ulterius exigat, nec præsidia in Cosfeld numerum sexcentorum peditum & quinquaginta equitum, in Neuhaus autem centum peditum excedant. Sin autem intra terminum novem mensium Dominæ Landgraviæ integra summa non dependatur, non tantum Cosfeld & Neuhaus, donec plenaria subsecuta fuerit solutio, sed etiam pro residuo summæ ejusque singulis centenis, quinque annuatim Imperiales, donec residuum summæ exsolutum fuerit, pensionis nomine solvantur, & tot Præfecturarum ad supra nominatos Archiepiscopatus atque Abbatiam pertinentium & Hassiæ Principatui vicinarum,

quot

quot præstandis & exsolvendis pensionibus sufficiunt, Quæstores & Receptores Dominæ Landgraviæ juramento obstringantur, ut de reditibus annuas residuæ summæ pensiones solvant; non obstante Dominorum suorum prohibitione.

8. Quod si vero Quæstores & Receptores in solvendo moras nectant, aut reditus alio conferant, Domina Landgravia exequendi & ad solutionem quovis modo illos adigendi, liberam habeat potestatem, de reliquo jure territoriali Domino proprietatis interea semper salvo. Simul ac vero Domina Landgravia totam summam cum pensionibus a tempore moræ acceperit, restituat illico loca jam denominata cautionis loco interim retenta, pensiones cessent, & Quæstores atque Receptores, quorum facta fuit mentio, juramenti nexu sint liberati.

9. Quarum autem Præfecturarum reditus pensionibus contingente mora solvendis, sint assignandi, ante ratificationem Pacis eventualiter conveniet, quæ conventio non minoris sit roboris, quam ipsum pacis Instrumentum.

10. Præter loca autem securitatis causa, ut memoratum, Dominæ Landgraviæ relinquenda, & post solutionem demum restituenda, restituat illa nihilominus ratificatione Pacis subsecuta, omnes Provincias & Episcopatus, nec non illorum urbes, præfecturas, oppida, fortalitia, propugnacula, & omnia de-

nique bona immobilia, nec non jura inter hæc bella ab ipsa occupata, ita tamen ut tam in præfatis tribus locis cautionis nomine retinendis, quam reliquis omnibus restituendis non solum Annonam & omnia ad bellicum apparatum spectantia, quæ inferri vel fieri curavit, per subditos avehenda, Dominæ Landgraviæ & supra dictis successoribus.

11. Quæ vero ab ipsa non illata, sed in locis occupatis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc extant, ibi permaneant, sed ut etiam fortificationes & alia durante occupatione exstructa, eatenus destruantur, ne tamen urbes, oppida, arces vel castra cujusvis invasionibus & deprædationibus pateant.

12. Et quamvis Domina Landgravia præterquam ab Archi-& Episcopatibus Moguntinensi, Coloniensi, Paderbornensi, Monasteriensi & Abbatia Fuldensi a nemine restitutionis & indemnitatis loco aliquid poposcerit, & sibi eo nomine a quoquam alio quicquam solvi omnino noluerit, pro rerum tamen & circumstantiarum æquitate placuit toti Conventui, ut salva manente dispositione §. præcedentis inchoantis: Conventum præterea est &c. etiam cæteri Status, cujuscunque generis, cis & ultra Rhenum, quia prima Martii hujus anni Hassiacis contributionem dependerunt, secundum proportionem contributionis exsolutæ toto hoc tempore observatam, ad conficiendam summam superius positam, & militum præsidiario-

diariorum sustentationem, ratam suam supra nominatis Archi-& Episcopatibus atque Abbatiæ conferant, & damnum, si quod solventes ob unius vel alterius moram perpessi fuerint, morosi resarciant, nec executionem contra tergiversantes instituendam Cæsareæ Majestatis aut Regiæ Majestatis Suedicæ, vel etiam Hassiæ Landgraviæ Officiales aut milites impediant, neque etiam fas sit Hassiacis quemquam in præjudicium hujus declarationis eximere, ii vero qui suam quotam rite persolverint, ab omni eatenus onere liberi erunt.

13. Quod controversias inter Domus Hassiacas Cassellanam & Darmstatinam, super successione Marpurgensi agitatas, attinet: quandoquidem eæ interventu Domini Ernesti Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis &c. Cassellis die decima quarta mensis Aprilis proxime elapsi, consensu partium unanimi accedente, penitus sunt compositæ; Placuit transactionem istam, cum suis annexis & recessibus, sicut ea Cassellis inita & a partibus subsignata Conventuique huic insinuata fuit, vigore instrumenti hujus, ejusdem plane esse roboris, ac si verbis totidem hisce tabulis inserta comprehenderetur, nec a partibus transigentibus, nec aliis quibusvis sub prætextu sive pacti, sive Juramenti, sive alio quocunque ullo unquam tempore convelli posse, quin imo ab omnibus, etiamsi aliquis ex Interessatis eam forte confirmare detrectet, exactissime observari debere.

14. Sicut etiam Transactio inter defunctum Dominum Wilhelmum Hassiæ Landgravium, & Dominos Christianum & Wolradum, Comites Waldecciæ, die undecimo Aprilis Anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto facta, & a Domino Georgio Hassiæ Landgravio die decima quarta Aprilis Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo ratificata, non minus, vigore hujus Pacificationis, perpetuum & plenissimum robur obtinebit, omnesque Hassiæ Principes pariter ac Comites Waldecciæ obligabit.

15. Firmum quoque maneat & inviolabiliter custodiatur Jus primogenituræ in qualibet Domo Hassiæ Cassellana & Darmstatina introductum, & a Cæsarea Majestate confirmatum.

ARTICULUS XVI.

1. Simulatque vero Instrumentum Pacis a Dominis Plenipotentiariis & Legatis subscriptum & signatum fuerit, cesset omnis hostilitas, & quæ supra conventa sunt, utrinque e vestigio executioni mandentur.

2. Inprimis quidem Imperator ipse per universum Imperium Edicta promulget & serio mandet iis, qui hisce pactis & hac Pacificatione ad aliquid restituendum vel præstandum obligantur, ut sine tergiversatione & noxa, intra tempus conclusæ & ratificandæ Pacis præstent & exequantur transacta, injungendo tam Directoribus Ausschreibenden Fürsten, quam Præfectis

fectis militiæ circularis Creyß-Obristen, ut ad requisitionem restituendorum, juxta ordinem Executionis & hæc pacta, restitutionem cujusque promoveant & perficiant. Inferatur etiam Edictis Clausula, ut, quia circuli Directores, die ausschreibende Fürsten, aut Præfectus militiæ circularis, Creyß-Obristen, in causa vel restitutione propria minus idonei executioni esse censentur, hoc in casu, itemque si Directores vel Præfectum militiæ circularis repudiare commissionem contingat, vicini Circuli Directores, aut Præfecti militiæ circularis eodem executionis munere etiam in alios Circulos ad restituendorum requisitionem fungi debeant.

3. Quod si etiam restituendorum aliquis, Cæsareanos Commissarios ad alicujus restitutionis, præstationis vel executionis actum necessarios censuerit, quod ipsorum optioni relinquitur, etiam illi sine mora dentur.

4. Quo casu, ut rerum transactarum effectus tanto minus impediatur, tam restituentibus, quam restituendis liceat statim conclusa & subscripta Pacificatione, binos aut trinos utrinque nominare Commissarios, e quibus Cæsarea Majestas unum a restituendo, alterum a restituente nominatum, pares tamen numero ex utraque Religione eligat, quibus injungatur, ut omnia, quæ vigore hujus transactionis oportet, absque mora exequantur. Sin autem restituentes Commissarios nominare neglexerint,

Cæsarea Majestas ex iis, quos restituendus nominaverit, unum deliget, aliumque pro suo arbitrio, observata tamen utrobique diversæ Religionis addictorum paritate, adjunget, quibus commissionem executionis demandabit, non obstantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipsi deinde restituendi mox a conclusione Pacis de transactorum tenore notum faciant interessatis aliquid restituturis.

5. Omnes denique & singuli, sive Status sive Communitates, sive privati, sive Clerici, sive seculares, qui vigore hujus transactionis, ejusdemque regularum generalium, vel specialis expressæque alicujus dispositionis ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid præstandum obstricti sunt, teneantur statim post promulgata Cæsarea Edicta & factam restituendi notificationem, sine omni tergiversatione vel oppositione clausulæ salvatoriæ, sive generalis sive specialis alicujus supra in Amnestia positæ, aut quacunque alia exceptione, itemque sine noxa aliqua, omnia ad quæ obligantur, restituere, cedere, dare facere & præstare.

6. Nec Directorum & Præfectorum circularis militiæ, aut Commissariorum executioni quisquam, sive Status, sive miles, præsertim præsidiarius, sive quilibet alius, sese opponat, sed potius Executoribus assistant, liberumque sit dictis Executoribus contra eos, qui executio-

tionem quovis modo impedire conantur, suis, vel etiam restituendorum viribus uti.

7. Deinde omnes & singuli utriusque partis captivi sine discrimine sagi vel togæ eo modo, quo inter exercituum Duces cum Cæsareæ Majestatis approbatione conventum est, vel adhuc convenietur, liberi dimittantur.

8. Deinde pro militiæ Suedicæ exauctoratione omnes & singuli Electores, Principes, & reliqui Status, comprehensa libera immediata Imperii nobilitate (salva tamen requisitione hactenus in talibus casibus usitata libertateque & exemptione in futurum salvis) septem sequentium Circulorum Imperii, Electoralis Rhenani, superioris Saxonici, Franconici, Suevici, superioris Rhenani, Westphalici & Inferioris Saxonici, teneantur in medium conferre quinque miriades Imperialium thalerorum in moneta per Imper. Romanum usitata, idque tribus terminis, primo termino (Statibus in Circulo Electorali, ut & superiori Rhenano Francofurtum ad Mœnum, superioris Saxoniæ Lipsiam sive Brunsuigam, Franconiæ Norimbergam, Sueviæ Ulmam, Westphaliæ Bremam vel Monasterium, & inferioris Saxoniæ Hamburgum, suam cujusque quotam conferentibus) octodecim centena millia Imperialium thalerorum in numerata pecunia (pro cujus summæ faciliori solutione impetranda liceat illos subditos, qui ex Amnestia veniunt restituendi, non moderno ipsorum posses-

sori,

ſori, ſed vero domino, cui ex Amneſtia reſtituendi ſunt, ſtatim a concluſa pace, etiam ante factam reſtitutionem, ſecundum ipſorum quotam & proportionem collectare, nec in exigendis illis collectis moderni poſſeſſores ullum creent impedimentum) & duodecis centena millia per aſſignationes ad certos Status, ſuper quorum ſolutione tolerabilibus conditionibus facienda, a quolibet Statu inter concluſam & ratificandam pacem, cum officiali militari ſibi aſſignato ex æquo & bono conveniendum.

9. Qua conventione, ut & ratihabitionum commutatione facta, dictorum octodecim centenorum millium thalerorum ſolutio, militiæ exauctoratio, & locorum evacuatio, ſtatim pari paſſu peragantur: nec ob ullam aliam cauſam differantur: ceſſantibus ſtatim a concluſa pace contributionibus & omnis generis exactionibus, ſalva tamen præſidiariorum militum, cæterarumque copiarum ſuſtentatione, ad tolerabilem modum convenienda, ſalva itidem iis Statibus, qui ſuam portionem ſolverunt vel cum aſſignatis officialibus, quoad ſolutionem ſuarum portionum amicabiliter convenerunt, a ſuis Conſtatibus, ob horum ſolvendi moram ſibi illatorum damnorum repetitione. Reliquarum duarum myriadum, priorem quidem ſub finem anni proximi a facta exauctoratione computandi, alteram vero in fine anni proxime inſequentis, utramque

que thaleris Imperialibus, eorumve in alia per Imperium usitata moneta valore, ad supradicta loca Regiæ Majestatis Suedicæ, ad id cum potestate deputatis ministris dicti septem Circulorum Status bona fide sunt exsoluturi. Sicut autem dicti septem Circuli soli, militiæ Suedicæ, sine prætensione alterius, assignati intelligantur, ita singuli eorum Electores, Principes & Status eam tantum portionem quæ juxta matriculam & cujusque loci observantiam & extraditam hic designationem unicuique præstanda incumbit, pendere debebunt.

10. Nec ullus Status vel a solutione immunis sit, vel majori numero der Römer Monat prægravetur, vel pro alio suo Constatu, aliisque belligerantium militibus plus solvere teneatur, multo minus repressaliis vel arrestis eo nomine prægravetur, neque etiam ullus Status in modo suos collectandi, vel a milite aut Constatu, vel ullo alio, sub quocunque prætextu de facto impediatur.

11. Quod ad circulum Austriacum & Bavaricum attinet, cum ille (præter factam in hoc Pacificationis conventu a Statibus Imperii promissionem, se in proximis Imperii Comitiis suæ Cæsar. Majestati pro hactenus toleratis belli sumptibus, subsidium e collectis Imperii præstandum decreturos) solvendis exercitui immediato Cæsareano sti endiis; Hic vero pro Bavarico milite sepositus sit, solutionis conven-

tio & exactio in Circulo Austriaco penes Sacram Cæsaream Majestatem esto, in Circulo autem Bavarico observetur idem collectandi, & solvendi modus, qui in reliquis Circulis: executio tamen ut & in cæteris septem Circulis fiat secundum Constitutiones Imperii.

12. Ut autem Regia Majestas Sueciæ eo securior, certiorque sit de infallibili singulorum terminorum præstatione, singuli septem dictorum Circulorum Electores, Principes & Status, vigore hujus conventionis, se ad suam quisque quotam, condicto tempore, locoque bona fide solvendam, sponte idque sub hypotheca omnium suorum bonorum, obligant: ita quidem, ut si mora ullius intervenerit, omnes Imperii Ordines potissimum vero cujusque Circuli Directores, Ducesque vi articuli Assecurationis Pacis, teneantur promissa ceu rem judicatam exequi, absque ullo ulteriori juris processu vel exceptione.

13. Restitutione ex capite Amnestiæ & Gravaminum facta, liberatis captivis, ratihabitionibus commutatis & præstitis iis, quæ de primo solutionis termino supra conventa sunt, omnia utriusque partis militaria præsidia, sive Imperatoris ejusque sociorum & fœderatorum, sive Reginæ, Regnique Sueciæ & Landgraviæ Hassiæ, eorumque fœderatorum & adhærentium, aliove quocunque nomine imposita fuerint, ex Civitatibus Imperii ac omnibus aliis locis restituendis, sine exceptionibus, mora, damno & noxa pari passu educantur.

14.

14. Loca ipsa, civitates, urbes, oppida, arces, castella, fortalitia, tam quæ per Regnum Bohemiæ, aliasque terras Imperatoris Domusque Austriacæ hæreditarias, quam cæteros Imperii Circulos a partibus belligerantibus supradictis occupata & retenta, vel per armistitii unius vel alterius partis vel quemcunque alium modum concessa sunt, prioribus & legitimis suis possessoribus & Dominis, sive mediate, sive immediate Imperii Status sint, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, comprehensa libera Imperii Nobilitate, absque mora restituantur, liberæque eorum dispositioni sive de jure & consuetudine, sive vigore præsentis transactionis competenti permittantur, non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus, (nisi ultro & spontanea Status alicujus voluntate alicui factæ sint vel fuerint) obligationibus pro redimendis captivis aut avertendis devastationibus, incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis, in priorem legitimorum Dominorum possessorumve præjudicium acquisitis, cessantibus etiam pactis & fœderibus; aut quibuscunque aliis exceptionibus prædictæ restitutioni adversantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent, salvis tamen iis, quæ & quatenus in præcedentibus articulis circa Reginæ, Regnique Sueciæ ut & quorundam Electorum & Principum Imperii Romani satisfactionem, vel æquivalentem recompensationem, sive aliter speciatim excepta & disposita sunt. Atque hæc

hæc restitutio locorum occupatorum tam a Cæsarea Majestate quam a Regia Majestate Sueciæ & utriusque sociis fœderatis & adhærentibus fiat reciproce & bona fide.

15. Restituantur etiam Archiva & documenta literaria, aliaque mobilia, ut & tormenta bellica, quæ in dictis locis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc ibi salva reperiuntur. Quæ vero post occupationem aliunde eo invecta sunt, sive in præliis capta, sive ad usum & custodiam eo per occupantes illata fuerunt, una cum annexis, ut & bellico apparatu, iisdem quoque secum exportare & avehere liceat.

16. Teneantur subditi cujusque loci, decedentibus præsidiis & militibus, currus, equos, & naves, cum necessario victu, pro omnibus necessariis avehendis ad loca in Imperio destinata absque pretio subministrare: quos currus, equos & naves restituere debent Præfecti præsidiorum, militumque hoc modo discedentium, sine dolo & fraude. Liberent etiam Statuum subditi se invicem ab hoc onere vecturæ de uno territorio in aliud, donec ad loca in Imperio destinata pervenerint: nec præsidiorum, aut aliis militiæ præfectis aut officialibus, liceat subditos, eorumque currus, equos, naves, & similia eorum usibus commodata, omnia vel singula, extra Dominorum suorum, multo minus Imperii fines secum trahere, eoque nomine obsidibus cavere teneantur.

17. Reddita vero sive maritima & limitanea, sive

five mediterranea fuerint, dicta loca, ab ulterioribus omnibus durantibus hisce bellorum motibus introductis præsidiis, perpetuo posthac libera sunto & Dominorum suórum (salvo de cætero cujusque jure) liberæ dispositioni relinquantur.

18. Nulli autem civitati vel nunc vel in futurum ulli præjudicio damnove cedat, quod ab alterutra parte belligerantium occupata & infessa fuerat: sed omnes & singulæ cum omnibus & singulis civibus & incolis tam universalis Amnestiæ, quam cæteris hujus pacificationis beneficiis gaudeant: iisque de cætero omnia sua jura & privilegia in sacris & profanis, quæ ante hos motus habuerunt, sarta tectaque maneant. Salvis tamen juribus superioritatis, cum inde dependentibus pro singulis quarumcunque Dominis.

19. Denique omnium belligerantium in Imperio partium copiæ & exercitus dimittantur & exauctorentur, eo tantum numero in suos cujusque proprios Status traducto, quem quæque pars pro sua securitate judicaverit necessarium.

20. Tam exauctoratio vero militiæ, quam restitutio locorum ad præfixum tempus eo ordine, modoque fiant, de quibus inter generales Exercituum Duces conveniet, observatis tamen quoad rem ipsam iis, quæ in puncto satisfactionis militiæ conventa sunt.

ARTICULUS XVII.

1. Pacem hoc modo conclusam promittunt

Cæsarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentiarii, respective ab Imperatore & Regina Sueciæ, Sacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic mutuo placitam ratihabitum iri, seseque infallibiliter præstituros, ut solennia ratihabitionum instrumenta intra spacium octo septimanarum a die subscriptionis computandarum, hic Osnabrugis præsententur & reciproce, riteque commutentur.

2. Pro majori etiam horum omnium & singulorum pactorum firmitudine & securitate sit hæc Transactio perpetua lex & pragmatica Imperii sanctio, inposterum æque ac aliæ Leges & Constitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Recessui ipsique Capitulationi Cæsareæ inserenda, obligans non minus absentes, quam præsentes, Ecclesiasticos æque ac Politicos, sive Status Imperii sint, sive non, eaque tam Cæsareis, Procerumque Consiliariis & Officialibus, quam tribunalium omnium Judicibus & Assessoribus tanquam Regula, quam perpetuo sequantur, præscripta.

3. Contra hanc Transactionem, ullumve ejus articulum aut clausulam, nulla jura Canonica vel Civilia, communia vel specialia Conciliorum decreta, privilegia, indulta, edicta, commissiones, inhibitiones, mandata, decreta, rescripta, litispendentiæ, quocunque tempore latæ sententiæ, res judicatæ, Capitulationes Cæsareæ & aliæ Religiosorum ordinum regu-

læ

læ aut exemptiones, five præteriti five futuri temporis proteftationes, contradictiones, appellationes, inveftituræ, transactiones, juramenta, renunciationes, pacta feu dedititia feu alia, multo minus edictum Anni millefimi fexcentefimi vigefimi noni, vel Transactio Pragenfis, cum fuis appendicibus aut concordata cum Pontificibus, aut interimiftica Anni millefimi quingentefimi quadragefimi octavi, ullave alia ftatuta five Politica five Ecclefiaftica, decreta, difpenfationes, abfolutiones, vel ullæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterunt, exceptiones, unquam allegenter, audiantur aut admittantur, nec ufpiam contra hanc transactionem in petitorio aut poffefforio feu inhibitorii feu alii Proceffus vel commiffiones unquam decernantur.

4. Qui vero huic transactioni, vel paci publicæ, confilio vel ope contravenerit, vel executioni aut reftitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo fupra convento & fine exceffu facta reftitutione fine legitimo modo fupra convento & fine exceffu facta reftitutione fine legitima caufæ cognitione, & ordinaria juris executione reftitutum de novo gravare tentaverit, five Clericus five Laicus fuerit, poenam fractæ pacis ipfo jure & facto incurrat, contraque eum juxta conftitutiones Imperii reftitutio & præftatio, cum pleno effectu decernatur & demandetur.

5. Pax vero conclufa nihilominus in fuo ro-

bore permaneat, teneanturque omnes hujus transactionis consortes, universas & singulas hujus pacis leges contra quemcunque sine Religionis distinctione, tueri & protegere, & si quid eorum a quocunque violari contigerit, læsus lædentem inprimis quidem a via facti dehortetur, causa ipsa vel amicabili compositioni vel juris disceptationi submissa.

6. Veruntamen si neutro horum modorum intra spacium trium annorum terminetur controversia, teneantur omnes & singuli hujus transactionis consortes, junctis cum parte læsa consiliis, viribusque arma sumere ad repellendam injuriam, a passo moniti, quod nec amicitiæ nec juris via locum invenerit, salva tamen de cætero uniuscujusque jurisdictione, justitiæque juxta cujusque Principis aut Status leges & constitutiones, competenti administratione.

7. Et nulli omnino Statuum Imperii liceat jus suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ, sive jam exortum sit, sive post inciderit, unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ pacis. Quæ vero judicis sententia definita fuerint, sine discrimine Statuum, executioni mandentur, prout Imperii leges de exequendis sententiis constituunt.

8. Ut etiam pax publica tanto melius conservari possit, redintegrentur Circuli, & statim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent, observentur ea, quæ in Constitutionibus Imperii de Pacis publicæ executione & conservatione disposita sunt.

9.

9. Quoties autem milites quavis occasione, aut quocunque tempore, per aliorum territoria aut fines aliquis ducere velit, transitus hujusmodi instituatur ejus, ad quem transeuntes milites pertinent, sumptu, atque adeo, sine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur: ac denique omnino observentur, quæ de conservatione Pacis publicæ Imperii Constitutiones decernunt & ordinant.

10. Hac Pacificatione comprehendantur ex parte Serenissimi Imperatoris omnes suæ Majestatis fœderati & adhærentes, inprimis Rex Catholicus, Domus Austriaca, Sacri Imperii Romani Electores, Principes, interque eos etiam Dux Sabaudiæ, cæterique Status, comprehensa libera & immediata Imperii Nobilitate, & Civitates Anseaticæ, item Rex Angliæ, Rex & Regna Daniæ, Norwegiæque cum annexis provinciis, ut & Ducatu Schleswicensi, Rex Poloniæ, Dux Lotharingiæ, omnesque Principes & Respublicæ Italiæ, ordinesque fœderati Belgii & Helvetiæ, Rhetiæque, Princeps etiam Transylvaniæ.

11. Ex parte vero Serenissimæ Reginæ, Regnique Sueciæ omnes ejus fœderati & adhærentes, inprimis Rex Christianissimus, tum Electores, Principes, Status, libera & immediata Imperii Nobilitate comprehensa & Civitates Anseaticæ; item Rex Angliæ Rex & Regna Daniæ Norwegiæque cum annexis Provinciis, ut & Ducatu Schleswicensi, Rex Poloniæ, Rex &

Regnum Lusitaniæ, Magnus Dux Moscoviæ, Respublica Veneta, fœderatum Belgium, Helvetii Rhetiique, & Princeps Transylvaniæ.

12. In quorum omnium & singulorum fidem majusque robur, tam Cæsarei, quam Regii Legati, nomine vero omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc actum specialiter ab ipso (vigore conclusi die decimo tertio Octobris Anni infra mentionati facti & ipso die subscriptionis sub Sigillo Cancellariæ extraditi:) Deputati, nimirum:

Electoralis Moguntinus, Dominus Nicolaus Georgius de Reigersperg, Eques, Cancellarius: Electoralis Bavaricus, Dominus Joannes Adolphus Krebs, Consiliarius intimus: Electoralis Saxonicus, Dominus Johannes Leuberus, Consiliarius: Electoralis Brandenburgicus, Dominus Joannes Comes in Sain & Witgenstein, Dominus in Homburg & Valendar, Consiliarius intimus: Nomine Domus Austriacæ Dominus Georgius Ulricus Comes a Wolckenstein Consiliarius Cæsareo-Aulicus: Dominus Cornelius Gobelius Episcopi Bambergensis Consiliarius: Dominus Sebastianus Wilhelmus Meel, Episcopi Herbipolensis Consiliarius intimus: Dominus Joannes Ernestus Ducis Bavariæ Consiliarius Aulicus: Dominus Wolffgangus Conradus a Tumbshirn, Consiliarius Aulicus Saxonico-Altenburgensis & Coburgensis: Dominus Augustus Carpzovius, Consiliarius Saxonico-Altenburgensis & Coburgensis: Dominus Joannes Frombold, Domus Brandenburgicæ Culmbacensis & Onoltzbacensis Consiliarius intimus: Dominus Heinricus Langen-

gen-

genbeck Juris-Consultus, Domus Brunsuico-Luneburgicæ lineæ Cellensis Consiliarius intimus: Dominus Jacobus Lampadius Juris-Consultus lineæ Calenbergensis Consiliarius intimus & Procancellarius: Nomine Comitum scamni Wetteravienfis Dominus Matthæus Wesenbecius Juris-Consultus & Consiliarius: Nomine utriusque scamni Civitatensis Dominus Marcus Otto Argentoratensis: Dominus Joannes Jacobus Wolff Ratisbonensis: Dominus David Gloxinius Lubecensis: & Dominus Jodocus Christophorus Kress a Kressenstein Norinbergensis Reipublicæ respective Syndici, Senatores, Consiliarii & Advocati, præsens Pacis Instrumentum, manibus Sigillisque propriis munierunt & firmarunt, dictique Ordinum Deputati Principalium suorum ratificationes, formula conventa termino supra constituto, sese extradituros polliciti sunt.


Reliquis Statuum Plenipotentiariis liberum relinquendo, velint an nolint nomina sua subsignare, suorumque Principalium ratihabitiones accersere, sed hoc pacto atque lege, ut subscriptione jam nominatorum Deputatorum reliqui Status omnes & singuli, qui subscriptione & ratihabitione supersedent, tam firmiter ad observantiam & manutenentiam eorum, quæ in hoc pacificationis Instrumento continentur, obligati sint, ac si ab ipsis subscriptio fuerit facta & exhibita ratificatio, nec ulla a Directorio Imperii Romani contra subscriptionem a memoratis Deputatis factam, recipiatur aut valeat, vel protestatio vel contradictio.

Acta hæc sunt Osnabrugis Westphalorum die decima 4t. / vigesima 4t. *Mensis Octobris, Anno Christi Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo.*

INSTRUMENTUM PACIS
GERMANICO-SVECICVM
IN TOT VERSUS,
QVOT ARTICULIS CONSTAT, CONTRACTUM.

Articulus Septem & Denis *pax Suecica constat.*
Primus *amicitia conjungit fœdere partes.*
Præteriti immemores læsos vult esse Secundus.
Pristina restituit Ternus *sua Jura cuique.*
Enumerat Quartus *speciales restituendos.*
In sacris Quintus *conflata gravamina solvit.*
Helvetiis Sextus *dat libertatis honorem.*
Septimus *in fœdus Calvinum pacis adoptat.*
Jura Politiæ Statibus Bis quartus *adumbrat.*
Flori restituit veteri Commercia Nonus.
Bellorum Decimus *partitur præmia Suecis.*
Brandenburgiaco Undecimus *Pomerana resarcit.*
Mechlenburgiacis Bis senus *adempta rependit.*
Brunswigum Decimi *demulcent munera* terni.
Dat Confessori Decimus *solatia* quartus.
Hassum Ter quinto *placant & Clerus & Hassus.*
Arma Bis Octonus *sistit, pacemque reducit.*
Septimus *hanc firmat* Decimus, *redditque perennem.*

FINIS.



Ihrer Röm. Kayserl. Majestät
CAROLI VI.
Wahl-
CAPITULATION
und REVERSALES,

Oder

Allerneuestes


Grund-Gesetz

Zwischen

Haupt und Gliedern

des H. R. Reichs.

Halle in Sachsen,
Im Verlag des Wäysen-Hauses.
ANNO MDCCXXIV.



WIr CARL der Sechste/ von Gottes Gnaden erwehlter Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ König zu Hispanien/ beeder Sicilien und Hierusalem/ wie auch zu Hungern und Böheim/ Hertzog zu Burgund und Braband/ Graf zu Habspurg/ zu Flandern und Tyrol/ rc. rc. Bekennen öffentlich mit diesem Brief: als nach zeitlichem Ableiben Weyland JOSEPHI I. Käyserl. Majestät Christmild- und glorwürdiger Gedächtniß/ Wir aus Schickung des Allmächtigen/ durch vorgenommene ordentliche Wahl der Hochwürdigst- und Durchleuchtigsten/ Lotharii Frantzen/ zu Mayntz/ Carln zu Trier/ Ertz-Bischoffen/ rc. und Johann Wilhelmen/ Pfaltz-Graffen bey Rhein/ Hertzogens in Bayern/ rc. des Heil. Römischen Reichs durch Germanien/ Gallien/ und das Königreich Arelaten/ Ertz-Cantzlern und respective Ertz-Truchsessens/ Unserer lieben Neven/ Oheimbs/ und Churfürsten/ wie nicht weniger von wegen und an statt Unserer/ als Königs in Böheim und Churfür-

stens/und der Durchleuchtigsten und respective Großmächtigen Friderich Augusti/ Königs in Pohlen/ als Churfürstens zu Sachsen/ rc. Friedrichs/ Königs in Preussen/ als Churfürstens zu Brandenburg/ rc. und Georg Ludwigs/ Hertzogens zu Braunschweig und Lüneburg/ rc. des Heil. Röm. Reichs Ertz-Schenckens/ Ertz-Marschallens/ Ertz-Cämmerers/ und Ertz Schatzmeisters/ Unserer lieben respective Brüdern/ Oheimb und Churfürsten/ Unserer und ihrer Lbden. Lbden. Lbden gevollmächtigter Pottschafftern/ Ernst Friederichs/ Graffens von Windischgrätz/ Freyherrns von Waldstein und im Thal/ rc. Otto Henrichs/ Freyherrns von Friesen zu Rötha und Geschwitz/ rc. Christophens/ Burggraffen und Graffens von Dhona/ rc. Frieberich Wilhelms/ Freyherrns von Schlitz/ genandt von Görtz/ rc. zur Ehre und Würde des Römisch Königlichen Nahmens und Gewalts erhoben/ erhöhet/ und gesetzt seynd/ deren Wir Uns auch GOtt zu Lob/ dem Heil. Röm. Reich zu Ehren/ und um der Christenheit/ und Teutscher Nation/ auch gemeinen Nutzens willen/ beladen; Daß Wir Uns demnach/ aus freyem gnädigen Willen/ mit denselben Unsern lieben

Neven

Neven/ Brüdern/ Oheimben und Churfürsten/ vor sich und sämbtliche Fürsten und Stände des Heil. Römischen Reichs/ Geding- und Pacts-Weise/ dieser nachfolgenden Articlen vereiniget/ verglichen/ angenommen und zugesagt haben/ alles wissentlich und Krafft dieses Briefs.

I.

Zum ersten, daß Wir in Zeit solcher Unserer Königlichen Würden, Ambt und Regierung die Christenheit, den Stuhl zu Rom, Päbstl. Heiligkeit, und Christliche Kirche, als derselben Advocat, in gutem treulichen Schutz und Schirm halten sollen und wollen:

Wie Wir dann auch in alle Wege wollen die Teutsche Nation, das Heil. Römische Reich, und die Churfürsten, als dessen förderste Glieder, und des Heil. Römischen Reichs Grund-Säulen, insonderheit auch die weltliche Chur-Häuser, bey ihrem Primogenitur-Recht, ohne dasselbe restringiren zu lassen, besag der güldenen Bull, sonderlich des 13ten Tituls, dann auch die Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren, und Stände (die unmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mitbegriffen) bey ihren Hoheiten, geist- und weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, sonst auch einen jeden bey seinem Stand und Wesen, auch allen und jeden Ständen des Reichs ihre freye Stimm und Sitz auf Reichs-Tägen lassen;

Und ohne der Churfürsten, Fürsten und Stände vorgehende Bewilligung keinen Reichs-Stand, der Sessionem & Votum in denen Reichs-Collegiis hergebracht, davon suspendiren und ausschliessen;

Auch keine Fürsten, Grafen, und Herren in Fürstlichen oder Gräflichen Collegiis an-oder aufnehmen, sie haben sich dann vorhero darzu mit einem Immediat-Fürstenthum, respective Graf-oder Herrschafft, genugsam qualificiret, und mit einem Standes-würdigen Reichs-Anschlag in einen gewissen Creyß eingelassen und verbunden, und über solches alles, neben dem Churfürstlichen, auch dasjenige Collegium und Banck, darinnen sie aufgenommen werden sollen, in die Admission ordentlich gewilliget.

Und wollen nicht gestatten, daß den Ständen in ihren Territoriis in Religion-Politischen-und Justitz-Sachen, sub quocunque Prætextu, wider den Frieden-Schluß, oder auffgerichtete, rechtmäßige und verbindliche Pacta, vor-oder eingegriffen werde.

Wir sollen und wollen auch Churfürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, die vor diesem unter ihnen denen Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones, zuvorderist aber die unter Churfürsten, Fürsten und Ständen auffgerichtete Erb-Verbrüderungen, Reichs-Pfandschafften, secundum Instrumentum Pacis, Ge-

rechtigkeiten, Gebräuche und gute Gewohnheiten, so sie bißhero gehabt, oder in Ubung gewesen, zu Wasser und Land, auf gebührendes Ansuchen, ohne Weigerung und Aufhalt, in beständiger Form confirmiren, sie auch darbey als Römischer König handhaben und Schützen, und niemanden einig Privilegium darwieder ertheilen; und da einige vor-oder bey wehrenden Kriegen ertheilet, so im Frieden-Schluß nicht approbiret, dieselbe gäntzlich cassiren und annulliren, auch hiermit cassiret und annulliret haben.

So viel aber in diesem Articul, den Stuhl zu Rom und Päbstl. Heiligkeit betrifft, wollen die der Augspurgischen Confession zugethane Churfürsten, vor sich und ihre Religions-Verwandte Fürsten und Stände (einschlüßig derselbigen Religion zugethanen Freyen Reichs-Ritterschafft) Uns darmit nicht verbunden haben, gestalten dann auch gedachte Advocatia dem Religion- und Prophan-auch dem Münster-und Oßnabrückischen Frieden-Schluß zum Nachtheil nicht angezogen, noch gebrauchet, sondern denen obgedachten Churfürsten, und sämtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich, gleicher Schutz geleistet werden solle, wie Wir ihnen Churfürsten u. sämtlichen ihren Religions-Verwandten auch solches Krafft dieses versprechen, und Uns hiermit dazu verbinden.

II.

WIr sollen und wollen das Reich, so viel in Unseren Kräfften ist, schirmen und vermehren, Uns keiner Succession oder Erbschafft dessel-

 ben

ben anmassen, unterwinden noch unterfangen, noch darnach trachten, dasselbe auf Uns, Unsere Erben und Nachkommen, oder auf Jemand anders zu wenden.

Wollen die Güldene Bull, mit der auf die Braunschweig-Lüneburgische Chur geschehenen Extension, den Frieden in Religion- und Prophan-Sachen, den Land-Frieden, samt der Handhabung desselben, wie er auf dem zu Augspurg im Jahr 1555. gehaltenen Reichs-Tag aufgerichtet, verabscheidet, verbessert, auch in denen darauf erfolgten Reichs-Abschieden wiederholet und confirmiret worden, sonderlich aber obgedachten Münster- und Oßnabrückischen Frieden-Schluß (der gleichwohl, so viel nemlich zu Vortheil der Cron-Franckreich darinnen enthalten, weilen bekantlich von Reichs wegen der jetzt fürwehrende Krieg aus höchst trifftigen Ursachen gegen gedachte Cron declariret worden, nunmehro zerfallen, und ferner nicht mehr verbindlich ist) bevorab was so wohl in Art. 4. §. 5. wegen des Ruckfalls der alten Pfältzischen Chur-Würde, Ertz-Truchsessen-Ambts, samt der Obern-Pfaltz, von der Wilhelminischen auf die Rudolphinische Lineam (als welcher nach dem unterm 2. May 1707. an Unsern nechsten Herrn Vorfahren am Reich, Glorwürdigster Gedächtniß, von dem Churfürstl. Collegio erstatteten, und unterm 10. Junii 1708. wiederholten Gutachten, auch darauf von weyland ernannter Seiner Majestät unterm 25. besagten Monats Junii erfolgten Ratification, vollzogen werden solle) als Art. 5. §. 2. und Art. 8. de

Juribus Statuum, wie auch Art. 7. unanimi quoque &c. nach Inhalt dessen alles dasjenige, was denen Catholischen und Augspurgischen Confessions-Verwandten Ständen (die solcher Religion zugethane freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) und Unterthanen, in gegenwärtiger Capitulation zu gutem verglichen und verordnet, denen welche unter ihnen Reformirte genennt werden, zu stehen und zu statten kommen solle, begriffen, und dem Nürnberger Executions-Recess, wie auch insonderheit alles dasjenige, was bey vorigen Reichs-Tägen ferner für gut befunden und geschlossen werden möchte, gleich wäre es dieser Capitulation von Worten zu Worten einverleibt, stet, vest, und ohnverbrüchlich halten, und unter keinerley Vorwand, er seye wer der wolle, ohne Churfürsten, Fürsten und Stände auf einem Reichs- oder Ordinari-Deputations-Tag vorgehende Bewilligung, daraus schreiten, sondern dasselbe gebührend handhaben, und darwieder niemand beschwehren, noch durch andere beschwehren lassen, auch nicht gestatten, daß in Religions-Sachen jemand dem Instrumento Pacis, dem Nürnbergischen Executions-Recess, und denen mit andern habenden Pactis entgegen, vergewaltiget, graviret oder turbiret werde, wie auch, daß an einigen Orthen, von welchen das Instrumentum Pacis disponiret, in Ecclesiasticis & Politicis sub quocunque Prætextu oder ungleicher Auslegung desselben, dargegen, oder wieder die im Reichs-Abschied de Anno 1555. einverleib-

te Executions-Ordnung, directe vel indirecte gehaldelt werde;

Deßgleichen auch andere des Heil. Reichs Ordnungen und Gesetze, so viel in dem obgedachten Reichs-Abschied im Jahr 1555. zu Augspurg aufgerichtet, und mehrerwehntem Frieden-Schluß nicht zu wieder seynd, erneuern, und dieselben mit Consens Churfürsten, Fürsten, und Ständen, wie es des Reichs Gelegenheit jederzeit erforderet, bessern, keines Wegs aber ohne Churfürsten, Fürsten oder Stände auf Reichs-Tägen gleichmäßig vorgehende Bewilligung ändern, vielweniger neue Ordnungen und Gesetze im Reich machen, noch allein die Interpretation der Reichs-Satzungen und Frieden-Schlusses vornehmen, sondern mit gesamter Ständen Rath und Vergleichung auf Reichs-Tägen damit verfahren, zuvor aber darinn nichts verfügen, noch ergehen lassen;

Zumahlen auch diejenige, so sich gegen jetzt ermeldten Frieden-Schluß, und darinn bestättigten Religions-Frieden, als ein immerwährendes Band zwischen Haupt und Gliedern, und diesen unter sich selbsten, zu schreiben, oder etwas in offentlichen Druck heraus zu geben (als dardurch nur Aufruhr, Zweytracht, Mißtrauen und Zanck im Reich angerichtet wird) unternehmen würden, oder solten, gebührend abstraffen, die Schrifften und Abdruck cassiren, und gegen die Authores sowohl als Complices, wie erstgemeldet, mit Ernst verfahren, auch alle wieder den Frieden-Schluß eingewendete Protestationes und Contra-

traditiones, sie haben Nahmen wie sie wollen, und rühren woher sie wollen, nach besag erstgedachten Frieden-Schlusses, verwerffen und vernichten, wie sie dann auch längst, verworffen und vernichtet seynd, auch weder Unserm Reichs-Hoffrath, noch dem Bücher-Commissario, zu Franckfurt am Mayn, verstatten, daß jener auf des Fiscals, oder eines andern Angeben in Erkennung der Processen, und dieser in Censir- und Confiscirung der Bücher, einem Theil mehr als dem andern favorisire.

III.

WIr sollen und wollen des Heil. Römischen Reichs Churfürsten, als dessen innerste Glieder und die Haupt-Säulen des Heiligen Reichs, jederzeit in sonderbahrer hoher Consideration halten.

Denenselben, wie bereits im Eingang dieser Unserer Capitulation geschehen, also auch hinführo das Prædicat respective Hochwürdigst, und Durchlauchtigst, zulegen, und darmit continuiren.

So dann in wichtigen Sachen, so das Reich antreffen, nach Anleitung der Güldenen Bull, jedoch dem Frieden-Schluß ohne Abbruch, ihres Raths, Bedenckens und Gutachtens Uns gebrauchen, auch ohne dieselbe hierinnen nichts vornehmen.

Sie bey ihrer wohlerlangter Chur-Würde, und sonderbahren Rechten, Hohheiten, Præ-Eminenzien und Prærogativen erhalten.

Den

Den mit Einwilligung gesamter Churfürsten, Fürsten und Stände eingeführten Braunschweig-Lüneburgischen Electorat, und das dabey gelegte Ertz=Schatzmeister=Amt, auf Maaß und Weiß der darüber errichteten Reichs=Schlüssen, vom 30. Junii 1708. und 13. Januarii 1710. handhaben und manuteniren.

Wie nicht weniger die gemeine und sonderbahre Rheinische Verein der Churfürsten, als welche ohne das mit Genehmhaltung und Approbation der vorigen Kaysere rühmlich aufgerichtet, und was darüber noch weiter die Herren Churfürsten allerseits unter einander gut befinden und vergleichen möchten, auch Unsers theils approbiren und confirmiren, jedoch dem Instrumento Pacis und andern Reichs=Satzungen, auch denen von Fürsten und Ständen (die ohnmittelbahre Reichs=Ritterschafft mit eingeschlossen) hergebrachten Juribus, Hoheiten, und Privilegien ohnabbrüchig;

Als auch Uns geziemen will, und Wir hiermit versprechen, die Römische Königliche Crone förderlichst zu empfangen, so sollen und wollen Wir alles dasjenige darbey thun, so sich derenthalben gebühret, auch alle und jede Churfürsten um ihr Ampt zu versehen, zu solcher Crönung erfordern, und, was zwischen beeden Churfürsten zu Mayntz und Cölln, wegen der unter ihnen der Crönung halber entstandener Irrungen, gütlichen beygelegt und verglichen worden, das wollen Wir hiermit gleichfalls confirmiret und bestätiget haben;

Wir sollen und wollen auch die Churfürsten, ihre

ihre Nachkommen und Erben, bey ihrer freyen Wahl-Gerechtigkeit, nach Inhalt der güldenen Bulle, verbleiben lassen; und nachdem von Chur-fürsten und Fürsten ohnlängst zu Regenspurg, nach Anleitung Articuli octavi Instrumenti Pacis, von der Wahl eines Römischen Königs bey Lebzeiten eines erwehlten und regierenden Römischen Käysers, gehandelt und verglichen worden, daß die Churfürsten nicht leichtlich zur Wahl eines Römischen Königs vivente Imperatore schreiten, es wäre dann, daß entweder der erwehlte und regierende Römische Käyser sich aus dem Römischen Reich begeben, und beständig oder allzulang aufhalten wolte, oder derselbe wegen seines hohen Alters, oder beharrlicher Unpäßlichkeit, der Regierung nicht mehr vorstehen könte, oder sonsten eine anderwärtige hohe Nothdurfft, daran des Heil. Römischen Reichs Conservation und Wohlfahrt gelegen, erforderte, einen Römischen König noch bey Lebzeiten des regierenden Käysers zu erwehlen, und dann, daß in solchem ein-und andern angeregten, wie auch erstgedachten Nothfall, die Wahl eines Römischen Königs durch die Churfürsten, mit oder ohne des regierenden Römischen Käysers Consens, wann derselbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Ursach verweigert werden solte, vorgenommen, und damit der güldenen Bulle, auch ihrem von dem Heil. Römischen Reich tragenden Ampt und Pflichten nach, von ihnen allerdings frey und ohngehindert verfahren werden solle. So wollen und

sollen

sollen Wir diesen der Churfürsten und Fürsten unter einander verabfaßten Schluß, wie hiemit beschiehet, für genehm- und Uns deme gemäß und conform halten.

Wir lassen auch zu, daß die Churfürsten je zu Zeiten, vermög der güldenen Bulle, und nach Gelegenheit und Zustand des Heil. Römischen Reichs zu ihrer Nothdurfft, auch, so sie beschwerliches Obliegen haben, zusammen kommen mögen, dasselbe zu bedencken und zu berathschlagen, daß Wir auch nicht verhindern noch irren, und derohalben keine Ungnad oder Widerwillen gegen ihnen sämtlich oder sonderlich schöpffen und empfangen, sondern Uns in dem und andern der güldenen Bulle gemäß gnädiglich und unverweigerlich halten sollen und wollen.

Wollen auch die Vicarios des Reichs, wie von Alters hero auf sie kommen, und die güldene Bulle, alte Rechte, und andere Gesetze und Freyheiten vermögen, so es zu Fällen kommen oder die Nothdurfft und Gelegenheit erfordern wird, bey ihrem gesonderten Rath, in Sachen das Heil. Römische Reich belangend, geruhiglich bleiben und gantz ungekräncket lassen, auch nicht nachgeben, daß die Vicariaten und deren Jura, sambt was denenselben anhängig, von jemand disputiret oder bestritten werden; Wo aber darwider von jemand etwas gesucht, gethan, oder die Churfürsten in deme gedrungen würden, das doch keines Wegs seyn solle, daß alles solle nichtig seyn.

Wir sollen und wollen auch alles das, so durch

die

die zwey des Heil. Römischen Reichs Churfürsten und Vicarien inmittler Zeit der Vacantz, und bis Wir die Wahl-Capitulation in Person beschworen, folglich das Regiment würcklich angetreten, laut der güldenen Bulle, und Vermög der Reichs-Ordnungen, gehandelt und verliehen, genehm halten, auch confirmiren und ratificiren, in der allerbeständigsten Form, wie sich dasselbige geziemet und gebühret.

Nachdemahlen sich auch eine Zeitlang zuträget, daß ausländischer Potentaten, Fürsten, Republiquen Gesandte, und zwar diese unter dem Nahmen und Vorwand, als wären die Repubiquen vor gecrönte Häupter, und also denenselben in Würden gleich zuachten, an denen Käyserlichen Höfen und Capellen die Præcedentz vor denen Churfürstlichen Gesandten prætendiren wollen; So sollen und wollen Wir inskünfftige solches weiter nicht gestatten; Wäre es aber Sach, daß neben denen Churfürstlichen Gesandten der rechttitulirten und gecrönten regierenden ausländischen Könige, Königlicher Wittiben, oder Pupillen (denen die Regierung, so bald Sie ihr gebührendes Alter erreichet, zu führen zustehet, und inmittelst in der Tutel oder Curatel begriffen seynd) Pottschaffter zugleich vorhanden wären, so mögen und sollen zwar dieselbe denen Churfürstlichen Gesandten, diese aber allen andern auswertiger Republiquen Gesandten, und auch denen Fürsten in Person, ohne Unterscheid vorgehen, und unter Ihnen, nemlich denen Churfürstlichen Gesandten Primi

Ordi-

Ordinis, es mögen auch deren mehr als einer seyn, an Unserm Käyserlichen Hof, auch sonsten aller Orthen, in-und ausser dem Reich, keine Distinction mehr gemachet, sondern allen und jeden gleiche Honores in allem, wie denen Königlichen Gesandten, gegeben werden;

Auch sollen und wollen Wir im übrigen die Vorsehung thun, daß denen Churfürsten selbst, Ihre von Alters hergebrachte, und sonst gebührende Würde und Prærogativen erhalten, und darwider von frembder Regenten und Republiquen Gesandten, oder anderen, an Unserm Käyserlichen und Königlichen Hof, oder, wo es sich sonst begeben könte, nichts nachtheiliges oder neuerliches vorgenommen oder gestattet werde.

Es sollen auch bey Käyserlichen und Königlichen Crönungen, und anderen Reichs-Solennitäten, denen Immediaten Reichs-Grafen und Herren, die im Reich Sessionem & Votum haben, vor anderen Aus-und Innländischen Grafen und Herren, wie auch Käyserlichen Räthen und Cammer-Herren, und zwar gleich nach dem Fürsten-Standt vor allen andern, weil Sie im Reichs-Fürsten-Rath Votum & Sessionem hergebracht, deßwegen Ihnen auch billig, wie bey denen Consultationibus, Oneribus und Beschwerlichkeiten, also auch solchen Actibus solennibus, die Stelle, und was deme anhanget, gelassen, und ebenmässig ausser solchen Reichs-Festivitäten am Käyserlichen Hof und allen Orthen observiret werden.

Wir wollen auch die Verfügung thun, wann

derChurfürsten Ambts-Verweser und Erb-Aembter bey unserem Käyserlichen Hoff begriffen, daß dieselbe jederzeit, und insonderheit, wann und so offt Wir auf Reichs-Wahl- und anderen dergleichen Tägen, Unsern Käyserlichen Hof begehen, oder Sachen vorfallen, darzu die Erb-Aembter zugebräuchen seynd, in gebührendem Respect gehalten, und ihnen von Unseren Hof-Aembtern keines Wegs vor-oder eingegriffen werde; oder da je, wegen Abwesenheit, ihre Stellen mit berührten Unseren Hof-Aemtern je zuweilen ersetzet werden sollen, so wollen Wir doch, daß ihnen denen Churfürstlichen Ambts-Verwesern und Erb-Aemtern, einen Weg als den andern, die von solchen Verrichtungen fallende Nutzbarkeiten, weniger nicht, als ob Sie dieselbe selbst verrichtet und bedienet, ohnweigerlich gefolget, und gelassen, und nicht von denen Hof-Aemtern entzogen werden.

Und weil bey Auffrichtung der Policey- und Tax-Ordnung auf Reichs- und Wahl-Tägen das Directorium zu führen, und solche Ordnung in Unserm Nahmen zu publiciren, dem Ertz-Marchall-Ampt zukommet und gebühret, so solle von Unserem Hof-Marchall-Ampt oder anderen, weder unterm Prætext Käyserlicher Commission, noch sonst darinnen, so zu solchem Reichs-Ampt gehörig ist, Hinderung gemacht, und etwas Nachtheiliges concediret werden, gleichwohl aber dem Hof-Marchall in seinen zukommenden und von dem Ertz-Marchall-Ampt dependirenden Ampts-Verrichtungen, durch Unsere Lands-Regierung,

oder andere kein Eintrag oder Hinderung gemacht werden.

IV.

In allen Berathschlagungen über die Reichs-Geschäffte, insonderheit diejenige, welche in dem Instrumento Pacis nahmentlich exprimirt, und dergleichen, sollen und wollen Wir die Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs Ihres Juris Suffragii sich gebrauchen lassen, und ohne derselben Reichs-Tägige freye Beystimmung in selbigen Dingen nichts fürnehmen noch gestatten.

Wir sollen und wollen auch Uns in Zeit Unserer Regierung gegen die benachtbarte Christliche Gewälte friedlich halten, Ihnen allerseits zu Widerwärtigkeit gegen das Reich keine Ursache geben, weniger das Reich in fremde Kriege implicire, sondern Uns aller Assistentz, daraus dem Reich Gefahr und Schaden entstehet, gäntzlich enthalten, auch kein Gezänck, Vehte noch Krieg in und ausserhalb des Reichs von desselben wegen, unter keinerley Vorwand, wie der auch seye, oder Bündnuß mit Ihnen machen, es geschehe dann solches mit der Churfürsten, Fürsten und Stände Consens auf offenem Reichs-Tag, oder zum wenigsten der sämtlichen Churfürsten Vorwissen, Rath und Einwilligung; dergleichen Reichs-Kriege, so dann nach Inhalt der Reichs-Constitution, der Executions-Ordnung, und deß Instrumenti Pacis geführet, auch die Generalität samt denen von Uns, und dem Reich, in gleicher Anzahl

zahl beeder Religionen, bestellten Kriegs-Raths Directorn und Räthen, so wohl als das gantze Kriegsheer in Unsere und des Reichs Pflichten genommen werden solle, wie solches alles die auf solche Reichs-Kriegs-Fälle ergangene Reichs-Schlüsse erforderen, und mit sich bringen: wo wir aber des Reichs wegen angegriffen würden, mögen wir Uns aller dem Reich ohnnachtheiligen Hülffe gebrauchen.

Jedoch sollen und wollen Wir, weder in währendem Krieg, noch auch sonst, in der Churfürsten, Fürsten und Stände Landen und Gebieth keine Vestungen von neuem anlegen oder bauen, noch auch zerfallene oder alte wiederum erneuern, vielweniger anderen solches gestatten oder zulassen, inmassen dieses allein die Landes-Herren nach denen Reichs-Satzungen in Ihren Territoriis zu thun befugt und berechtiget seynd.

Sodann sollen und wollen Wir auch keinen Frieden, ohne der Churfürsten, Fürsten und Stände Zuthun und Einwilligung schliessen, und insonderheit bey dessen Erfolg ernstlich daran seyn, damit das von dem Feind im Reich occupirte oder in Ecclesiasticis & Politicis geänderte, zu der betruckten Stände und deren Unterthanen Consolation, in den alten denen Reichs-Fundamental-Gesetz-und Frieden-Schlüssen (worunter doch die Augspurgische Confessions-Verwandte den Rißwickischen Frieden nicht verstanden haben wollen, die Catholische aber sothane

Reservation an seinen Orth außgestellt seyn lassen) gemäßen Stand restituiret werde.

Absonderlich aber sollen und wollen Wir dasjenige, was zu Münster und Oßnabrück, zwischen Unsern Vorfahren am Reich, dem Heil. Römischen Reich, und sämbtlichen Churfürsten, Fürsten und Ständen an einem, dann denen mit-paciscirenden Cronen am andern Theil gehandelt, und geschlossen worden, ohnverbrüchlich halten, darwider weder vor Uns etwas vornehmen, noch andern dergleichen zu thun gestatten, wodurch dieser allgemeine immerwährende Fried und wahre aufrichtige Freundschafft gekräncket, betrübt oder gebrochen werde.

Und dieweil denen fremden Potentaten je zu Zeiten im Reich ihre Werbungen anzustellen, wohl verstattet wird, auch in dem Instrumento Pacis, und denen Reichs-Constitutionibus vorhin zur Genüge versehen, wie weit einem Stand, oder angesessenen des Reichs, sich bey Auswertigen in Kriegs-Dienste zubegeben oder einzulassen erlaubt, so sollen und wollen Wir, dafern etwa von uns oder anderen einiges Volck im Reich, oder in seinen eigenen Landen, zu ausländischer Potentaten Diensten geworben würde, zuvorderist dahin sehen, daß das Reich der Mannschafft nicht entblösset werde, auch die Verfügung thun, daß die Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, samt allen dessen angehörigen, bey obgemeldter Werbung mit Versamlung, Durchfuhr, Einquartirungen, Muster-Plätzen, oder sonst in einige an-

dere

dere Wege, wider die Reichs-Constitutiones, und das Instrumentum Pacis, nicht beschweret, oder darwider verfahren werde.

Und nachdeme auch jezuweilen verschiedene Immediat-Fürstenthümer, Stiffter, Graf- und Herrschafften, ohne einig Recht und Befugnüs, durch auswertige Völcker mit Einquartirung und andern Kriegs-Ungelegenheiten höchst beschweret werden, und dahero des so theuer erworbenen Frieden-Schlusses in nichts geniessen mögen, vielmehr dem Reich entzogen, und gleichsam zu Mediat-Ständen gemacht werden wollen; Als versprechen Wir nicht allein durch eyfferige Interposition die Abstellung zu befördern, sondern auch vermög der Reichs-Constitutionen bey denen nechst-angesessenen Crayß-Ständen die Vorsehung zuthun, daß ermeldten ohnmittelbaren Fürstenthümern, Stifftern, Graf- und Herrschafften kräfftiglich assistiret, und sie bey ihrer zustehenden Immedietät per omnia gelassen werden, bey welchem allen Wir Churfürsten, Fürsten und Stände, ingleichen die freye Reichs-Ritterschafft, samt deren allerseits Landen, Leuten und Unterthanen nach vermögen schützen, manuteniren und handhaben, und darwider in keinerley Weiß beschweren lassen wollen.

V.

Wir sollen und wollen auch die Churfürsten, und andere des Heil. Römischen Reichs Stände, mit Cantzley-Geldern, Nachreisen, Auf-

lagen, und Steuern, ohne Noth nicht beladen noch beschweren, auch in zugelassenen nothdürfftigen ohnverzüglichen Fällen die Steueren und dergleichen An-und Auflagen, es sey zu Kriegs-oder Friedens-Zeiten, anders nicht, als mit Rath, Wissen und Verwilligung der Churfürsten, Fürsten und Stände, auf allgemeinen Reichs-Tägen ansetzen, dieselbe in denen gewöhnlichen Läg-Städten durch die von denen Creyssen dahin verordnete Bediente empfangen lassen, und daran seyn, damit der Rückstand von denen vorhin bewilligten Reichs-Steuern eingetrieben, und von dem Reichs-Pfennig-Meister jedesmahl dem Reich, oder wen dasselbe bey der Verwilligung zur Aufnahm solcher Rechnungen verordnen wird, auf dem nechst darauf folgenden Reichs-Tag, wann es nicht Anlagen betrifft, welche zu eines Römischen Käysers freyer Disposition verwilliget worden, richtige Rechnung gethan werde, auch die von denen Reichs-Ständen eingewilligte Steuren, und Hülffen zu keinem andern Ende, als darzu sie gewilliget worden, anwenden.

Wollen auch nicht gestatten, daß ein Stand, welcher Sessionem & Votum bey Reichs-Conventen hat, von solchen Reichs-Hülffen und Anlagen, unter was Vorwand solches geschehen möge, sich Befreyungs-weiß eximire, oder von auswertigen eximirt werde, so wollen Wir auch selbsten keine Exemptiones oder Moderationes der Anschläge und Matricul, ohne Vorwissen u. Verwilligung der Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs erthei-

ertheilen, sondern vielmehr daran seyn, daß der Punctus Redintegrationis Circulorum, Moderationis Matriculæ & Peræquationis, auf gemeinem Reichs- oder einem absonderlichen Moderations-Tag, rechtmäßig, und förderlichst vorgenommen, und erörtert, auch im übrigen jeder Stand zu Leistung seiner Schuldigkeit angehalten, und wider die contumaces vermög der Executions-Ordnung verfahren werde.

VI.

Wir wollen und sollen auch vor Uns selbst, als erwehlter Römischer Käyser, in des Reichs-Händeln keine Bündnüs oder Einigung mit andern in- oder ausserhalb des Reichs machen, Wir haben dann zu vorhero der Churfürsten, Fürsten und Stände Bewilligung auf einem Reichs-Tag hierzu erlangt, da aber publica Salus & Utilitas eine mehrere Beschleinigung erforderte, da sollen und wollen Wir aller Churfürsten sämtliche Einwilligung zu gelegener Zeit u. Mahlstatt, und zwar auf einer Collegial-Zusammenkunfft, und nicht durch absonderliche Erklärungen, bis man zu einer gemeinen Reichs-Versamlung kommen kan, wie sonst in allen andern des Reichs Sicherheit concernirenden Sachen, also auch in dieser, erlangen: wann Wir auch ins künfftige Unserer eigenen Landen halber einige Bündnüß machen würden, so solle solches anderer gestalten nicht geschehen, als unbeschädiget des Reichs, und nach Innhalt des Instrumenti Pacis.

Soviel aber die Stände des Reichs insgemein belanget, solle denenselben allen und jeden das Recht Bündnüß unter sich, und mit auswertigen zu ihrer Sicherheit und Wohlfahrt zu machen, dergestalt frey bleiben, daß solche Bündnüß nicht wider den regierenden Römischen Käyser und das Reich, noch wider den allgemeinen Land-Frieden, und Münster-und Oßnabrückischen Frieden-Schluß sey, und daß diß alles nach laut desselben, und unverletzt des Eyds geschehe, womit ein jeder Standt dem regierenden Römischen Käyser, und dem Heil. Römischen Reich verwandt ist; daß auch die von fremden Potentaten begehrende Hülffe also, und nicht anders begehret werde, noch gethan seye, dann daß dadurch dem Reich keine Gefahr zuwachsen möge.

VII.

Ferner sollen und wollen Wir über die Policey-Ordnungen wie die seynd, und noch ferner auf dem Reichs-Tag geschlossen werden, halten, und die Commercia des Reichs nach Möglichkeit befördern, desgleichen auch die grosse Gesellschafften, und Kauffgewerbs-Leuthe, und andere, so bishero mit ihrem Geld regieret, ihres Willens gehandelt, und mit Wucher und unzulässigen Vorkauff und Monopolien viele Ungeschicklichkeiten dem Reich, und dessen Innwohnern und Unterthanen mercklichen Schaden, Nachtheil und Beschwerung zugefügt, und noch täglich einführen und gebähren thun, mit der Churfürsten, Fürsten

Fürsten und anderer Stände Rath, immassen, wie deme zu begegnen, hiebevor auch bedacht und vorgenommen, aber nicht vollstrecket worden, gar abthun; keines Wegs aber jemanden einige Privilegia auf Monopolia (es geschehe solches bey Kauffhandel, Manufacturen, Künsten und andern in das Policey-Wesen einlauffenden Sachen, oder wie es sonst Nahmen haben möge) ertheilen, sondern da dergleichen erhalten, dieselbe, als denen Reichs-Satzungen zuwider, abthun und aufheben: wann auch in denen benachbarten Landen die Durch- oder Einfuhr und Verhandlung der im Reich gefertigten Manufacturen, und guter aufrichtiger Waaren verboten seynd, oder verboten werden solten, weil solches der Freyheit der Commercien zuwider, so sollen und wollen Wir Uns desselben Abstellung angelegen seyn lassen, im wiedrigen aber die Vorsehung thun, daß andere Waaren hinwider aus ermeldten Landen ins Reich zubringen, gleicher gestalt nicht zugelassen seyn solle.

VIII.

Wir sollen und wollen auch insonderheit, dieweil die Teutsche Nation, und das Heil. Römische Reich zu Wasser und Land zum höchsten damit beschweret, nun hinführo (doch unbeschädiget der vor Aufrichtung gegenwärtiger Wahl-Capitulation, mit Beobachtung der zu selbiger Zeit erforderlichen Requisiten gewilligter, und von Unseren Vorfahren Röm. Käysern, abson-

derlich denen Churfürsten des Reichs ertheilten, und in Observantz gebrachten Zoll-Concessionen, Prorogationen und Perpetuationen) keinen Zoll von neuem geben, noch einige alte erhöhen, oder prorogiren lassen, auch vor Uns selbst keinen aufrichten, erhöhen, oder prorogiren, es seye dann nicht allein mit aller und jeder Churfürsten Wissen und Willen, Zulassen, und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß also in diesem Stück verfahren, daß keines Churfürstens Wieder-Rede oder Dissens dargegen, und dergestalt alle und jede in dero Collegial-Stimmen einmüthig seyn, massen dißfals die Majora nicht zu attendiren, und ohne die Unanimia nichts zum Stand zu bringen, sondern auch die interessirte Benachbarte und derjenige Creyß, in welchem der neue Zoll aufgerichtet, oder ein alter erhöhet, prorogiret, oder perpetuiret werden will, darüber gehöret, deren darwieder habende Bedencken und Beschwerden gebührend erwogen, und nach befundener Billigkeit beobachtet worden.

Gleicher Gestalt wollen und sollen Wir auch allen denenjenigen, so um neue Zölle, es seye zu Wasser oder Land, oder der alten Erhöhung, oder auch solcher Erhöhung Prorogation anhalten werden, keine Vertröstung oder Promotorial-Schreiben an die Churfürsten geben, noch ausgehen lassen, sondern dieselbe schlechter Dinge einer Collegial-Versammlung der Churfürsten zu erwarten, erinneren, und neben dem Churfürstlichen Collegio jedesmahl dahin sehen, damit

durch

durch die ertheilende neue Zölle und Concessiones, andere Churfürsten, Fürsten und Stände in ihren vorhin habenden Zoll-Einkünfften und Rechten keine Verringerung, Nachtheil oder Schaden zu leyden haben;

Auch weder am Rhein noch sonsten einigem Schiffbahren Strohm im Heil. Reich keine armirte Schiff-Außlägere, Licenten, noch andere ungewöhnliche Exactionen, oder was sonsten zu Sperr- und Verhinderung der Commercien, vornehmlich aber den Rheinischen und anderen Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs zu Schaden und Schmählerung Ihrer hohen Regalien, und anderer Gerechtigkeiten und Herkommens gereichig, verstatten oder zulassen: derentwegen Wir dann auch nicht zugeben wollen, daß, wo ein in den Rhein gehender Fluß weiters Schiffreich gemacht werden könte, und wolte, solches durch eines oder andern angelegenen Stands darauf eigennützig vorgenommen verhinderlichen Bau verwehret werde, sondern es sollen solche Gebäu zu Beförderung des gemeinen Wesens wenigstens also eingerichtet werden, daß die Schiffe ohngehindert auf- und abkommen können, und also der von GOtt verliehenen stattlichen Gelegenheit und Beneficirung der Natur selbsten ein Stand weniger nicht als der andere, nach Recht und Billigkeit sich gebrauchen möge.

Auf den Fall auch einer oder mehr, wes Standes oder Wesens er oder die wären, einige neue Zölle, oder eines alten Ersteigerung oder Porogati-

gation, in ihrem Chur- und Fürstenthum, Graf- und Herrschafften, und Gebiethen, zu Wasser und zu Land, in Auf- und Abführen, für sich selbst, ohne der vorigen Römischen Käyser und des Churfürstlichen Collegii Bewilligung, und damahlige Requisiten angestellet und aufgesetzet hätten, oder künftiglich anders, als obgemeldet anstellen, oder auffsetzen würden, oder falls auch jemanden diejenige Zoll-Concession, so er von einem Römischen Käyser und denen Churfürsten auf sich und seine Leibs-Erben erlanget, hernach ohne Ihr, der Churfürsten, Bewilligung und Beobachtung gehöriger Requisiten auf andere Erben hätte extendiren und erweitern lassen, den oder dieselbe, sobald Wir dessen von Uns selbsten in Erfahrung kommen, oder von andern Anzeige davon empfangen, wollen Wir durch Mandata sine Clausula und andere behörige nothdürfftige Rechts-Mittel, auch sonsten in alle andere mögliche Wege abhalten, und was also vorgenommen worden, gäntzlich abthun und cassiren, auch nicht gestatten, daß hinführo jemand de facto und eigenes Vornehmens neue Zölle anstellen, für sich dieselbe erhöhen, oder sich deren gebrauchen und annehmen möge.

Wann auch einige, sie seyen gleich unmittelbar oder mittelbar dem Reich unterworffen, sich unterstanden haben, und noch unterstehen solten, unter ihren Thoren, oder sonst anderen Orthen, in- und vor denen Städten, die ein- aus- und durchgehende Waaren, Getreyd, Wein, Saltz, Viehe,

Viehe, und anderes, mit gewissen Aufschlag, un-
ter dem Nahmen Accis, Umbgeld, Niederlag,
Stand- und Marck-Recht, Pforten-Brücken-
und Weg-Kaufhauß-Rent-Pflaster-Steinfuh-
ren- und Cento-Gelder, Multer, Steuer, und
anderen dergleichen, Impoſten zubeschwehren,
solches alles aber in dem Effect und Nachfolg für
nichts anders, als einen neuen Zoll, ja offtmahls
weit höher zuhalten, und denen benachbarten
Churfürsten, Fürsten und Ständen, deren Lan-
den, Leuthen, und Unterthanen, auch dem gemei-
nen Kauf- und Handelsmann, zu nicht geringen
Schaden und Ungelegenheit gereichig, auch der
Freyheit der Commerciorum des Handels und
Wandels zu Wasser und Land schnurstrack zu-
wieder, so sollen und wollen Wir, bey Eintret-
tung Unserer Regierung, hierüber gewisse Infor-
mation einziehen lassen, auch worinnen solche un-
zuläßige Beschwerungen und Mißbräuche beste-
hen, von denen Benachtbarten Churfürsten, Für-
sten und Ständen Nachricht erfordern, und dann
dieselbe, wie nicht weniger am Rhein, und an-
dern Schiffbaren Ströhmen, geklagte neuerlich
und zur Ungebühr vor und unter währendem
dreyßigjährigen Teutschen Krieg aufgerichtete und
erhöhete Zölle und Licenten, auch ungebührliche
wider das Herkommen, auch alte und neue Ver-
träg lauffende Geleidt-Gelder, aller Orthen ohne
Verzug abstellen und aufheben, auch gegen die
Ubertreter gebührenden Ernstes Einsehen thun,
ingleichem unserm Käyserlichen Fiscal gegen die-
selbe

selbe auf vorgemeldte von Uns eingezogene Information, oder auf eines oder andern hierunter beschehene Denunciation, mit oder ohne des Denuncianten Zuthun, schleinigst zu verfahren, anbefehlen.

Gestalten auch jeder Churfürst, Fürst und Stand, so sich der habenden Zoll=Gerechtigkeit mißbrauchet, und diese mehrer oder weiter, als er befugt, erstrecket und erhöhet, oder noch fürohin und ins künfftige erhöhen und erstrecken würde, dieser mit der That selbsten, wann er nicht alsbalden solchen Excess, auf zuvor beschehene Erinnerungen der Creyß=Ausschreibenden Fürsten, mit Ernst abstellen würde, so lang ein solcher Churfürst, Fürst oder Stand im Leben seyn würde, und eine Communität auf dreyßig Jahre, würcklich verfallen und verwürcket, und derentwegen a competente Judice alsobald ad Declarationem geschritten werden, es auch in obigen allen eine gleiche Meynung und Verstand haben soll, wann schon der Ubertreter kein Immediat, sondern ein Mittelbarer Land=Stand wäre, mit dieser weiteren Erleuterung, daß wann einer aus denen Creyß=Ausschreibenden Fürsten mit Mißbrauchung der Zoll=Concession selbst interessiret wäre, die Ermahnung dem andern mit=ausschreibenden Fürsten obliegen, im Fall aber beede interessiret wären, oder ihr Ampt darunter zubeobachten unterliessen, solche Ermahnung denen andern Ständen des Creyses zustehen solle; und soll darneben einem jeden Churfürsten, Fürsten und

Stand

Stand, die freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen, erlaubt seyn, sich und die Seinige solcher Beschwerden, wie allschon vermeldet, selbst so gut er kan, zu erledigen und zu befreyen.

Dieweil sich aber zuträgt, daß zwar der Nahme des Zolls bisweilen nicht gebraucht, sondern unter dem Mißbrauch und Prætext einer Niderlag, Licent, Staffel-Gerechtigkeit, oder sonst, von den auf-und abfahrenden Schiffen und Waaren eben so viel, als wann es ein rechter Zoll wäre, erhoben, auch der Handlung und Schifffahrt, durch ungebührliche und abgenöthigte Aus- und Einladen, Ausschiffen und Ausschütten des Getreyds, und anderer Güter, merckliche grosse Beschwehr-und Verhinderung verursachet, und zugefüget wird: So sollen alle und jede dergleichen, sowohl unter währendem Krieg, als vor und nach demselben, auf allen Ströhmen, und Schiffbaren Wassern des Reichs, ohne Unterscheid neuerlich annassende Vornehmen, und in Summa alle ohne die zur selbigen Zeit erforderliche Requisita ausgebrachte, hinführo aber ohne ordentliche einhellige Bewilligung des Churfürstlichen Collegii, auch obgedachte von neuem statuirte Requisita ausbringende Zoll-Concessiones, oder sonst ein und andern Orths jetzt und ins künfftig vor sich unternehmende Usurpationes sothaner Auflagen, unter was Schein und Nahmen auch dieselbe erhalten worden, oder eigenes Gewalts und Willens durchzuführen, gesucht werden möchten, null und nichtig seyn; der-

gleichen

gleichen auch von Uns niemanden, von was Würden oder Stand auch der oder dieselben seyn, ohne oblauts des Churfürstlichen Collegii Consens und Einwilligung ertheilet werden, auch einem jedweden, des Heil. Reichs Churfürsten, Fürsten, und Stand, welcher sich damit beschweret findet, frey und bevorstehen, sich solcher Beschwerung, so gut er kan, selbsten zu entheben.

Doch soll denenjenigen Privilegien welche Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs (die freye Reichs-Ritterschaft mit eingeschlossen) von weyland denen vorgewesenen Römischen Königen oder Käysern, zur Zeit, da der Churfürstliche Consens per Pacta & Capitulationes noch nicht also eingeführet oder nöthig gewesen, rechtmäßig erlanget, oder sonsten ruhiglich hergebracht, hierdurch nicht præjudiciret oder benommen, sondern von Römischen Käysern auf gebührendes Ansuchen confirmiret, und die Stände dabey ohne Eintrag männigliches gelassen, alle unrechtmäßige Zölle, Staffel und Niederlage aber, so wohl auf dem Land, als auf denen Ströhmen, und desselben Mißbräuche, da einige wären, gleich cassirt oder abgethan, und inskünfftige gantz keine Privilegia auf Staffel-Gerechtigkeit mehr ertheilet werden, es geschehe dann, erstbesagter Massen, mit einmüthigem Collegial-Rath, und Bewilligung deren sämtlichen Churfürsten.

Und nachdem vormahls die Churfürsten, Fürsten und Stände an Dero, an Schiffbaren Ströhmen und sonst habenden Zöllen, mit vielen und

grossen

grossen Zollfreyungen, über ihre Freyheit und Herkommen, offtermals durch Beförderungs-Briefe, auch Exemptions-Befehle, und zum Præjuditz der Churfürsten, Fürsten und Stände Zoll-Gerechtigkeiten ertheilte Privilegia, und in andere Wege, ersuchet und beschweret worden; So sollen und wollen Wir solches, als unerträglich, abstellen, fürkommen, und zumahl nicht verhengen, noch zulassen, forthin mehr zu üben, noch zugeschehen, auch keine Exemptions-Privilegia mehr ertheilen, und die, so darwider ohne Consens des Churfürstlichen Collegii bey vorigen Kriegen ertheilet worden, sollen cassiret und ab seyn.

Auch sollen und wollen Wir diejenige Stände denen von Unsern Vorfahren, Römischen Käysern, mit Verwilligung des Reichs Churfürsten, mit dieser Maße und Vorbehaltung, entweder neue Zölle gegeben, oder die alte erhöhet oder prorogiret worden, daß sie mehrgedachte Churfürsten, derer Gesandte und Räthe, und deren Witben und Erben, bey ihrem Ein-und Abzug, wie auch ihre Unterthanen, Diener, Zugewandte und andere gefreyete Persohnen, auch derselben Haab und Güter, mit solchen von neuem gegebenen, erhöheten, oder prorogirten Zöllen nicht beschweren, sondern an allen und jeden Orthen ihrer Fürstenthümer und Landen mit ihren Waaren und Gütern Zollfrey durch passiren, verfahren und treiben lassen, sich auch sonst der Zolls-Erhöhungen halber gewisser vorgeschriebener massen verhalten, und darüber vermittels eines sonderbaren

verglichenen Reverses gegen die Churfürsten kräfftiglich verbinden sollen; die aber solche Revers noch nicht von sich gegeben mit allem Ernst, auch bey Verlust des concedirten Privilegii, dahin erinnern, und anhalten, sich hierinne der Schuldigkeit zu bequemen, und angeregten Revers ohne längern Verzug herauß zu geben, und denen Churfürsten einzuhändigen; denen aber, so inskünfftige obbeschriebener Massen neue Zölle, oder der alten Ersteigerung oder Prorogation erhalten werden, wollen Wir vor Heraußgebung solcher Reversen Unsere Käyserliche Concessiones keines Wegs ausfertigen, noch ertheilen lassen.

Damit man auch über die hin- und wider im Reich zu Wasser und Land eingeführte neue Zölle, und der alten Erhöhung, neben andern Impositen und Auflagen, ob und wie jeder Prætendent darzu berechtiget, destomehr beständige Information und Nachricht haben möge, so sollen und wollen wir Uns dessen bey jedes Creyses Ausschreibenden Fürsten erkundigen, darüber auch eine Specification geben lassen, wie weniger nicht eine solche Specification oder Information der Sache, auf den Fall da etwan die Creyß-Ausschreibende Fürsten selbsten gegen diese Verordnung der Zölle wegen handeln solten, von denen benachbarten und gravirten Ständen ein-und annehmen, und darauf der Abschaffung und Reduction halber wie obstehet, würcklich verfahren.

Nachdem auch die Billichkeit erfordert, daß Churfürsten, Fürsten und Ständen, und deren

Abge-

Abgesandten, so sich auf Reichs-Collegial-Deputations- und Creyß-Tägen befinden, oder alldahin verfügen, Ihre, an den Orth der anberaumten Zusammenkunfft, abschickende Mobilia und Consumptibilia, als Wein, Bier, Getreyd, Viehe, und andere Nothdurfften, ohne Zoll, Mauth, Aufschlag, oder einig anderes dergleichen Entgeld, wie es auch Nahmen haben mag, auf Fürweisung beglaubter und mit Ihre, der Churfürsten, Fürsten und Stände, oder Ihrer Abgesandten Unterschrifft und Insiegel bekräfftigter Urkundt, pass- und respective repassiret, zugleich wann jemand von diesen ableibete, deren Erben und Nachfolgere, ingleichem angeregte Mobilia, ohne Zoll, Mauth, Aufschlag oder anderwärtiges Entgeld, zurück und durchgelassen werden;

Als sollen und wollen Wir die würckliche Vorsehung thun, daß deme allem nachgelebet, und hierwieder kein Churfürst, Fürst oder Stand, noch dero Abgesandten, auf einigerley Weise beschweret werden.

IX.

DEnen jedesmahl vorfallenden Beschwerungen und Mängeln, der Müntz halber, sollen und sollen Wir zum förderlichsten mit Rath der Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs zuvor kommen, und in beständige Ordnung und Wesen zu stellen möglichsten Fleiß fürwenden, auch zu dem Ende diejenige Mittel, so im Reichs-Abschied de Anno 1570. wegen der in jedem

Creyß anzulegenden drey oder vier Creyß-Müntz-Stätten, item wegen der in Anno 1603. und auf vorigen, auch nachfolgenden Reichs-Tägen beliebten Conformität, so wohl im gantzen Römischen Reich, als auch mit denen Benachbahrten, und besonders der dabey denen Creyß-Directoriis aufgetragenen Abstraffung derer Contravenienten, und daraus resultirenden höchstnöthigen Abschaffungen der Hecken-Müntzen, durch Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs in gemein bedacht, in gute Obacht nehmen, und was ferner zuträgliches zu Abwendung aller dergleichen Unrichtigkeiten auf künftigen Reichs-Tägen vor gut befunden werden möchte, zumahlen nichts unterlassen.

Wir sollen und wollen auch hinführo ohne Vorwissen und absonderliche Einwilligung der Churfürsten, und Vernehmung, auch billiger Beobachtung desjenigen Creyses bedencken, darinne der neue Müntz-Stand gesessen, niemand, wes Standes oder Wesens der seye, mit Müntz-Freyheiten oder Müntz-Stätten begaben, und begnedigen, auch wo Wir beständig befinden, daß diejenige Stände, denen solches Regal und Privilegium verliehen, dasselbe dem Müntz-Edict, und anderen zu desselben Verbesserung erfolgten Reichs-Constitutionen zugegen, mißbrauchet, oder durch andere mißbrauchen lassen, und sich also ihrer Müntz-Gerechtigkeit ohne fernere Erkäntnüs verlustiget gemachet, Ihnen, wie auch denenjenigen, so solches Regal nicht rechtmäßig erhalten,

ten, oder sonsten beständig hergebracht, dasselbe nicht allein verbiethen, und durch die Creyß wieder sie gebührend verfahren lassen, sondern auch einem solchen privirten Stand, ausser einer allgemeinen Reichs-Versamlung und der Stände Bewilligung, nicht restituiren, wie Wir dann auch gegen diejenige, so obgedachter Massen das ihnen zukommende Müntz-Regale gegen die Reichs-Constitutiones mißbrauchet, oder durch andere mißbrauchen lassen, nebst der Privation gedachtes ihres Regalis, auch mit der Suspension a Sessione & Voto (jedoch auf Arth und Weiße, wie in dem ersteren Articul dieser Capitulation enthalten) verfahren, und solchen suspendirten Stand gleichfalls anders nicht, als auf einen gemeinen Reichs-Tag, nach gegebener Satisfaction, restituiren lassen sollen und wollen. Woferne sich aber dergleichen bey Mediat-Ständen und anderen, so dem Reich immediate nicht, sondern Churfürsten, Fürsten und anderen Reichs-Ständen unterworffen, begäbe, alsdann solle durch dero Landes-Fürsten und Herrn wieder Sie, wie sich gebühret, verfahren, und solche Müntz-Gerechtigkeit ihnen gäntzlich geleget, cassiret, und ferner nicht ertheilet werden, massen dann Wir auch denen mittelbaren Ständen mit dergleichen und anderen höheren Privilegien, ohne Mit-Einwilligung der Churfürsten, und Vernehmung, auch billiger Beobachtung selbigen Creyßes Bedenckens, als obgedacht, und der mit Interessirten, vielweniger zu derselben Abbruch nicht willfahren wollen.

X.

Weiter und insonderheit sollen und wollen Wir dem Heiligen Römischen Reich, und dessen Zugehörungen, nicht allein ohne Wissen, Willen und Zulassen der Churfürsten, Fürsten und Stände sämbtlich nichts hingeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere Wege veräusseren oder beschweren, sondern Uns auch alles dessen, was etwan zur Exemption und Abreissung vom Reich Ursach geben könte, insonderheit der exorbitirenden Privilegien und Immunitäten enthalten; vielmehr aber Uns aufs höchste bearbeiten, und allen möglichen Fleiß und Ernst fürwenden, dasjenige so davon kommen, als verpfändete und verfallene Fürstenthum, Herrschafften und Lande, auch confiscirte und ohn-confiscirte merckliche Güther, die zum theil in anderer frembder Nationen Hände ohngebührlicher Weise erwachsen, zum förderlichsten wiederum darzu zubringen, zuzueignen und dabey bleiben zu lassen, vornemlich auch dieweil vorkommen, daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Herrschafften und Lehen, in Italien und sonst, veräussert worden seyn sollen, eigentliche Nachforschung derentwegen anzustellen, wie es mit solchen Alienationen bewandt, und die eingeholte Berichte zur Churfürstlichen Mayntzischen Cantzley, um solches zu der übrigen Churfürsten, Fürsten und Stände Wissenschafft zu bringen, inner Jahrs-frist nach Unserer angetretenen Königlichen Regierung anzu-

rechnen,

rechnen, ohnfehlbarlich einzuschicken, auch in diesem und obigen allen mit Rath, Hülff und Beystand der sämtlichen Churfürsten und Stände, jederzeit an die Hand zu nehmen, was durch Uns und Sie vor rathsam, nützlich und gut angesehen und verglichen seyn wird.

Weil auch dem Ritterlichen Johanniter-Orden in- und ausserhalb des Reichs, insonderheit bey denen hiebevorigen, 80. Jährigen Niederländischen Kriegen, gantz ohnverschuldet ansehnliche Güther entzogen, und bißhero vorenthalten worden, so wollen Wir solche Restitution durch gütliche Mittel zu beförderen Uns angelegen seyn lassen, jedoch dem Westphälischen Frieden unabbrüchig, und einen jeden an seinen Rechten ohne Præjuditz, und ob Wir selbst, oder die Unsere, etwas so dem Heil. Römischen Reich zuständig und nicht verliehen, noch mit einem rechtmäßigen Titul bekommen wäre oder würde, einhätten, das sollen und wollen Wir bey Unseren schuldigen und gethanen Pflichten demselben Reich ohne Verzug auf ihr, deren Churfürsten, Gesinnen wieder zu Handen wenden.

In alle Wege sollen und wollen Wir uns angelegen seyn lassen, alle dem Römischen Reich angehörige Lehen und Gerechtigkeiten, in- und ausserhalb Teutschland, sonderlich in Italien, aufrecht zu erhalten, und derentwegen zu verfügen, daß Sie zu begebenden Fällen gebührlich empfangen und renoviret, auch wieder allen unbilligen Gewalt die Lehen u. Lehen-Leute manuteniret, und ge-

X.

Weiter und insonderheit sollen und wollen Wir dem Heiligen Römischen Reich, und dessen Zugehörungen, nicht allein ohne Wissen, Willen und Zulassen der Churfürsten, Fürsten und Stände sämbtlich nichts hingeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere Wege veräusseren oder beschweren, sondern Uns auch alles dessen, was etwan zur Exemption und Abreissung vom Reich Ursach geben könte, insonderheit der exorbitirenden Privilegien und Immunitäten enthalten; vielmehr aber Uns aufs höchste bearbeiten, und allen möglichen Fleiß und Ernst fürwenden, dasjenige so davon kommen, als verpfändete und verfallene Fürstenthum, Herrschafften und Lande, auch confiscirte und ohn-confiscirte merckliche Güther, die zum theil in anderer frembder Nationen Hände ohngebührlicher Weise erwachsen, zum förderlichsten wiederum darzu zubringen, zuzueignen und dabey bleiben zu lassen, vornemlich auch dieweil vorkommen, daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Herrschafften und Lehen, in Italien und sonst, veräussert worden seyn sollen, eigentliche Nachforschung derentwegen anzustellen, wie es mit solchen Alienationen bewandt, und die eingeholte Berichte zur Churfürstlichen Mayntzischen Cantzley, um solches zu der übrigen Churfürsten, Fürsten und Stände Wissenschafft zu bringen, inner Jahrs-frist nach Unserer angetretenen Königlichen Regierung anzurechnen,

rechnen, ohnfehlbarlich einzuschicken, auch in diesem und obigen allen mit Rath, Hülff und Beystand der sämtlichen Churfürsten und Stände, jederzeit an die Hand zu nehmen, was durch Uns und Sie vor rathsam, nützlich und gut angesehen und verglichen seyn wird.

Weil auch dem Ritterlichen Johanniter-Orden in- und ausserhalb des Reichs, insonderheit bey denen hiebevorigen, 80. Jährigen Niederländischen Kriegen, gantz ohnverschuldet ansehnliche Güther entzogen, und bißhero vorenthalten worden, so wollen Wir solche Restitution durch gütliche Mittel zu beförderen Uns angelegen seyn lassen, jedoch dem Westphälischen Frieden unabbrüchig, und einen jeden an seinen Rechten ohne Præjuditz, und ob Wir selbst, oder die Unsere, etwas so dem Heil. Römischen Reich zuständig und nicht verliehen, noch mit einem rechtmäßigen Titul bekommen wäre oder würde, einhätten, das sollen und wollen Wir bey Unseren schuldigen und gethanen Pflichten demselben Reich ohne Verzug auf ihr, deren Churfürsten, Gesinnen wieder zu Handen wenden.

In alle Wege sollen und wollen Wir uns angelegen seyn lassen, alle dem Römischen Reich angehörige Lehen und Gerechtigkeiten, in- und ausserhalb Teutschland, sonderlich in Italien, aufrecht zu erhalten, und derentwegen zu verfügen, daß Sie zu begebenden Fällen gebührlich empfangen und renoviret, auch wieder allen unbilligen Gewalt die Lehen u. Lehen-Leute manuteniret, und ge-

handhabet werden, da auch Wir deren eins oder mehr Uns angehend befinden, so wollen Wir das oder dieselbe ohnweigerlich empfangen, oder wann das nicht bequemlich geschehen könte, deswegen dem Reich zu dessen Versicherung gebührenden Revers und Recognition zustellen; Weniger nicht sollen und wollen Wir inn- und ausserhalb dem Reich niemand mit Contribution über die Gebühr beschwehren lassen.

XI.

Wir sollen und wollen auch die Lehen- und Lehen-Briefe denen Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs (die unmittelbare Reichs-Ritterschafft mit begriffen) und andern Reichs-Vasallen, jedesmahl nach dem vorigen Tenor unweigerlich und ohne alle Contradiction, (als welche zum rechtlichen Austrag zu verweisen) ohngehindert wiederfahren, dabey auch dieselbe über die Edition der alten Pactorum Familiæ nicht beschweren, vielweniger die Reichs-Belehnung wegen erstgedachter Edition der Pactorum Familiæ (welchen jedoch, wann sie nach denen Reichs-Grund-Gesetzen, auch habenden und gleichfalls Reichs-Constitutions-mäßigen Käyserl. Privilegiis aufgerichtet, durch dergleichen Belehnungen an ihrer Validität und Verbindlichkeit nichts abgehen solle,) die seyen neue oder alte, wegen der illiquiden und streitigen Lehen-Taxen aufhalten, noch die Reichs-Lehen-Pflicht auf unser Hauß zugleich richten.

Wann auch ein Churfürst, Fürst, oder sonst ohn-

ohnmittelbahrer Stand und Lehen = Mann des Reichs, mit Tod abgehet, und minderjährige Lehens-Erben, sive puberes sive impuberes, hinter sich verlässet, so soll der Vormund oder die Vormündere, nach angetretener würcklichen Administration der Tutel oder Curatel, Ihr, der Minderjährigen, von dem Reich habende Regalien und Lehen innerhalb Jahr und Tag würcklich suchen, und bey der darauf folgenden Belehnung das gewöhnliche Juramentum Fidelitatis ablegen, und die Gebühr entrichten, an welche der Vormünder Empfang = und eydliche Versprechung die Minderjährigen selbst, nach erlangter Pubertät und respective Maiorennität, dergestalt gebunden seyn sollen, als wann Sie, Minderjährige, berührte Regalien und Lehen, nach übernommener Regierung selbst empfangen, und den Lehns-Eyd erstattet hätten; Dargegen sollen und wollen Wir Sie, Minderjährige, nach erlangter Ihrer Pubertät oder Maiorennität zu anderwertiger Empfängnüs solcher Lehen und Regalien, wie auch Lehens = Eyd, nicht, vielweniger einer doppelten oder weiteren Entrichtung der Lehens = Tax, anhalten, sondern Sie bey obgedachter ersten, den Vormündern ertheilen, Belehnung allerdings lassen; welche Meynung es dann auch haben solle, mit denjenigen Lehen, welche die Reichs = Vicarien in Krafft der güldenen Bulle verleyhen können.

Und sollen auch die Lehen = Briefe, und Exspectantien über des Heil. Reichs angehörige Lehen

bey keiner anderen, als bey der Reichs-Cantzley, inskünftige ertheilet und ausgefertiget werden, sodann, welche denen von vorigen Käysern ertheilten und bestätigten Anwartungen, auch darauf beschehenen und confirmirten Erb-Vergleichen zum Præjuditz, auf andere, so in denen alten Lehen-Briefen nicht begriffen, extendiret werden, gantz ungültig seyn.

Wann auch inskünftig Lehen, dem Reich durch Todes-Fälle oder Verwürckung eröffnet, und lediglich heimfallen werden, so etwas merckliches ertragen, als Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Grafschafft-Herschafften, Städte, und dergleichen, die sollen und wollen Wir, die Churfürstenthümer ohne des Churfürstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graf- und Herrschafften, Städte und dergleichen aber, ohne der Churfürstlichen, Fürstlichen auch (wann es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut) Städtischen Collegiorum, Vorwissen und Consens ferner niemanden leyhen, auch niemanden einige Exspectantz oder Anwartung darauf geben; sondern zu Unterhaltung des Reichs, Unser und Unserer nachkommender Könige und Käysere behalten, eintziehen und incorporiren, doch Uns von wegen Unserer Erb-Landen und sonst männiglich an seinen Rechten und Freyheiten, auch denen von Unsern Vorfahren am Reich denen Ständen propter bene Merita ertheilten, und denen Reichs-Constitutionibus gemässen Anwartungen, aufs künfftige

sich

sich erledigende Reichs-Lehen, an ihrer Kraft und Bindlichkeit unschädlich.

Auf den Fall aber zukünfftiger Zeit Churfürstenthum, Fürstenthum, Graffschafften, Herrschafften, Affter- und Lehenschafften, Pfandschafften und andere Güther, dem Heil. Römischen Reich mit Dienstbarkeiten, Reichs-Anlagen, Steuren, und sonsten verpflichtet, dessen Jurisdiction unterwürffig und zugethan, nach Absterben der Inhaber, Uns durch Erbschafften, oder in andere Wege heimfallen oder anwachsen, und Wir die zu Unseren Händen behalten, oder mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürsten, die Churfürstenthümer, dann die Fürstenthümer, Graf- und Herrschafften mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürstlichen und Fürstlichen Collegiorum, so dann auch (wann es nemlich, wie obgedacht, eine Reichs-Stadt betreffen thäte) des Städtischen, anderen zukommen lassen würden, oder, da Wir dergleichen allbereit in Unsern Händen hätten, daran sollen dem Heil. Reich seine Recht und andere schuldige Pflicht, wie darauf hergebracht, in dem Creyß, dem sie zuvor zugehöret haben, hindann gesetzt aller prætendirten Exemtionen, geleistet, abgerichtet und erstattet, auch solche Lande und Güther bey ihren Privilegien, Recht und Gerechtigkeiten in Geist- und Weltlichen Sachen, dem Instrumento Pacis gemäß, gelassen, geschützet und beschirmet werden.

Wir sollen und wollen auch neben andern die Reichs

Reichs-Steuren der Städte, und anderer Gefälle, so in sonderer Personen Hände erwachsen, und verschrieben seyn möchten, wiederum zum Reich ziehen, und zu dessen Nutzen anwenden, auch eine gewisse Designation, in was Stand dieselbe jederzeit seyn, innerhalb Jahres-Frist, nach würcklicher Antretung Unserer Käyserlichen Regierung, zu der Chur-Mayntzischen-Reichs-Cantzley zu fernerer Communication an die Stände einschicken, und nicht gestatten, daß solche dem Reich und gemeinen Nutzen wider Recht und alle Gerechtigkeit entzogen werden; es wäre dann, daß solches mit rechtmäßiger Collegial-Bewilligung sämtlicher Churfürsten beschehen wäre, dergleichen Bewilligung jedoch für das künfftige von Churfürsten, Fürsten und Ständen ertheilet werden sollen.

Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen, so das Reich betreffen und von hoher Præjuditz und weitem Aussehen seyn, bald Anfangs der Churfürsten, als Unserer innersten Räthe, Gedancken vernehmen, auch nach Gelegenheit der Sachen, Fürsten und Ständen Rath-Bedenckens Uns gebrauchen, und ohne dieselbe hierinnen nichts vornehmen.

XII.

Auch sollen und wollen Wir die Ergäntzung der Reichs-Creyse, wann es immittels nicht geschehen, befördern, und zu dem Ende denen Creyß-Ausschreibenden Fürsten, und wann es

die

die Nothdurfft erfordert, denen andern hohen Creyß=Aemptern, die würckliche Hand bieten, auch nicht hindern, sondern vielmehr daran seyn, daß sie, laut Instrumenti Pacis und der Reichs=Constitutionen, in Verfassung gestellet, und darinne beständig erhalten, und alles das, was in der Executions-Ordnung und deren Verbesserung versehen, gebührend beobachtet werde, wie Wir dann in der Reichs Executions=und Creyß=Ordnung nichts ändern wollen, ohne was gedachter Executions=Ordnung halber auf allgemeinem Reichs=Tag von allen Ständen beliebet und geschlossen werden möchte.

Wollen gleichfalls die ordinari Reichs-Deputation in ihrem Stand unverrückt lassen, und darinne weder an den verordneten Personen oder aufgetragenen Rechten und anderen, nichts ändern, es sey dann, daß solches ebenmäßig auf öffentlichen Reichs=Tägen von den gesamten Churfürsten, Fürsten und Ständen geschehe, doch vorbehaltlich der denen Römischen Käysern bey dergleichen Deputations-Conventen, vermög der Reichs=Satzungen zukommender Authorität, und mittels der Käyserlichen Commissarien mit denen Ständen fürgehender Vergleichung, allermassen bey Reichs=Tägen üblich und Herkommens.

XIII.

FErner sollen und wollen Wir, wann dermaleins die Comitia cessiren solten, wenigstens alle zehen Jahr, und sonst, so offt es die Sicher-

Sicherheit und Zustand des Reichs, oder einiger Creyse Nothdurfft erfordert, mit Consens der Churfürsten, oder da Uns die Churfürsten darum anlangen, und erinnern, einen allgemeinen Reichs-Tag, innerhalb des Reichs Teutscher Nation, halten, und also Uns mit denenselben jedesmahl vor der Ausschreibung sowohl der eigentlichen Zeit, als der Mahlstatt vergleichen, auf solchen Reichs-Tägen auch entweder in Person, oder per Commissarios in Termino erscheinen, und darauf so bald nach verschienenem Termino die Proposition thun, oder zum längsten nicht über 14. Tage aufhalten lassen, auch sonst so viel an Uns daran seyn, daß die Berathschlagungen, und Schlüsse nicht gehindert, sondern möglichster massen beschleuniget, und die in gedachter Proposition angezogene, wie auch die von Uns unter währendem Reichs-Tag etwan noch weiters proponirende, und sonsten jedesmahl obhandene Materien, von dem Chur-Mäyntzischen Reichs-Directorio proponiret, und zu gebührender Erledigung gebracht werden mögen; wie Wir dann nicht weniger über die an Uns von dem Reich geziemend gebrachte Gutachten Unsere Erklärung, und Decreta schleunigst ertheilen wollen.

Gestalten Wir dann auch obbemeldtem Churfürsten zu Mayntz, der Käyserl. Proposition zu folge, und dem Reich zum besten, ein- und andere Sachen, wie auch der klagenden Stände Beschwernüs, wann auch schon dieselbe Unsere Hauß-Reichs-Hoff- und andere Räthe und Bediente ihrer

rer Arth nach betreffen, in das Churfürstliche, oder in alle Reichs-Collegia zu bringen, zu proponiren, und zur Deliberation zustellen, keinen Einhalt thun, noch sonst in dem Chur-Mayntzischen Ertz-Cancellariat und Reichs-Directorio Ziel und Maaß geben, noch daran hinderlich seyn wollen, daß die in dergleichen Sachen eingegebene Memorialien, wann dieselbe anders mit behöriger Ehrerbietsamkeit eingerichtet seynd, zur Dictatur gebracht, und denen Ständen auf solche Weise communiciret werden mögen.

So soll auch in- und ausserhalb der Reichs-Täge denen Reichs- und Creyß-Ständen unverwehret seyn, so offt es die Noth und Ihr Interesse erfordert, entweder Circulariter, oder Collegialiter, oder sonsten ohngehindert männiglichen, zusammen zu kommen, und ihre Angelegenheiten zu beobachten.

XIV.

Wir sollen, und wollen auch bey dem Heiligen Vater dem Pabst, und Stuhl zu Rom, Unser bestes Vermögen anwenden, daß von demselben wieder die Concordata Principum, und die zwischen der Kirchen, Päbstl. Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und der Teutschen Nation, aufgerichtete Verträge, wie auch eines jeden Ertz- und Bischoffen, oder der Dom-Capitulen absonderliche Privilegia, und rechtmäßig hergebrachte Statuta und Gewohnheiten, durch ohnförmliche Gratien, Rescripten, Provisionen, Annaten,

naten, der Stifft Mannigfaltigung, Erhöhung der Officien im Römischen Hof, auch Reservation, Dispensation, und sonderlich Resignation, dann darauf unternehmende Collation all solcher Præbenden, Prælaturen, Dignitäten, und Officien (welche sonsten per Obitum ad Curiam Romanam nicht devolviret werden, sondern jederzeit, ohnerachtet in welchem Monat Sie auch ledig, und vacirend würden, denen Ertz- und Bischoffen auch Capitulen und anderen Collatoren heimfallen) wie weniger nicht per Coadjutorias Prælaturarum Electivarum, & Præbendarum, Judicatur super Statu Nobilitatis, oder in andere Wege, zu Abbruch der Stiffter, Geistlichkeit, und anders, wieder gegebene Freyheit und erlangte Rechten, darzu zum Nachtheil des Juris Patronatus, und der Lehen-Herren, in keine Weise nicht gehandelt, noch auch die Ertz- und Bischöffe im Reich, wann wieder dieselbe von denen Ihnen untergebenen Geistlichen oder Weltlichen etwan geklagt werden solte, ohne vorherige genugsame Information über der Sachen Verlauff, und Beschaffenheit (welche, damit keine sub- & obreptio contra facti veritatem Platz finden möchte, in partibus einzuhohlen) auch ohnangehörter Verantwortung des Beklagten, wann zumahl derselbe authoritate Pastorali zu Verbesserung, und Vermehrung des Gottesdienstes, auch zu Conservation, und mehrerer Aufnahm der Kirche, wieder die ungehorsame und übele Haußhälter verfahren hätte, mit Monitoriis, Inter-

Interdictis, und Comminationibus, oder Declarationibus Censurarum übereilet, oder beschwehret werden möchten; sondern wollen solches alles mit der Churfürsten, Fürsten, und anderer Stände Raht kräfftigst abwenden und vorkommen, auch darob und daran seyn, daß die vorbemeldte Concordata Principum, und aufgerichtete Verträge, auch Privilegia, Statuta, und Freyheit gehalten, gehandhabet, und denenselben festiglich gelebet, und nachkommen, jedoch was für Beschehrung darinne gefunden, daß dieselbe vermög deshalben gehabter Handlung zu Augspurg, in dem 1530. Jahr, bey gehaltenem Reichs-Tag abgeschaffet, und hinfürter dergleichen ohne Bewilligung der Churfürsten nicht zugelassen werde.

Gleichergestalt wollen Wir, wann es sich etwan begäbe, daß die Causæ Civiles von ihrem ordentlichen Gericht im Heil. Reich ab- und ausser dasselbe ad Nuntios Apostolicos, und wohl gar ad curiam Romanam gezogen würden, solches abschaffen, vernichten, und ernstlich verbieten, auch Unseren Käyserl. Fiscalen so wohl an Unserm Kayserl. Reichs-Hoff-Rath, als Cammer-Gericht, anbefehlen, wieder diejenige so wohl Partheyen als Advocaten, Procuratorn, und Notarien, die sich hinführo dergleichen anmassen, und darinn einiger Gestalt gebrauchen lassen würden, mit behöriger Anklag von Ambtswegen zu verfahren, damit die Ubertreter dem.sechstens ge-

bühreND angesehen, und bestraffet werden mögten.

Und weil um vorberührter Civil-Sachen willen zwischen Unsern, und des Reichs höchsten Gerichten, so dann denen Apostolischen Nuntiaturen mehrmahlige Streit, und Irrungen entstanden, indeme so ein- als anderen Orths die ab der Officialen Urtheil beschehene Appellationes angenommen, Processus erkannt, selbige auch durch allerhand scharffe Mandata zu gröster Irr- und Beschwehrung der Partheyen zu behaupten gesucht worden, wormit dann diesem vorgekommenen, und aller Jurisdictions-Conflict möchte verhütet werden, so wollen Wir daran seyn, daß die Causæ Sæculares ab Ecclesiasticis rechtlich distinguiret, auch die darunter vorkommende zweiffelhaftige Fälle durch gütliche mit dem Päbstlichen Stuhl vornehmende Handlung und Vergleich erlediget, fort der Geist- und Weltlichen Obrigkeit einer jeden ihr Recht, und Judicatur ohngestöret gelassen werden möge.

Doch so viel diesen Articul betrifft, denen der Augspurgischen Confession-zugethanen Churfürsten, auch Ihren Religions-Verwandten, Fürsten, und Ständen (die ohnmittelbare Reichs-Ritterschafft mit begriffen) und deren allerseits Unterthanen, unter denen Augspurgischen Confessions-Verwandten, die Reformirte mit eingeschlossen, welche unter Catholischer Geist- oder Weltlichen Obrigkeit wohnen, oder Landsassen seynd, dem Religion- und Prophan-Frieden, auch

auch dem zu Münster und Oßnabrück aufgerichteten Frieden-Schluß, und was deme anhängig, wie obgemeldt, ohnabbrüchig, und ohne Consequentz, Nachtheil und Schaden.

XV.

Wir wollen die unmittelbare Reichs- und der Stände Lands-Unterthanen in Unserm Käyserl. Schutz haben, und zu schuldigen Gehorsam gegen Ihre Landes-Obrigkeiten anhalten, wie Wir dann keinem Churfürsten, Fürsten und Stand (die unmittelbare Reichs-Ritterschafft mit begriffen) seine Landsassen, ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen, und mit Lands-Fürstlichen, auch andern Pflichten, zugethane Eingesessene, und zum Land gehörige, von deren Botmäßigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Lands-Fürstlicher hoher Obrigkeit, und sonst rechtmäßig hergebrachten respective Steuren, Zehenden, und anderen gemeinen Bürden, und Schuldigkeiten, weder unter dem Prætext der Lehen-Herrschafft, noch einigen anderen Schein eximiren, und befreyen, noch solches anderen gestatten, auch nicht gut heissen noch zugeben, daß die Landes-Stände die Disposition über die Landsteuer, deren Empfang, Ausgab, und Rechnungs-Recessirung, mit Ausschliessung des Landesherrn, privative vor- und an sich ziehen, oder in dergleichen, und anderen Sachen, ohne der Landes-Fürsten Vorwissen, und Bewilligung, Conventen anstellen, und halten, oder wieder des

jüngsten Reichs=Abschieds ausdrückliche Verordnung sich des Beytrages, womit jedes Churfürsten, Fürsten, und Standes Landsassen, und Unterthanen zu Besetz= und Erhaltung derer einem= und anderem Reichs=Stande zugehörigen nöthigen Vestungen, Plätze, und Garnisonen, wie auch zu Unseres, und des Heil. Reichs Cammer=Gerichts Unterhalt, an Hand zugehen schuldig seynd, zur Ungebühr entschlagen.

Auf den Fall auch jemand von denen Landes-Ständen oder Unterthanen wider dieses, oder andere obberührte Sachen bey Uns, oder Unserem Reichs=Hof=Rath, oder erstbemeldtem Cammer=Gericht, etwas anzubringen, oder zu suchen, sich gelüsten lassen würde, wollen Wir daran seyn, und darauf halten, daß ein solcher nicht leichtlich gehöret, sondern a Limine Judicii ab= und zu schuldiger Parition an seinen Landes=Fürsten und Herrn gewiesen werde; Gestalten Wir auch alle und jede dargegen, und sonsten contra Jus tertii, und ehe derselbige darüber vernommen, hiebevor sub- & obreptitie erhaltene Privilegia, und Exemtiones, samt allen derselben Clausulen, Declarationen, und Bestätigungen, wie auch alle darauf, und denen Reichs=Satzungen zuwider, an Unserm Kayserl. Reichs=Hof=Rath, oder Cammer=Gericht, wieder die Lands=Fürsten, und Obrigkeiten, ohne deroselben vorhero schrifftlich begehrten, und vernommenen Bericht, ertheilete Processus Mandata, & Decreta, prævia summaria causæ cognitione, für null und nichtig erklä-

erklären, und dieselbe cassiren, und aufheben sollen und wollen.

Alle unziemliche häßige Bündnüssen, Verstrickungen, und Zusammenthuung der Unterthanen, was Standes oder Würden die seyen, ingleichen die Empörung, und Aufruhr, und ungebührliche Gewalt, so gegen die Churfürsten, Fürsten und Stände (die unmittelbare Reichs-Ritterschafft mit begriffen) etwa vorgenommen seyn, und hinführo vorgenommen werden mögte, wollen Wir aufheben, und mit ihrer, der Churfürsten, Fürsten, und Stände, Rath und Hülffe daran seyn, daß solches wie es sich gebühret, und billig ist, in künfftiger Zeit verboten, und vorgekommen, keines Wegs aber darzu durch Ertheilung unzeitiger Processen, Commissionen, Rescripten, und dergleichen Ubereilung Anlaß gegeben werde, inmassen dann auch Churfürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbahre freye Reichs-Ritterschafft mitbegriffen) zugelassen, und erlaubt seyn solle, sich nach Verordnung derer Reichs-Constitutionen bey Ihren hergebrachten, und habenden Landes-Fürstl. und herrlichen Juribus selbsten, und mit Assistentz der benachbarten Stände, wider ihre Unterthanen zu manuteniren, und sie zum Gehorsam zubringen, jedoch andern Benachbarten, oder sonsten interessirten Ständen, ohne Schaden und Nachtheil; da aber die Streitigkeiten vor dem Richter mit Recht verfangen wären, sollen solche aufs schleunigste ausgeführet, und entschieden werden.

XVI.

Wir sollen und wollen im Heiligen Römischen Reich Fried und Einigkeit pflantzen, Recht- und Gerechtigkeit aufrichten, und verfügen, damit sie ihren gebührlichen Gang dem Armen, wie dem Reichen ohne Unterscheid der Personen, Standes, Würden, und Religionen, auch in Sachen Uns und Unseres Hauses eigenes Interesse betreffend, gewinnen und haben auch behalten, und denenselben Ordnungen, Freyheit, und alten löblichen Herkommen nach, verrichtet werden möge.

Wir sollen und wollen auch keinen Stand, oder Unterthanen des Reichs, zur Rechtfertigung ausserhalb dem Reich Teutscher Nation heischen und laden, oder auch wegen der Lehen-Empfängnis dahin zu kommen begehren, sondern vornehmlich innerhalb dessen, Sie alle und jede, laut der güldenen Bulle, der Cammer-Gerichts-Ordnung, und anderer Reichs-Gesetze, zur Verhör, und Ausführung ihres Rechtens kommen, und entscheiden lassen.

Wir sollen und wollen auch kein altes Reichs-Gericht verändern, noch ein neues aufrichten, es wäre dann, daß Wir mit Churfürsten, Fürsten, und Ständen solches auf einem allgemeinem Reichs-Tag für gut befunden.

Wir wollen die Justitz nach Inhalt des Instrumenti Pacis beym Cammer-Gericht, und Reichs-Hofrath unpartheilich administriren, auch verfü-

gen lassen, damit in Rechts-hängigen Sachen, und unter währender Litispendentz, kein Stand den andern mit Repressalien, Arresten, und anderen wieder die Reichs-Satz- und Ordnungen, auch wieder den abgemeinen Frieden-Schluß lauffenden Thätlichkeiten beschwehre, und darinne über die bereits aufgerichtete, und verbesserte, oder noch aufrichtende und verbesserende Cammer-Gerichts-Reichs-Hofraths- und Executions-Ordnung vest halten, dem Procefs dieser Reichs-Gerichte seinen starcken Lauff, auch keinen von dem andern eingreiffen, oder Processus avociren, vielweniger über die Sententias, und Judicata Cameræ von unserm Reichs-Hofrath, unter was vor Prætext es seye, cognosciren lassen, und dem Reichs-Hofrath, und Cammer-Gericht keinen Einhalt thun, noch von anderen im Reich directe, oder indirecte zu geschehen gestatten, insonderheit aber ermeldetem Käyserl. und Reichs-Cammer-Gericht bey seinen gerechtsamen Gerichtbarkeiten und Reichs-Constitutions-mäßigen Verfassung gegen männiglich in alle Wege schützen, erhalten, und handhaben.

Auch wider diese Unsere Zusage, die güldene Bull, die Reichs-Hofraths- und Cammer-Gerichts-Ordnung, oder wie dieselbe inskünfftig geändert, und verbessert werden mögte, den obangeregten Frieden in Religion- und Prophan-Sachen, auch den Land-Frieden, samt der Handhabung desselben, wie auch mehrgemeldten Münster- und Oßnabrückischen Frieden-Schluß, und

den zu Nürnberg Anno 1650. aufgerichteten Executions-Recess, und andere Gesetze, und Ordnungen, so jetzo gemacht, und künfftig mit der Churfürsten, Fürsten und Ständen Rath und Zuthuung mögten aufgerichtet werden, kein Rescript, Mandat, oder Commission, oder ichtwas anderes beschwerliches ausgehen lassen, oder zu geschehen gestatten, in einige Weise, oder Wege; und weil auch Beschwerde geführet worden, ob solten gegen vorgemeldte Reichs-Hoffraths-Ordnung einige Contraventiones vorgangen seyn, so sollen und wollen Wir solche nach angetretener Unserer Regierung untersuchen, und der Sachen rechtlichen Gebühr nach remediren lassen.

Weiter sollen und wollen Wir auch für Uns selbsten wider obgemeldte güldene Bulle, und des Reichs Freiheit den Frieden in Religion-und Prophan-Sachen, auch Münster-und Oßnabrückischen Frieden-Schluß und Land-Frieden, samt der Handhabung desselben, von niemand nichts erlangen, noch auch ob Uns, oder Unserm Hauß etwas dergleichen aus eigener Bewegnis gegeben würde, nicht gebrauchen, ob aber diesen und anderen in dieser Capitulation enthaltenen Articulen, und Puncten einiges zuwider erlanget, oder ausgehen würde, das alles soll krafftlos, todt, und abseyn, inmassen Wir es jetzt, alsdann, und dann als jetzt hiermit cassiren, tödten, und abthun, und, wo Noth, den beschwehrten Partheyen derhalben nothdürfftige Uhrkund, und brieffliche

Schein

Schein zugeben, und widerfahren zu lassen, schuldig seyn wollen, Arglist und Gefährde hierinnen ausgeschieden.

Auch wollen Wir nicht gestatten, verhengen, oder zugeben, daß andere Unsere Räthe, und Ministri, wie die Nahmen haben mögen, ingesamt, oder jemand derselben, sich in die Reichs-Sachen, welche vor den Reichs-Hofrath gehören, einmischen, oder darinne auf einigerley Weise demselben eingreiffen, vielweniger mit Befehlen oder Decreten beschwehren, oder irren, oder ihme in cognoscendo vel judicando, oder sonst in einige Wege, Maße und Ziel geben, noch auch, daß einige Processe, Mandata, Decreta, Erkändtnüsse, und Verordnungen, wes Nahmens oder Gestalt dieselbe seyn mögen, anderswo als im Reichs-Hofrath resolviret, noch ohne dessen Vorbewust expediret werden sollen.

Wann auch dem allen zu entgegen inskünfftige etwas wiedriges vorgenommen werden, oder entstehen mögte, das soll an sich selbst null und nichtig, auch der Reichs-Hofrath samt und sonders pflichtig, und verbunden seyn, deswegen geziemende Erinnerung zu thun, die Wir dann damit allergnädigst anhören, und sie nechst ungesäumter Abstellung der angezeigten Eingriffen, und Beschwerden wider männigliches Anfeinden schützen, und das gesamte Reichs-Hofraths-Collegium, bey der ihme gebührenden Autorität gegen andere Unsere Räthe, und Ministros ernst- und kräfftiglich handhaben sollen und wollen.

Wo auch im Reichs-Hof-Rath in wichtigen Justitz-Sachen ein Votum oder Gutachten abgefasset, und Uns referiret werden solte, wollen Wir Uns solches in Anwesen des Reichs-Hof-Raths Præsidenten und Reichs-Vice-Cantzlers, mit Zuziehung der Re- und Correferenten, und anderer Reichs-Hof-Räthe beyder Religionen, insonderheit wann die Sache Partheyen beederley Religions-Verwanden betreffen, vortragen lassen, mit denenselben darüber berathschlagen, und in keinen andern Rath resolviren.

Was auch einmal in erstgedachtem Unserem Reichs-Hof-Rath oder Cammer-Gericht in Judicio contradictorio cum debita Causæ Cognitione ordentlicher Weise abgehandelt und geschlossen ist, dabey soll es foderist allerdings verbleiben, und nirgend anders, es seye dann durch den ordentlichen Weg der in offtermelden Frieden-Schluß beliebter, und nach dessen Art. 5. §. quoad processum Judiciarium &c. anstellender Revision, oder Supplication, von neuem in Cognition gezogen.

Die am Käyserl. Cammer-Gericht aber anhängig gemachte, und noch in unerörterten Rechten schwebende Sachen von dar nicht ab, noch an Unsern Reichs-Hof-Rath gefordert, noch von Uns aufgehoben, und dargegen inhibiret, oder sonst auf andere Weise rescribiret, auch was künftig dargegen vorgenommen als null und unkräftig vom Cammer-Gericht gehalten werden.

Auch

Auch sollen und wollen Wir gleich nach angetretener Unserer Regierung per Decretum von dem Reich ein Gutachten wegen zu verbesserender Unserer Reichs = Hof = Raths = Ordnung erforderen, und so weiters sothane Verbesserung möglichster Dinge beförderen, und fort dieselbe zu ihrem Stand bringen lassen.

XVII.

WAnn nun im Reichs = Hof = Rath oder Cammer = Gericht, ein End = Urtheil gefället, und dasselbe Kraft Rechtens ergriffen, so sollen und wollen Wir dessen Execution in keinerley Weise noch Wege hemmen oder hindern, vielweniger dieselbe verschieben, sondern damit nach der Reichs=Hof=Raths = oder Cammer=Gerichts= und Executions=Ordnung schlechter Dinge, ohne einige Verzögerung und Beobachtung einiger, denen Rechten nach, wider die Execution nicht zuläßiger Exception, verfahren und vollziehen, und dergestalt einen jedweden ohne Ansehen der Personen schleunig zu seinen erstrittenen Rechten verhelffen.

Wiewohl aber, obverstandener massen, das Beneficium Revisionis & Supplicationis im Reich statt hat, damit jedoch dadurch die abgeurtheilte Rechtfertigung nicht wieder zur Bahn gebracht, noch die erhobene Streitigkeiten an dem Käyserlichen Cammer = Gericht oder Reichs = Hof = Rath gar unsterblich, oder die Justitz krafftloß gemacht werden möge, so wollen Wir sothane Revi-

Revisiones nicht allein nach aller Möglichkeit beschleunigen, befördern, und die Revisores durch gebührende Mandata, so offt es von nöthen, darzu anmahnen, sondern auch zu desto mehrerer Abkürtzung solcher Revisionen Unsers Käyserl. Cammer-Gerichts, die dißfalls in dem Reichs-Abschied de Anno 1654. beliebte, und noch ferner beliebende Ordnung, genau in acht nehmen, und denenselben keinen Effectum suspensivum zugestehen noch gestatten, mit der im Reichs-Hof-Rath an stat der Revision gebräuchlicher Supplication, auch nach Inhalt des Instrumenti Pacis Art. 5. §. quoad Processum Judiciarium &c. und nach der Reichs-Hofraths-Ordnung, allerdings verfahren, und darob seyn, daß derselben ein Genügen geleistet, und darwider keines Wegs gehandelt werden möge.

Wie dann auch kein Stand des Reichs in Sachen, so præviam causæ cognitionem erfordern, mit Käyserl. Decretis aus Unserem Geheimen Rath beschweret, noch dieselbe in Judicio angezogen werden sollen.

Wir sollen auch res judicatas Imperii gegen allen auswärtigen Gewalt kräfftiglich schützen und manuteniren, auch auf begebenden Fall einiger Potentat, oder Republic die ordentliche Execution des Reichs verhindern, sich derselben einmischen, oder widersetzen würden, solches nach Anleitung des Instrumenti Pacis, oder Executions-Ordnung, und der Reichs-Constitutionen, ab-

kehren,

kehren, und alle behörige Mittel dargegen vorwenden.

Bey diesen hohen Gerichten wollen Wir niemanden mit Cantzley-Geldern oder Tax-Gefällen beschwehren, noch beschwehren lassen, auch keine andere Cantzley-oder andere Taxen gebrauchen, als die von gesamten Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs auf öffentlichem Reichs-Tag beliebet, und verglichen seynd, und dieselbe ohne Vorbewust, und Einwilligung der Stände nicht erhöhen, noch von andern erhöhen lassen.

In der Lehen-Tax aber wollen Wir bey der Verordnung der gülden Bulle, vermög deren von einer Belehnung, wann gleich verschiedene Lehen empfangen werden, mehrers nicht, als ein einfacher Tax, zu entrichten, verbleiben, und darwieder kein Herkommen einwenden, noch einige Erhöhung ohne der Stände Willen aufkommen lassen, vielweniger die Churfürsten, Fürsten und Stände mit den Anfalls-Geldern von denen Lehen, damit sie allbereit coinvestiret gewesen, oder sonst, mit ungewöhnlichen und neuerlichen Anforderungen nicht beschwehren noch beschwehren lassen.

XVIII.

Wir sollen und wollen auch einigen Reichs-Stand, der die Exemption von des Reichs Jurisdiction, entweder durch Verträge mit dem Römischen Reich, oder durch Privilegia, oder andere rechtmäßige Titul, von Römischen Käy-

Käysern vorhin nicht erlanget, noch in deren Besitz erfunden wird, von des Reichs höchsten Gerichten sich zu eximiren, und auszuziehen, inskünfftige nicht gestatten, dahingegen denenjenigen Ständen, welche die Exemption von des Reichs Jurisdiction, entweder durch Verträge mit dem Römischen Reich, oder durch Privilegia, oder andere rechtmäßige Titul von denen Römischen Käysern vorhin erlanget, und in deren Besitz erfunden worden, die Eximir- und Ausziehung von des Reichs höchsten Gerichten inskünfftig gestatten, und sie nach Anleitung der Cammer-Gerichts-Ordnung part. 2. tit. 27. und des Instrumenti Pacis Art. octavo, dabey schützen und handhaben.

Wir wollen auch die Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren, und andere Stände des Reichs, (die ohnmittelbare Reichs-Ritterschafft mit begriffen) und dero allerseits Unterthanen im Reich, mit rechtlicher oder gütlicher Tagleistung von ihren ordentlichen Rechten nicht dringen, erfordern oder vorbescheiden, sondern einen jeden bey seiner Immedietät, Privilegiis de non appellando & evocando, sowohl in Civil- als Criminal-Sachen, Electionis Fori, dem Jure Austregarum, tam Legalium quam Conventionalium, vel Familiarium, bey der ersten Instantz, und deren ordentlichen unmittelbaren Richtern, mit Aufheb- und Vernichtung aller der bis dahero etwa dagegen, unter was Schein und Vorwand es seyn möge, beschehenen Contraventionen, ergangenen Rescripten, Inhibitorien

und Befehlen bleiben, und keinen mit Commissionen, Mandaten, und andern Verordnungen, darwider beschwehren, oder eingreiffen, noch auch durch den Reichs-Hof-Rath und das Cammer-Gericht oder sonst eingreiffen, in specie aber bey Erkennung der Commissionen die Verordnung des Instrumenti Pacis Art. 5. §. In Conventibus Deputatorum 51. genau beobachten lassen.

In Ertheilung aber der jetzt gemeldten Privilegiorum de non appellando, non evocando, Electionis fori, und dergleichen, welche zu Ausschließ- und Beschränckung des Heiligen Reichs Jurisdiction, oder der Stände älteren Privilegien, oder sonst zum Præjudiz eines Tertii ausrinnen können, sollen und wollen Wir die Nothdurfft Väterlich beobachten, und nach Inhalt des Reichs-Abschieds de Anno 1654. mit Concession der Privilegien erster Instantz, oder sonderbarer Austräge auf diejenige, welche dieselbe bishero nicht gehabt, oder hergebracht, fürters an Uns halten.

Als auch von Churfürsten, Fürsten und Ständen schon von langenhero, sowohl wider das Käyserl. Hof-Gericht zu Rothweil, als das Weingartenische- und andere Land-Gerichte in Schwaben, allerhand grosse Beschwehrungen vorkommen, auf unterschiedlich hiebevorigen Reichs-Conventen angebracht, und geklaget, dahero auch im Friedens-Schluß deren Abolition halber allbereit Veranlassung geschehen; So wollen Wir im-

immittelst, biß solchen der Ständen Beschwerden würcklich aus dem Grunde abgeholffen, und von der Abolition erst-berührter Hof- und Land-Gerichten auf dem Reichs-Tag ein gewisses statuiret werde, ohnfehlbarlich daran seyn, daß die eine Zeithero, wider die alte Hof- und Land-Gerichts-Ordnung extendirte Ehehaffts-Fälle abgethan, und die darbey sich befindliche Excessus und Abusus, (zu welcher Erkundigung Wir ohn-interessirte Reichs-Stände ehist deputiren, und solches an die Chur-Mayntzische Cantzley, um daß von dannen denen übrigen des Heiligen Römischen Reichs Churfürsten, Fürsten und Ständen, davon Nachricht gegeben werden möge, notificiren wollen), fürderlichst aufgehebet, sonderlich aber Churfürsten, Fürsten und Stände, bey ihren darwider erlangten Exceptions-Privilegien, ohnerachtet solche cassiret zu seyn vorgewendet werden möchte, gehandhabet werden, und nachdem jedem gravirten frey stehen soll, von mehrermeldten Hof- und Land-Gerichten entweder ad Aulam Cæsaream, oder an Unser und des Reichs Cammer-Gericht, ohne einige Unsere Widerrede oder Hinderung zu appelliren; In alle Wege aber wollen Wir der Churfürsten und ihrer Unterthanen, auch anderer von alters hergebrachte Exemption, von vorberührten Rothweylischen und andern Gerichten, bey ihren Kräfften erhalten, und sie darwider nicht turbiren, noch beschwehren lassen.

XIX.

XIX.

Was die Zeithero einem Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren, der Reichs-Ritterschaft, und anderen, oder dero Vor-Eltern und Vorfahren, Geist- oder weltlichen Standes, ohne Recht, gewaltiglich genommen, oder abgetrungen, nach Innhalt des Münster- und Oßnabrückischen Friedens-Executions-Edict, arctioris modi exequendi, und Nürnbergischen Executions-Recesses, zu restituiren rückständig ist, und annoch vorenthalten wird, dazu sollen und wollen Wir einem jedweden, der Billigkeit nach, wider männiglich ohne Unterscheid der Religion, verhelffen, auch dasjenige, so Wir selbsten, vermöge jeztgedachten Frieden-Schlusses, und darauf zu Nürnberg und sonsten aufgerichteter Edictorum, & arctioris modi exequendi, zu restituiren schuldig, einem jedweden, so bald, und ohne einige Verweigerung vollkommentlich restituiren, bey solchem auch, so viel Wir Recht haben, schützen und schirmen, auch sowohl denen in Unseren und anderen der Churfürsten, Fürsten und Stände, respective, Erb-Königreichen und Landen, eingesessenen Immediat-Ständen, als den Einheimischen, ohnpartheyisch- und gleiches Recht widerfahren lassen, ohne alle Verhinderung und Aufenthalt.

Und ob auch einiger Churfürst, Fürst, oder anderer Stand (die freye Reichs ohnmittelbahre Ritterschafft mit eingeschlossen) seiner Regalien,

Immedietät, Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten halber, daß sie ihme geschwächet, geschmählert, genommen, entzogen, bekümmert und betrückt worden, mit seinem Gegentheil und Widerwärtigen zu gebührlichen Rechten kommen, und ihn fürfordern wolte, dasselbe sollen und wollen Wir, wie alle andere ordentlich schwebende Rechtfertigungen, nicht verhindern, sondern vielmehr beförderen, und zur Endschaft beschleunigen, auch zu behauptung der neuerlichen, ohne Consens der Churfürsten, und sonst dem vorhergegangenen 8. Art. zugegen, unternommenen Zöllen, Auflagen, und Attentaten, einige Processe oder Mandata nicht erkennen.

Wann auch Land-Stände und Unterthanen wieder ihre Obrigkeit Klag führen, so sollen und wollen Wir, insonderheit wann es die Landes-Herrliche Obrigkeit und Regalien, als in specie die Jura Collectarum, Armaturæ, Sequelæ, Landes-Defension, Besetzung der Vestungen, und Unterhaltung der Guarnisonen, nach Innhalt des Reichs-Abschieds de Anno 1654. §. 180. **Und gleichwie** &c. und dergleichen betrifft, ad nudam instantiam subditorum keine Mandata noch Protectoria ertheilen, sondern nach Innhalt jetztgedachten Reichs-Abschieds, §. 105. **Benebens sollen Cammer-Richter,** &c. und §. 168. **Was dann Churfürsten, Fürsten und Ständen,** &c. zuförderist die Austräge in acht nehmen, wo aber die Jurisdictio fundiret, dennoch ehe, und bevor die Mandata ergehen, die beklag-

beklagte Obrigkeit mit ihrem Bericht und Gegen-Nothdurfft zuförderist vernehmen, (gestalten bey dessen Hinterbleibung ihnen verstattet und zugelassen seyn solle, solchen Mandatis keine Parition zuleisten) und wann alsdenn sich befinden würde, daß die Unterthanen billige Ursach zu klagen haben, dem Procefs schleunig, doch mit Beobachtung der Substantialium, abhelffen, immittels gleichwohl sie zum schuldigem Gehorsam gegen ihre Obrigkeit anweisen: In Straf-Fällen sollen und wollen Wir auch denenjenigen so in der Sach cognosciren, oder denen darinnen Commission aufgetragen worden, von der Strafe nichts versprechen, noch die geringste Hoffnung darzu machen.

XX.

Wir sollen und wollen auch in Acht-und Oberacht-Sachen, Uns demjenigen, was vermöge Instrumenti Pacis, in dem jüngern Reichs-Abschied §. **Nachdeme auch in dem Münster- und Oßnabrückischen Frieden-Schluß**, &c. verglichen und statuiret worden, allerdings gemäß, ver-absonderlich aber auch darauf halten, daß hinführo niemand hohen oder niedern Standes Churfürst, Fürst, oder Stand, oder anderer, ohne rechtmäßig-und genugsame Ursache, auch ungehört, und ohne Vorwissen, Rath und Bewilligung des Heiligen Reichs Churfürsten, Fürsten und Stände, in Acht oder Oberacht gethan, gebracht und erkläret, sondern

in denen künftigen Casibus, darinne nach Beschaffenheit des Verbrechens auf die Acht oder Privation, entweder von Käyserlichen Fiscal-Ampts wegen, oder auf Anruffung des Lædirten und klagenden Theils, zu procediren und im Rechten zu verfahren, und darüber Wir entweder an dem Reichs-Hofrath, oder Unserm und des Reichs-Cammer-Gericht pro Administratione Justitiæ angerufen, und imploriret werden, zuförderst in Decretirung oder Auslassung derer auf die Reichs-Acht oder Privation gebetenen Ladungen und Mandaten, so dann in der Sache weiterer Ausführung bis zum Beschluß, auf des Heil. Reichs hierüber vorhin gefaßte Gesetze, und Cammer-Gerichts-Ordnung, genau und sorgfältig Achtung geben, damit der Angeklagte nicht præcipitiret, sondern in seiner habenden rechtmässigen Defension, der Nothdürfft nach, angehöret werde; wann es dann zum Schluß der Sache kommet, so sollen die ergangene Acta auf öffentlichen Reichs-Tag gebracht, durch gewisse hierzu absonderlich vereydigte Stände (den Prälaten- und Grafen-Stand mit eingeschlossen) aus allen dreyen Reichs-Collegiis in gleicher Anzahl der Religionen examiniret und überleget, deren Gutachten an gesamte Churfürsten, Fürsten und Stände referiret, von denen der endliche Schluß gefasset, und das also verglichene Urtheil, nachdeme es von Uns, oder Unserm Commissario, gleichfalls approbiret, in Unserm Nahmen publiciret, auch die Execution, sowohl in diesen als anderen Fällen

len anders nicht, als, nach Innhalt der Execu-tions-Ordnung, durch den Creyß, darinnen der Aechter gesessen, und angehörig, fürgenommen und vollzogen werden.

Was nun deme also in die Acht erklärten abgenommen wird, das sollen und wollen Wir Uns und Unserm Hauß nicht zueignen, sondern es solle dem Reich verbleiben, vor allen Dingen aber dem beleydigten Theil daraus Satisfaction geschehen, jedoch, so viel die Particular-Lehen, so nicht immediate von Uns und dem Reich, sondern von andern herrühren, betrifft, dem Lehen-Herrn, auch sonsten der Cammer-Gerichts-Ordnung, und einem jeden an seinen Recht- und Gerechtigkeiten unbeschadet; gestalten auch im Heil. Römischen Reich bey verwürckten Gütern des Aechters desselben Verbrechen denen Agnaten, und allen andern, so Anwartung und Recht daran haben, und sich des Verbrechens in der That nicht theilhafftig gemacht, an ihrem Jure succedendi in feudum und Stamm-Gütern, nicht præjudiciren, sondern das Principium, als ob auch Agnati innocentes propter feloniam des Aechters des dadurch verwürckten Lehens, und anderen, zu priviren, keines weges statt haben soll; und da auch der gewalt-thätiger weiß entsetzte und spoliirte, pendente Processu Banni, um ohnverlängte Restitution anhalten würde, so sollen und wollen Wir daran seyn, daß dem Kläger nach Befindung ohne Verzug und ohnerwartet des Ausgangs des, quoad Pœnam Banni, anhängig gemachten Pro-

cesses, zu seiner uneingestellten Redintegration durch zulängliche Mittel, vermöge der Cammer-Gerichts-Ordnung, und anderer Käyserlichen Constitutionen, cum pleno Effectu verholffen werden solle.

Und wann auch auf vorbeschriebene Maße, Form und Weiße, wie von Puncten zu Puncten versehen, nicht verfahren würde, so soll alsdann selbige ergangene Achts-Erklärung und Execution, ipso Jure vor null und nichtig gehalten werden; und so viel das Bannum Contumaciæ belanget, wollen Wir selbiges, als ein aus vielen Considerationen unzulängliches Mittel gar abthun, und es in civilibus causis auch bey denen civilibus coercendi & compellendi mediis bewenden lassen.

Wir sollen und wollen auch dasjenige, was ein- oder andern Orts in den verwürckten Reichs-Landen und Lehen vor Veränderungen vorgangen, gleich nach angetretener Unserer Regierung genau untersuchen, und mit Zuziehung, Bey-Rath und Gutbefinden des Churfürstlichen Collegii, solche Vorsehung machen lassen, wie die vorhergehende Capitulationes, die Constitutiones Imperii, auch die Justitz, solches erfordern, und an die Hand geben thun.

XXI.

Wir gereden und versprechen auch, daß Wir die Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs (die freye Reichs-Ritterschafft mit ihren ange-

angehörigen Lehen mitbegriffen) die seyen gelegen wo sie wollen, wann derselben Vasallen oder Unterthanen ex crimine læsæ Majestatis, oder sonst, dieselbe verwürcket hätten, oder noch verwürcken möchten, nach ihrem Willen schalten und walten lassen, keines wegs aber dieselbe zum Käyserlichen Fisco einziehen, noch ihnen die vorige, oder andere Vasallen aufdringen, die Allodial-Güter auch, welche ex crimine læsæ Majestatis, oder sonst vorgesetzter massen verwürcket seynd, oder werden mögten, denen mit den Juribus Fisci belehnten, oder dieselbe sonsten durch beständiges Herbringen habenden Churfürsten, Fürsten und Ständen, unter welcher Obrigkeitlicher Botmässigkeit sie gelegen, nicht entziehen, sondern die Landes-Obrigkeiten oder Dominos Territorii mit derer Confiscirung gewehren lassen.

Sollen und wollen auch die Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und andere Stände des Reichs (die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) in ob-erzehlten, oder andern Fällen, unter dem Schein des Rechtens und der Justitz, nicht selbst vergewaltigen, solches auch nicht schaffen, noch andern zu thun verhengen, sondern wo Wir oder jemand anders zu ihnen allen, oder einem insonderheit Zuspruch oder einige Forderung vorzunehmen hätten, dieselbe wollen wir samt und sonders, Aufruhr, Zweytracht, und andere Unthat im Heil. Römischen Reich zu verhüten, auch Friede und Einigkeit zu erhalten, vor die ordentliche Gerichte, nach Aus-

weisung der Reichs-Abschied, Cammer-Gerichts-Executions-Ordnungen, zu Münster und Oßnabrück aufgerichteten Friedenschlusses, auch zu Nürnberg darauf erfolgten Edicten, zur Verhör und gebührlichen Rechten stellen und kommen, auch daselbst sowohl in cognoscendo als exequendo nach obbesagten Reichs-Constitutionen und Friedenschlüssen, verfahren lessen, und mit nichten gestatten, daß sie, worinnen sie ordentlich Recht leyden mögen, und dessen erbiethig seynd, mit Raub, Nahmb, Brand, Pfändung, Vehden, Krieg, neuerlichen Exactionen und Anlagen, oder anderer gestalt, beschädiget, angegriffen, überfallen und beschweret werden, oder da dergleichen Vergewaltigung von ihm gegen einen oder andern Reichs-Stand vorgenommen worden, oder würde, so sollen und wollen Wir alsobald die sichere Anstalt machen, daß die beleydigte Stände unverlängt restituiret, und der zugefügte Schaden nach unpartheyischer Erkändnus durch beyderseits benandte Arbitros, oder auf einem Reichs-Tag nach billigen Dingen ersetzet werde.

XXII.

BEy Collation Fürstlich- und Gräflicher, auch anderer Dignitäten, sollen und wollen Wir Zeit unserer Königlichen und Käyserlichen Regierung dahin sehen, damit ins künfftige auf allen Fall dieselbe allein denen von uns ertheilet werden, die es vor anderen wohl meritiret, im Reich gesessen, und die Mittel haben, den affecti-

renden

renden Stand pro Dignitate auszuführen: Niemand aber von denen neu-erhöhenden Fürsten, Grafen und Herren, zur Session und Stimm im Fürsten-Rath, oder Gräflichen Collegiis, mit Decretis und dergleichen zu statten kommen, auch keinen derselben, wer der auch seye, zum Præjudiz oder Schmählerung einiges alten Hauses oder Geschlechtes, desselben Dignität, Standes und üblichen Tituls, mit neuen Prædicaten, höhern Titulen oder Wappen-Briefen begaben.

So soll auch des ein- oder andern, unter Chur-fürsten, Fürsten und Ständen des Reichs gesessenen und begüterten dergleichen höhere Standes-Erhöhung, dem Juri Territoriali nicht nachtheilig seyn, und die ihme zugehörige, und in solchen Landen gelegene Güter, einen als den andern Weg unter voriger Landes-Fürstlicher Jurisdiction verbleiben, wie dann, wo ein- oder ander Stand erweißlich darthun würde, daß er gegen solches bis daher graviret, und an seinen Gerechtsamen durch neue Standes-Erhöhungen beeinträchtiget worden, derselbe mit seinen habenden Beschwerden, genüglich gehöret, und das unbillig vorgegangene geändert und abgestellet werden solle.

Sollen und wollen auch in fleißige Obacht nehmen, und verschaffen, daß alle die Expeditionen, so in Gnaden- und andern dergleichen Sachen, insonderheit aber Diplomata über den Fürsten-Grafen- und Herren-Stand, auch Nobilitationen, Palatinaten (auf deren Mißbrauchungen absonderliche Obachtung zu halten, und die Miß-

bräuchere empfindlich zubestraffen seynd) und Käyserlichen Raths=Titulen, samt anderen Freyheiten und Privilegien, welche Wir unter dem Nahmen eines Römischen Königs oder Käysers ertheilen werden, bey keiner andern, als der Reichs=Cantzley, wie solches von alters herkommen, auch Unserer und des Reichs Hoheit gemäß ist, geschehen sollen: wie dann in Krafft dieses diejenige Diplomata, so bey einer andern, als der Reichs=Cantzley, unter Käyserl. Titul und Nahmen zeit währender Unserer Käyserlichen Regierung expediret werden, hiemit null und nichtig seyn, und die Impetranten ehe und bevor sie aus der Reichs=Cantzley gegen gebührende Tax=Erlegung confirmiret, und legitimiret, dafür im Reich nicht geachtet, noch ihnen das Prædicat oder Titul gegeben werden solle.

Was aber für Gnaden=Briefe, Standes=Erhöhungen, und andere Privilegien, in Unserer Reichs=Cantzley ausgefertiget, und von dar aus anderen Unseren Cantzleyen intimirt werden, dieselbe sollen hiemit schuldig seyn, gedachte Intimationes nicht allein ohne alles Entgeldt, oder Abforderung einer neuen Tax= und Cantzley=Jurium, wie die Nahmen haben mögen, anzunehmen, sondern auch denen Impetranten dem erhaltenen Stand und Privilegio gemäß, das verwilligte Prædicat und Titul in denen Expeditionibus daselbsten unweigerlich zu geben, und bey Vermeydung der darinne gesetzten Poen, nicht zu entziehen.

Weil

Weil auch dem Reichs-Cantzley-Tax-Amt, und andern Bedienten, an deren nothwendigen Unterhalt die Nachlaß und Moderation der Tax-Gefälle, sodann daß über die Käyserliche Concessiones der Privilegien, Standes-Erhöhungen und anderer Gnaden, die gewöhnliche Diplomata der Gebühr nicht ausgelöset werden, zu grosser Schmählerung und Abgang gereichet; als sollen und wollen Wir zu dessen weiterer Verhütung, neben dem Churfürsten zu Mayntz, als Ertz-Cantzlern, daran seyn, und darauf halten, daß von ihme, der allein, als des Reichs Ertz-Cantzler, die Nachlaß und Moderation zu thun berechtiget ist, an denen üblichen Reichs-Cantzley-Juribus und Taxen von obgedachten Käyserlichen Concessionen der Privilegien, Standes-Erhöhungen, und anderen Gnaden, nichts mehr nachgelassen und moderiret werde.

Wir sollen und wollen auch, daß denen, so von Uns dergleichen Begnadigungen inskünftige erlangen, und, innerhalb 3. Monath-Zeit hernach darüber ihre Diplomata bey der Reichs-Cantzley nicht redimiren und erheben, sich der verwilligten Gnade und Concessionen zu rühmen, oder deren sich würcklich zugebrauchen, keines weges zugegeben, oder verstattet werden, sondern die Käyserl. Begnadigungen sollen solchen falls nach erwehnten Termin ipso facto hinwieder gefallen, cassiret und aufgehoben, uud Unsere Käyserl. Reichs-Fiscalen wider alle, welche dergestalt unbefugter Weise solcher Standes-Erhöhun-

höhungen, Nobilitationen, Raths-Titulen oder Nahmens, auch Wappen-Verleyhungen, und dergleichen, sich anrühmen, zuverfahren, und nach vorgängiger der Sachen erforderender Untersuchung dieselbe nach gestalt des Verbrechens und der Personen zu behöriger Straffe zubringen schuldig und gehalten seyn.

XXIII.

Wir sollen und wollen Unsere Königliche und Käyserliche Residentz, Anwesung und Hofhaltung im Heil. Römischen Reich Teutscher Nation, es erfordere dann der Zustand der Zeiten ein anderes, allen Gliedern, Ständen und Unterthanen desselben zu Nutzen, Ehr und Gutem, beständig haben und halten.

Allen des Heil. Reichs Churfürsten, Fürsten und Ständen sowohl, als Ihren Botschafftern und Gesandten (die von der gefreyten Reichs-Ritterschafft Abgeordnete mit begriffen) jederzeit schleunige Audientz und Expedition ertheilen, und dieselbe mit keinem Nachreisen beschwehren, noch mit Hinderziehung der Antwort aufhalten.

Auch in Schrifften und Handlungen des Reichs an Unserem Käyserl. Hof keine andere Zunge noch Sprach gebrauchen lassen, dann die Teutsche und Lateinische, es wäre dann an Orten ausserhalb des Reichs, da gemeiniglich eine andere Sprach in Ubung wäre, und im Gebrauch stünde, jedoch in alle Wege an Unserem Reichs-Hofrath der Teutschen und Lateinischen Sprach ohnabbrüchig.

Sollen

Sollen und wollen auch künfftig bey Antretung Unserer Käyserlichen Regierung, Unsere Käyserliche und des Reichs Aempter am Hof, und die wir sonsten in- oder ausserhalb Teutschland zu vergeben und zu besetzen haben, als da seynd Protectio Germaniæ, Gesandschafften, Obristen-Hofmeisters, Obristen-Cämmerers, Hof-Marschallen, Hattschier- und Leib-Guarde-Hauptmanns, und dergleichen, mit keiner anderen Nation, dann gebohrnen Teutschen, oder mit denen, die aufs wenigste dem Reich mit Lehen-Pflichten verwandt, des Reichs-Wesen kündig, und von Uns dem Reich nützlich erachtet werden, die nicht niederen Standes noch Wesens, sondern nahmhaffte hohe Personen, und mehrern Theils von Reichs-Fürsten, Grafen, Herren, und von Adel, auch sonst guten tapfferen Herkommens, besetzen und versehen; Auch obgemeldte Aempter bey ihren Ehren, Würden, Gefällen, Recht, und Gerechtigkeiten bleiben, und denenselben nichts entziehen, oder entziehen lassen.

XXIV.

Desgleichen sollen und wollen Wir Unseren Reichs-Hofrath mit Fürsten, Grafen, Herren, von Adel, und anderen ehrlichen Leuthen beederseits Religion, vermög Instrumenti Pacis, aus denen Reichs-Creysen besetzen, und zwar nicht allein aus Unseren Untersassen, Unterthanen, und Vasallen, sondern mehrentheils aus denen, so im Reich Teutscher Nation anderer Orthen gebohren,

ren, und erzogen, darinnen nach Standes-Gebühr angesessen, und begüthert, der Reichs-Satzungen wohl erfahren, guten Nahmens und Herkommens, auch rechten Alters, und in gehöriger, und in Examine, gleich in dem Cammer-Gericht, wohl bestandener Geschicklichkeit, auch guter Experientz, und niemand, dann Uns und dem Reich, und sonsten keinem Churfürsten, Fürsten oder Stand des Reichs, vielweniger ausländischen Potentaten, mit absonderlichen Pflichten, Bestallung oder Gnaden-Geld, verwand seynd.

Auch sollen und wollen Wir keines Weges dargegen seyn, daß der Reichs-Hofrath durch den Churfürsten zu Mayntz, als des Heil. Römischen Reichs Ertz-Cantzlern, besage Friedenschlusses, und also mit Observirung dessen, was nach Anleitung und Disposition erstgedachten Friedenschlusses bey solcher Visitation zu beobachten, die Stände vor gut befinden werden, wenigstens alle 3. Jahr einmahl visitiret werden; Sondern Wir wollen vielmehr befördern, daß sothane in gemeldtem Instrumento Pacis, auch anderen Reichs-Grund-Gesetzen vestgestellte Visitatio des Reichs-Hofraths allerförderst vorgenommen, und die bey demselben sich befindliche Mängel und abusus cum Effectu verbessert, so fort darmit vorgedachter massen alle drey Jahre continuirt werde.

So dann sollen und wollen Wir verfügen, daß in unserem Reichs-Hofrath auf den Ritter-Bäncken zwischen denen vom Ritter-Stand, welche zu Schild und Helm Ritter- und Stifft-mäßig geboh-

gebohren, und denen Grafen und Herren, so in denen Reichs-Collegiis keine Session oder Stimme haben, oder von solchen Reichs-Session habenden Häusern entsprossen, und gebohren seynd, in der Raths-Session dem alten Herkommen gemäß, kein Unterscheid gehalten, sondern ein jeder nach Ordnung der angetretenen Raths-Dienste, ohne einigen von Standes wegen suchenden Vorzug, verbleibe; Sonsten aber soll wegen der Reichs-Hofraths-Stelle Præcedentz und Respect deme nachgelebet werden, was dißfalls in der Reichs-Hofraths-Ordnung versehen, und deroselben Stand gemäß ist.

Wir sollen und wollen auch bey ernanntem Unsern Reichs-Hofrath keinen zum Præsidenten oder Vice-Præsidenten bestellen, es seye dann derselbe ein Teutscher Reichs-Fürst, Graf oder Herr, in demselben ohnmittelbar oder mittelbar gesessen, und begütert, und diesem Unsern Reichs-Hofraths-Præsidenten sollen und wollen Wir in der ihme zustehenden Reichs-Hofraths-Direction, in Judicialibus von niemand, wer der auch seye, eingreiffen lassen, noch gestatten, daß ein anderer sich solcher Direction anmasse.

XXV.

In Bestell- und Ansetzung der Reichs-Hof-Cantzley, so wohl des Reichs-Hof-Vice-Cantzlers, als der Secretarien, und Protocollisten, und aller anderen zu der Reichs-Hof-Cantzley gehörigen Personen, sollen und wollen Wir

dem Churfürsten zu Mäyntz, als Ertz-Cantzlern durch Germanien, in der ihme allein dißfalls zustehenden Disposition, unter was Vorwand es seye, inskünfftige keinen Eingrif, Aufschub oder Verhindernis thun, noch darinne einige Ziel oder Maße geben; Es soll auch, was darwider vorgangen, und ferner gethan oder verordnet werden möchte, vor ungültig gehalten werden, ingleichen sollen und wollen Wir keines Weges gestatten, daß der Reichs-Cantzley, wieder die Reichs-Hofraths-und Cantzley-Ordnung, einiger Eintrag geschehe, es seye von weme und unter was Schein es immer wolle.

Sollen und wollen auch die unverlängte gewisse Verordnung thun, damit so wohl aus Unserer Hof-Cammer, als denen bey dem Reich eingehenden Mitteln, vor allen andern Ausgaben, dem würcklich bestellten Præsidenten, Reichs-Hof-Vice-Cantzlern, als zugleich würcklich bestellten Reichs-Hofrath, so dann Vice-Præsidenten, und anderen Reichs-Hofräthen, ihre Reichs-Hofraths-Besoldung richtig und ohne Abgang bezahlt werde; Wie sie dann auch wegen der Zölle, Steuer, und anderer Beschwerden Befreyung, denen Cammer-Gerichts-Assessoren gleich gehalten werden, und Sie, sowohl, als auch der Stände Residenten und Agenten, von Unserer Landes-Regierung, und anderer Gerichte und Beampten Jurisdiction, auch so viel die Obsignation, Sperrung, Inventur, Editiones der Testamentem, Versorgung ihrer Kinder, und deren Tutelen, und dergleis

gleichen betrift, weniger nicht von allen Personal-Oneribus, allerdings befreyet seyn, auch diejenige, so sich von Unserem Hof anderswohin begeben wollen, keines Weges aufgehalten, sondern frey, sicher und ohngehindert, auch ohne Abzug- und anderes Entgelt, und Vorenthaltung ihrer Haab und Güter, fortgelassen, und ihnen zu dem Ende, auf Begehren, behörige Paß-Briefe ertheilet werden sollen.

XXVI.

Insonderheit aber sollen und wollen Wir dem Hertzoge zu Savoyen, durch die Person seines rechtmäßigen Gewalthabers, die in dem zu Münster und Oßnabrück aufgerichteten Instrumento Pacis §. Cæs. Majest. frey und unbedingt neben anderen versprochenen Belehnungen des Montferrats, auf die Form und Weise, wie sie von weyland Röm. Käyserl. Majestät Ferdinando II. dem Hertzoge zu Savoya, Victori Amadæo, ertheilet worden, so bald Wir nach angetretener Unserer Käyserl. Regierung hierum gebührend ersuchet und angelanget werden, denen Reichs-Constitutionen und Lehen-Rechten gemäß, zumal ohne Anhang einiger ohngewöhnlicher General- oder Special-reservatori-salvatori oder dergleichen Clausul, samt übrigen allen, was in gedachtem Instrumento Pacis, und dem darinne confirmirten Tractatu Cherascensi, dem Hauß Savoyen mehrers zu Gutem verordnet, und zugesaget worden, erfolgen lassen, und ihme darzu durch

Unser Käyserliches Ampt executive verhelfen, auch deren keines unter einigem Schein, Ursach, oder Fürwand, sonderlich auch die Belehnung des Montferrats, wegen der von dem König in Franckreich dem verstorbenen Hertzogen zu Mantua schuldig gewesenen, 494000. Cronen, wovon der §. Ut autem omnium &c. disponirt, und das Hauß Savoya allerdings davon befreyet, im geringsten verschieben oder aufhalten, damit mehrgemeldter Hertzog von Savoya seiner Ihme in dem Montferrat zuständigen Jurisdiction gebührend und ruhiglich geniessen möge, wie Wir dann nicht weniger darob seyn, und durch Ausfertigung ernstlicher Pœnal-Mandaten verfügen wollen, daß niemand fürtershin demjenigen, was wegen mehrgedachten Montferrats, für das Hauß Savoya in dem öffters angezogenen Frieden-Schluß, und dieser Unserer Capitulation begriffen, auf einigerley Weiß und Wege im geringsten ichtwas zu contraveniren, und zuwider zu handlen sich unterstehe.

So thun Wir auch dasjenige, was das Churfürstliche Collegium, unterm dato den 4. Junii im längst verwichenen 1658. Jahr an damaligen Hertzogen zu Mantua, wegen Annullir-und Aufhebung des dem Hauß Savoya zum Nachtheil unterfangenen Kayserl. und Reichs-Vicariats und Generalats in Italien geschrieben, hiemit allerdings einwilligen und bestätigen, dergestalt, daß Wir ob desselben Begriff vestiglich halten, und die Hertzoge von Savoya bey ihrer in Italien

haben-

habenden Vicariats-Gerechtigkeit und Privilegien gebührend schützen und handhaben wollen, welches alles jedoch auf die Condition gestellet wird, wann sich der Hertzog von Savoyen denen von Ihrer Käyserl. Majestät von Reichswegen publicirten Inhibitoriis und Avocatoriis gemäß bezeigen und verhalten wird.

XXVII.

Als auch in Veranlassung derer von weyland denen vorgewesenen Römischen Königen und Käysern etlichen Auswärtigen, von des Heil. Römischen Reichs Jurisdiction eximirten Fürsten und Potentaten, über Immediat-und Mediat-Städte und Stände, vor Alters gegebenen, oder von Ihnen selbst erworbenen und angenommenen, oder sonst usurpirten Schutz-und Schirm-Briefe, indem Sie sich derer jeweilen auch wider ihre eigene Landes-Obrigkeit in Civil-und Justitz-Sachen, des Heil. Reichs Satzungen zuwider, bedienet, nicht geringe Weiterungen und Zerstöhrungen gemeinen Land-Friedens entstanden, dardurch dann des Heil. Reichs Jurisdiction, Authorität und Hoheit mercklich geschwächet, dieselbe auch mit Entziehung ansehnlicher Glieder gar intervertiret worden; Als sollen und wollen Wir, zu Abwendung obverstandener gefährlicher und der gemeinen Tranquillität des Heil. Römischen Reichs schädlicher Zergliederung und Mißverstandes, dergleichen Protection-und Schirm-Briefe, über mittelbare Städte und Landschafften, denen

Gewälten und Potentaten, so des Heil. Reichs-Zwang und Jurisdiction, wie gemeldt, nicht unterworffen, nicht allein nicht ertheilen, noch solche zu suchen und anzunehmen gestatten, noch auch die, so von vorigen Römischen Käysern in etwa anderwerten der Sachen und Zeiten Zustand und Consideration ertheilet, und von Mediat-Ständen-aufgenommen, durch Rescripta oder auf andere Weise confirmiren, sondern vielmehr darob und daran seyn, damit vermittelst Unserer Interposition, oder durch andere erlaubte Mittel und Wege obermeldte, von vorigen Kaysern allbereits gegebene oder angenommene Protectoria, aufgekündet und abgethan, oder wenigstens in die Schrancken ihrer ersten Käyserl. und Königl. Concessionen, wo die vorhanden, ohne einige fernere deren Extension und Ausdehnung reduciret, also männiglich forthin in Unsern und des Heil. Römischen Reichs alleinigen Schutz und Verthätigung gelassen, und Churfürsten, Fürsten und Stände des Heil. Reichs (die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft mit begriffen) und allerseits angehörige Unterthanen, ohne Imploration in- und auswertigen Anhangs und Assistentz, bey gleichem Schutz und Administration der Justitz, *in* Religion-und Prophan-Sachen, denen Reichs-Satz-und Cammer-Gerichts-Ordnungen, Münster-und Oßnabrückischen Frieden-Schlusse, und darauf gegründeten Executions-Edict, arctiori modo exequendi, und Nürnbergischen Executions-Recess, wie auch nechstvorigen Reichs-Abschied

schied gemäß, erhalten, die hierwieder eine zeithero verübte Mißbräuche, da zum öfftern die Rechtfertigungen von ihren ordentlichen Richtern des Reichs ab-und nach Holland, Braband, und an andere ausländische Potentaten, gezogen worden, und zwar insonderheit die unter denselben aus der angemaßten Brabandischen güldenen Bulle, zu unterschiedlichen Churfürsten, Fürsten und Stände mercklichen Nachtheil, herrührende Evocations-Processen, gäntzlich aufgehebet, wie auch das Anno 1594. bey damahligem Reichs-Tag verglichene Gutachten, vollzogen, und denen durch gedachte Brabandische Bulle gravirten Ständen, auf erforderten Nothfall, durch das Jus Retorsionis kräfftige Hulffe geleistet werde.

So dann die zehen vereinigte Reichs-Städte im Elsaß dem Heil. Römischen Reich anwiederum restituiret, und demselben, gleichwie andere Immediat-Stände (mit Vorbehalt jedoch des dem Ertz-Hause Oesterreich, auch vor dem Münsterischen Frieden-Schluß zugestandenen Juris præfecturæ Provincialis) einverleibet werden sollen.

XXVIII.

Wir sollen und wollen auch zu Verhütung allerhand Simultäten, und daraus entstehender gefährlicher Weiterung, nicht gestatten, daß die auswärtige Gewälte, oder deren Gesandten sich heim-oder öffentlich in die Reichs-Sachen einmischen, vielweniger zulassen, daß dieselbe Botschafften an Unserem Hof oder bey Reichs-Deputati-

tationen, oder andern publicis Conventibus, mit gewehrter Guarde zu Pferd, oder zu Fuß, auf der Gassen und Strassen aufziehen und erscheinen mögen.

XXIX.

UNd demnach wider die im Heil. Römischen Reich verordnete Post, nicht geringe Beschwerde geführet, selbe auch, nach Anweisung des Instrumenti Pacis, auf den Reichs-Tag ausgestellet worden; So wollen Wir, mit Beobachtung dessen, keines Weges gestatten, daß Churfürsten, Fürsten und Stände in ihren Landen und Gebieten, wo dergleichen Käyserl. Post-Aemter vorhanden, und hergebracht, solche Personen, welche keine Reichs-Unterthanen seynd, und deren Treue man nicht versichert ist, angesetzt, oder dieselbe, ausserhalb der Personal-Befreyung, von dem Beytrag gemeiner Real-Beschwerden eximiret und befreyet werden; Nicht weniger wollen Wir den General-Erb-Reichs-Postmeister dahin halten, daß er seine Posten mit aller Nothdurfft wohl versehe, die getreue und richtige Brief-Bestellung gegen billiges Post-Geld, so in allen Post-Häusern zu jedermans guten Nachricht in offenem Druck beständig angeschlagen seyn solle, ohnverweißlich befördere, und also zu keiner fernern Klage und Einsehen Ursach gebe; Wir sollen und wollen aber zu gäntzlicher Aufhebung der zwischen Unsern Post-Aemtern hafftenden Differentien, in Erwegung des vom Churfürstlichen Col-

Collegio in Anno 1641. auf dem Reichs-Tag zu Regenspurg wegen des Reichs-Post-Amts eingegebenen Gutachtens, und der in selbigem Reichs-Abschied beschehener Verordnung, die beständige Verfügung thun, daß unser General-Obrist-Reichs-Post-Amt in seinem Esse erhalten, und zu dessen Schmählerung nichts vorgenommen, verwilliget, oder nachgesehen, insonderheit aber der darmit belehnte General-Reichs-Postmeister wider alle, von Unserm Käyserl. Hof-Post-Ampt jenem, bis dahero im Reich beschehene, oder noch ferner anmassende Eingriffe, und Verschliessung absonderlicher Ampts-Paqueter, gehandhabet, und sowohl in Beyseyn Unserer Kayserlichen Person und Hofstatt, als Abwesen derselben, bey ruhiger Einnehm-Bestell-und Austheilung aller und jeder, vermittels der Reichs-Posten ankommenden und abgehenden Briefe und Paqueten, gegen erhebendes billiges Postgeld, gelassen, und was deme, und gemeldtem Reichs-Abschied zuwider auf einigerley Weiß und Wege ergangen, und verliehen worden, hiemit allerdings aufgehoben seyn; Hingegen Unser Käyserl. Erbland-Hof-Post-Amt bey seiner in Anno 1624. erlangten Investitur, und des General-Reichs-Postmeisters auf dieselbe ertheilte Revers, in denen Erb-Landen gantz ohnbeeinträchtiget verbleiben, und darbey geschützet werden soll. Jedoch sollen und wollen Wir auf diesen Articul, das Post-Wesend belangend, in so lang halten, auch halten lassen, bis von Reichswegen ein anderes beliebet werden wird.

XXX.

Damit auch die Reichs=Hofräthe, wie auch das Käyserl. Cammer=Gericht in ihren Rathschlägen, Expeditionen, und sonst, sich nach dieser Capitulation richten, sollen und wollen Wir ihnen sowohl, als allen andern Unsern Ministris und Räthen, dieselbe nicht allein vorhalten, sondern auch ernstlich einbinden, solche, soviel einem jeden gebühret, jederzeit vor Augen zu haben, und darwider weder zu thun noch zu rathen, solches auch ihren Dienst=Eyden mit ausdrücklichen Worten einverleiben lassen.

Sodann sollen und wollen Wir gleich nach angetretener Unserer Regierung das Negotium Capitulationis perpetuæ (worbey jedoch die Churfürsten sich das Jus adcapitulandi vorbehalten haben) bey dem Reichs=Tag vornehmen, und selbiges sobald möglich zu seiner Perfection bringen lassen.

Demnach Wir auch wegen Unserer Abwesenheit die Wahl=Capitulation gleich selbst zu beschweren nicht vermögend gewesen, so haben Wir Unsern Commissariis deshalben völlige Gewalt gegeben, daß sie solche in Unserm Nahmen und Seele vorgängig beschweren sollen; Wir versprechen und geloben aber sothane Beschwerung der Capitulation, sobald Wir in das Reich und Teutschland kommen, und noch vor Empfangung der Cron, in eigener Person selbst zu leisten, und Uns zu Vesthaltung besagter Capitulation nochmahls zu verbinden, auch ehe Wir solches gethan,

Uns

Uns der Regierung vorher nicht zu unterziehen, sondern geschehen zu lassen, daß die in der güldenen Bulle benahmte Vicarii indessen, anstatt Unser, die Administration des Reichs continuiren.

SOlches alles und jedes haben Wir obgedachter Römischer König denen Churfürsten des Reichs vor Uns/ und im Nahmen des Heil. Römischen Reichs/ geredet/ versprochen/ und bey Unsern Königlichen Ehren/ Würden und Worten/ im Nahmen der Wahrheit zugesaget/ thun dasselbe auch hiermit und in Krafft dieses Briefs/ inmassen Wir dann das mit einem leiblichen Eyd zu GOtt und dem Heiligen Evangelio geschworen/ dasselbe stet/ vest/ und unverbrochen zu halten/ deme treulich nachzukommen/ darwider nicht zu seyn/ zu thun noch zu schaffen/ daß darwider gethan werde/ in einige Weise oder Wege/ wie die möchten erdacht werden/ Uns auch darwider einiger Behelf oder Ausnahm/ Dispensationes, Asolutiones, Geist- oder weltliche Rechte/ wie das Nahmen haben mag/ nicht zu statten kommen sollen.

Dessen zu Uhrkund haben Wir dieser Briefe sechs/ in gleicher Form und Laut/ fertigen/ und mit Unserm Königlichen an-

hangenden grossen Insiegel bekräfftigen/ auch jedem obgemeldten Churfürsten einen überantworten lassen. Geben in Unserer und des Heil. Römischen Reichs-Stadt Franckfurt/ am Tage des Heiligen Maximiliani/ so da war der zwöfte Tag des Monats Octobris/ nach Christi unsers lieben Herrn und Seeligmachers Geburt/ im Siebenzehen hundert und eilfcen Jahr.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis proprium.

C. F. Consbruch.

REVERSALES
Ihrer Römischen Kayserl. Majestät
CAROLI VI.

WIr CARL der Sechste von GOttes Gnaden/ erwehlter Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hispanien/ beeder Sicilien/ Hierusalem und Indien/ wie auch zu Hungarn und Böheim König/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ Meyland/ Steyer/ Cärnden/ Krain/ und Würtenberg/ Graf zu Habspurg/ Flandern/ Tyrol und Görtz/ ꝛc. ꝛc. Bekennen öffentlich mit diesem Brief: Als am Tag Unserer Wahl zum Römischen König/ welcher war der zwölffte nechst abgewichenen Monats Octobris/ die von Uns/ als Königs zu Böheim/ und des Heil. Reichs Churfürsten/ zu jetztbesagter Wahl abgeordnete Botschafftere/ Ernst Friederich Graf von Windischgrätz/ Freyherr von Waldstein und im Thal/ ꝛc. Frantz Ferdinand Graf Kinsky von Kunitz und Tettaw/ und Caspar Florentin von Consbruch/ Unseres jüngst in GOTT seeligst entschlaffenen Herrn Bruders Kayserl. Majest. und Lb-

den

den. hinterlassene respective geheimer Rath/ Cämmerer/ und Teutscher Vice-Cantzler im Königreich Böheim/ auch Reichs-Hofrath und geheimer Reichs-Hof-Referendarius, nach Vermög Unseres ihnen deßhalben unter Unserm Insigel zugestellten besondern völligen Gewalts/ als Unsere gevollmächtigte Gesandte und Gewalthabere/ sich mit denen Hochwürdigsten und respective Durchleuchtigsten Fürsten Lothario Frantzen/ zu Mayntz/ etc. Carln/ zu Trier/ Ertz-Bischoffen/ Pfaltz-Grafen bey Rhein/ Hertzogen in Bayern/ des Heil. Römischen Reichs durch Germanien/ Gallien/ und das Königreich Arelat/ Ertz-Cantzlern/ und Ertz-Truchsessen/ Unseren lieben Neven/ Vettern und Churfürsten/ wie nicht weniger mit denen/ von wegen und an statt der Durchleuchtigsten und respective Großmächtigen Friderichs Augusti/ Königs in Pohlen/ als Churfürstens zu Sachsen/ Friederichs Königs in Preussen/ als Churfürstens zu Brandenburg/ und Georg Ludwigs/ Hertzogs zu Braunschweig und Lüneburg/ des Heil. Reichs Ertz-Marschalls/ Ertz-Cämmerers/ und Ertz-Schatzmeisters/ Unserer lieben respective Brüdere/ Oheimen und

Chur-

Churfürsten/ bey mehrgedachter Unserer Wahl erschienenen bevollmächtigten Botschafftern/ Otto Henrich/ Freyherrn von Friesen/ zu Rötha und Geschwitz/ Christoph Burggraf-und Grafen von Dhona/ und Friederich Wilhelm/ Freyherrn von Schlitz/ genandt von Görtz/ Ihrer Lbden. Lbden.Lbden.respective geheimen Räthen/ Cantzlers/ General-Lieutenants/ und Cammer-Präsidentens/ GOTT dem Allmächtigen zu Lob/ dem Heil. Reich zu Ehren/ und um gemeines Nutzens willen/ etlicher Articul/ Gedings-und Pacts-Weise in Unserm Nahmen/ und an Unserer statt vereiniget/bewilliget/vertragen/angenommen und zu halten zugesaget haben/ wie die alle in eine offene Form gestellet/ und ihnen unter Unserm Nahmen und angehengten Insiegel übergeben seynd/ also lautende:

WIR CARL der Sechste/ von GOttes Gnaden/ erwehlter Römischer König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ (das Datum stehet)

het) geben in Unserer und des Heil. Römischen Reichs-Stadt Franckfurt/ am Tag des heiligen Maximiliani/ so da war der zwölffte Tag des Monats Octobris/ nach Christi unsers lieben Herrn und Seeligmachers Geburth im Siebenzehen hundert und eylfften Jahr/ rc.

Und aber gedachte Unsere gevollmächtigte Botschafftere und Gewalthabere/ daneben obberührten Unseren an- und abwesenden lieben Neven/ Vettern auch respective Brüdern/ Oheimen und Churfürsten/ Zusage gethan/ daß Wir dieselbe Articulen/ so Wir hieraus in das Heil. Römische Reich und in Teutschland kommen/ persönlich erneueren/ und mit Unserm Eyd bestätigen und bekräfften sollen/ rc. Daß Wir demselbennach jetzo/ zu Unserer Ankunfft in Teutsche Nation/ und vor empfangener Königlichen Crönung/ alle und jede Puncten und Articulen davon obgemeldet/ wie die durch mehrgedachte Unsere verordnete Botschaffter und Gewalthabere mit berühr-

ten

ten Unsern lieben Neven und Vettern/ auch der abwesenden Churfürsten Gesandten/ bedungen/ bewilliget und angenommen/ auch in Unserm Nahmen und Siegel ausgangen/ und Ihnen übergeben seynd/ aus freyem gnädigen Willen jetzo von neuem bewilliget/ angenommen/ und zu halten/ darzu auch sonst alles das zu thun/ das Uns/ als Römischer König gebühret/ zu GOtt und den Heiligen geschworen haben: Und thun das hiemit wissentlich/ in Krafft dieses Briefs/ alle Arglist und Gefährde hierinnen gäntzlich ausgeschieden. Des zu Urkund haben Wir Uns eigenhändig unterschrieben/ und Unser Insigel/ an diesen Brief hengen lassen/ der geben ist in Unserer und des Heil. Römischen Reichs Stadt Franckfurt/ den 19. Decembr. 1711.

CARL

(L.S.)

Vt. Friderich Carl/
Graf von Schönborn.

Ad Mandatum Sac. Regiæ Majestatis proprium.

C. F. Consbruch.